

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

PINDARI
CARMINA.

CUM

LECTIONIS VARIETATE

ET

ADNOTATIONIBUS.

ACCEDUNT

INTERPRETATIO LATINA EMENDATIOR,
SCHOLIA, ET FRAGMENTA;

NECNON

GODOFREDI HERMANNI DISSERTATIONES
PINDARICÆ, ET INDICES TRES.

A

CHR. GOTTL. HEYNE.

NOVA EDITIO CORRECTA ET EX SCHEDIS
HEYNIANIS AUCTA.

TOM. III.

LONDINI:
SUMTIBUS G. ET W. B. WHITTAKER.
1824.

4016

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

CARMINUM PINDARICORUM
FRAGMENTA

OLIM A


JOANN. GOTTL. SCHNEIDER

PROF. ACADEM. URATISL.

COLLECTA

NUNC ITERUM

DIGESTA ET AUCTA.


ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

PRÆFATIO.

ANTE viginti quinque fere annos Fragmenta Pindari, locupletiora iis, quæ in superioribus editionibus prostabant, me suasore collegerat Jo. G. SCHNEIDER, tum ex adolescentibus mihi familiarissimis, vir antiquarum literarum copiis instructus amplissimis, quas cum naturæ cognoscendæ et illustrandæ studio postea ita conjunxit, ut nunc inter principes viros doctos, qui hoc literarum connubio inclaruerunt, sit habendus. Ea fragmenta ut Pindari carminibus subjungerem, ipsa res postulare videbatur. Cum tamen experientia edoctus cognovissem, usum eorum esse aliquantum impeditum ac molestum, quoties singula fragmenta essent exquirenda, aut videndum, num illud, in quod forte incideras, fragmentum jam in illa congerie lateat, quum fragmentorum, auctorum et locorum promiscuæ essent sedes, et in diversos numeros dispersæ particulæ: in recensu eorum et ordine posse ac debere aliquid a me novari facile intellexi. Operam itaque dedi, ut fragmenta certo consilio ad certum ordinem revocarem, viamque expeditam redderem iis, qui posthæc fragmenti alicujus sedem investigare vellent.

Egi itaque maxime hoc, ut fragmenta incerta suo quæque auctori, a quo ea recitata sunt, reddita deinceps apponerem, tum ut auctorum ordinem aliquem ad temporum rationem

adhiberem, sub finem autem libelli recensum auctorum cum eorum locis alphabeticum adjicerem. Qua in re quas molestias devoraverim, multis declarare nihil attinet; admiratusque sum subinde ferreum et indomitum studium, quod olim in fragmentis his colligendis collocavit vir doctissimus meique amantissimus, cui cum literæ tam multa alia debeant, tum merita ejus de Pindaro non ultimo loco sunt habenda. Ad plurima enim, Platonis inprimis, Platonicorumque philosophorum et sophistarum, tum vero et aliorum scriptorum, quos manu terimus, loca orationisque ornamenta et lumina intelligenda, antiquiorum lyricorum, maxime Pindari, versus e naufragio servatos tenere utilissimum est; ut de usu eorum critico in locis sanandis taceam. Bona itaque cum venia viri doctissimi in hoc industriæ ejus incredibilis monumento retractando mihi licere putavi id, quod majorem utilitatis fructum habere videbatur; quandoquidem multis exemplis et argumentis perspectum satis habeo, in iis, quæ susceperit, non inanis eum alicujus gloriolæ vanitatem sectari, sed utilitatibus literarum communibus consultum esse velle: quæ una ac vera est via, qua ad gratam ac duraturam tui apud posteros memoriam adspirare possis.

Ut tamen integra maneat gratia operæ viri doctissimi, hoc monitum esse volo, ei maxime ea, quæ hic vides, etsi aliter distributa et descripta, deberi; adjecta modo a me esse pauca: primo locorum interpretationes latine factas; quia, si semel aliorum usibus hæc inservire volumus, postulari nequit, ut primo statim occursu talia cuique plana et aperta sint; tum suppleta loca nonnulla, quæ virum doctum fugerant; apposita alia, quæ modo judicio, modo conjectura niterentur; atque hæc, si qua in ipsa contexti serie inserta sunt, parenthesis signo distincta, aut, nomine ejus ceteris adscripto, singulis sunt locis subjecta, ita ut facile possint discerni. Excussi

etiam iterum loca auctorum et sustuli numerorum sphalmata aliave, quæ correctione egebant; et apposui numeros paginarum ed. Schneid.

Cum metrorum Pindaricorum curam omnino in se recepisset doctissimus HERMANNUS, rogatu meo fragmentorum potiorum metra illa constituere et emendare haud recusavit. Debetur itaque ei, quicquid hac ex parte bonæ frugis Pindaricis fragmentis accessit.



ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ



VIII. *In Aristomenem Æginetam,* lucta inter pueros.
Pyth. 35. (Olymp. 83, 3. a. C. 446.)

IX. *In Telesicratem Cyrenensem,* armatorum cursu inter pueros.
Pyth. 28. (Olymp. 76, 3. a. C. 474.) Idem Pyth. 30. Olymp. 78, 3. a. C. 466. victor stadio. Schol.

X. *In Hippocleam Thessalum,* diaulo inter pueros.
Pyth. 22. (Olymp. 70, 3. a. Chr. 498.) Schol. Etiam Olymp. 72. et Olymp. 73. vicerat. Schol.

XI. *In Thrasydæum Thebanum,* stadio inter pueros.
Pyth. 28. (Olymp. 76, 3. a. C. 474.) et iterum Pyth. 33. (Ol. 81, 3. a. C. 454.) Schol. qui et annotat, eundem Pyth. 28. (Ol. 76, 3. a. C. 474.) puerum diaulo et stadio vicisse.

XII. *In Midam,* tibia.
Pyth. 24. et 25. (Olymp. 72, 3. a. C. 490. et Olymp. 73, 3 a. C. 486.)

NEMEA.

I. *In Chromium Ætnæum,* quadrigis.
Forte Nem. 48. (Olymp. 76, 4. a. C. 473).

II. *In Timodemum Atheniensem,* pancratio.

III. *In Aristoclidam Æginetam,* pancratio.

IV. *In Timasarchum Æginetam,* lucta.

V. *In Pytheam Æginetam,* pancratio inter pueros.
cf. Isthm. v. 21. vi. 4. Schol. vi. 89.

VI. *In Alcimidam Æginetam,* lucta puerorum.
Praxidamas avus victor fuerat lucta Ol. 59. a. C. 544.

VII. *In Sogenem Æginetam,* pentathlo inter pueros.
Nem. 14. (Olymp. 79, 2. a. C. 463.) ex computo Corsini Diss. Agonist. p. 52, 53. ut prima Nemeas procedat ab Olymp. 72, 4. a. C. 489. anno post pugnam Marathoniam; seu Nem. 53. ex antiqua computandi ratione.

VIII. *In Dinidem Æginetam,* stadio.

IX. *In Chromium Ætnæum,* quadrigis,
in Pythiis Sicyone habitis.

X. *In Thiæum Argivum,* lucta,
Argis in Hecatombæis.

XI. *In Aristagoram Tenedium:* inito magistratu.

ISTHMIA.

I. *In Herodotum Thebanum,* quadrigis.

II. *In Xenocratem Agrigentinum,* quadrigis.
Ad Thrasybulum ejus filium.

III. et IV. *In Melissum Thebanum,* quadrigis et pancratio.
vid. Not.

V. *In Phylacidam Æginetam,* pancratio.
Post pugnam Salaminiam Olymp. 75, 1. a. C. 480. (v. 63.)

VI. *In eundem,* pancratio.

VII. *In Strepsiadem Thebanum,* pancratio.
Post pugnam Salaminiam Olymp. 75, 1. (ex v. 34. v. Corsin. tom. ii. p. 62, 63.) nisi ad bella antiquiora inter Thebanos et Athenienses spectat locus: Ol. 69. a. C. 504. sq.

VIII. *In Cleandrum Æginetam,* pancratio.
Post eandem pugnam Salaminiam (v. 9. sq).

Ο Λ Υ Μ Π Ι Α.

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

ΤΑ ΕΠΙΝΙΚΙΑ.

IN HIS

I. ΊΣΘΜΙΟΝΙΚΑΙ.

I.

Apollonius Dyscolus de Syntaxi lib. ii. p. 158. ed. Sylburg. [et de Pronom. p. 321.] hæc Pindari refert, ubi mentio τοῦ Ἀθαμαντίδα i. e. Melicertæ, præcesserat: Ἀλλὰ καὶ τὸ ἐν Ἰσθμιονίκαις Πινδάρου ἐτάραξε τοὺς ὑπομνηματισαμένους·

Αἰολίδαν δὲ Σίσυφον κέκλοντο
ᾧ παιδὶ τηλέφαντον ὄρσαι
γέρας φθιμένῳ Μελικέρτᾳ.

Sisyphum Æoli filium hortati sunt, ut ejus (Inus) *filio, mortuo Melicertæ, clarum institueret honorem.* Monet grammaticus, veteres Pindari commentatores, qui ᾧ pro ἑαυτοῦ explicabant, dubitasse, cur Melicertam poeta Ἀθαμαντίδαν appellavisset, et mox Sisyphi mentionem fecisset; alios accepisse illud ᾧ adverbialiter, ut verba ᾧ παιδὶ intercluderentur, velut in illo poetæ innominati loco: ᾧτε χερνᾶτις γυνά. alios mutasse in οἱ, ut sit dativus pro genitivo Ἰνοῦς, quam antea nominaverat poeta. Addit vero Apollonius: quid obstat, quo minus pronomen ᾧ sit possessivum, et sumatur pro αὐτῆς?—Apparet satis clare, agi hoc loco de institutione ludorum Isthmicorum; quod etiam contendere posse mihi videor de loco Callimachi inedito, quem reperi in Etymologico Gudiano: Οἱ Ἴωνες καὶ τὸ Ἀθάμας κατ' ἀφαίρεσιν τοῦ α καὶ διπλασιασμῷ τοῦ μ, καὶ τροπῇ τοῦ θ εἰς τ Τάμμας λέγουσι. Τάμμισο θυγατρός. Καλλίμαχος ἐν β' Αἰτίων.

II.

Apollonius Dyscolus in Excerptis Is. Vossii p. 428. (Maittaire de Dialectis, ed. Reitz.) ubi de vocula μιν agit: Ἴωνες διὰ τοῦ μ, Δωριεῖς διὰ τοῦ ν. τάσσεται ἐπὶ πλήθους·

ὅστις δὴ τρόπος ἐξεκυλίσθη νιν·

Πίνδαρος Ἰσθμιονίκαις. *(quicunque modus emovit eos.)* Προσφωνεῖτέ νιν ἐπὶ νίκαις· Βακχυλίδης. καὶ πλεῖστα ἄλλα.

III. (p. 2.)

Eustathius ad Homerum p. 1715. 63. ed. Rom. ὡς ἐμφαίνει Πίνδαρος ἐν Ἰσθμιονίκαις εἰπὼν τρία κρᾶτα ἤτοι κράατα, scilicet usurpari verbum illud etiam neutro genere.

II. Ἐπινίκιος εἰς Διαγόραν Ῥόδιον.

Æschines, seu quisquis auctor est putidæ illius epistolæ iv. qua Cleocratis Rhodii liberalitatem in se et humanitatem laudat, hæc habet: τὸ μὲν γὰρ γένος ἐστὶν ἀπάντων ἀνδρῶν Ἑλλήνων οὐκ ἐν ἀφανεστάτοις, Ἀρίφρονα τὸν ἐκ Δαμαγήτου εἴποις συνθάνοιο, ὃν καὶ ὁ μέγας αἴρει Πίνδαρος. ἀλλ' ὅπως μὴ γέλωτα ὀφλισκάνῃς ζητῶν, ὅστις ἐστὶν ὁ Πίνδαρος· τοῦτο μὲν γὰρ οἶμαι ὅτι καὶ παρὰ Μαντίᾳ τῷ γραμματιστῇ ἅμα ἐμοί ποτε ἔμαθες τὸ γράμμα, καὶ εἰ μηδενὸς ἕτι τῶν παρὰ Μαντίᾳ μνημονεύεις, ἐν γοῦν ταῖς ἐκκλησίαις·—οὗτος δὴ ὁ Πίνδαρος Δαμάγητον ἄγει (f. λέγει) ἐκεῖνον, εἰς ὃν ἀνατείνει τὸ Κλεοκράτους γένος. Λέγει δέ που ὁ αὐτὸς Πίνδαρος καὶ τὰ περὶ τοὺς Διαγορείους, καὶ τὰ περὶ τὴν περισσῦτιν, ἧς τὸ μητρῷον αὐτοῦ γένος ἄπτεται· καὶ εἰ μὴ σφόδρα ᾔδειν ποιητῶν ὑπέρφρονα ὄντα σε—κἂν ἀποχρῆν ὑπελάμβανον σε ὑπομνῆσαι μόνον τὰ περὶ τοὺς Διαγορείους εἰπὼν ἔπη Πινδάρου· νῦν δὲ οἶδα, ὅτι μάτην σοι ταύτην τὴν λύραν λέξομεν. Δοκεῖ οὖν μοι ἀνάγκην εἶναι διηγήσασθαί σοι τὸ διήγημα τοῦτο· ἄξιον γὰρ ἀκοῦσαι, εἰ καὶ μὴ προσῆκον Κλεοκράτει. Λέγεται γάρ ποτε γυνὴ περισσῦτις Ὀλυμπιάσι παρελθοῦσα εἰς τὸ στάδιον, ἑστάναι τε ἅμα τοῖς ἀνδράσι, καὶ θεάσασθαι τοὺς ἀγωνιζομένους· ἑστώντων δὲ αὐτῇ τῶν ἑλλανοδικῶν, ὅτι ἐτόλμησε παρελθεῖν εἰς τὸ στάδιον, ἀποκρίνασθαι τίνι γὰρ ἄλλῃ τοῦτο γυναικὶ δέδοται καυχήσασθαι οὕτως ὁ θεὸς, ὅτι καὶ πατέρα καὶ τρεῖς ἀδελφοὺς Ὀλυμπιονίκας ἔχοι, καὶ υἱὸν ἐπ' Ὀλύμπια ἄγοι. Ταύτης οὖν περισσῦτιδος, καὶ τούτου τοῦ γένους ἀπορρώξ ἐστιν ὁ Κλεοκράτης. Finem epistolæ omitto, qui ineptissimas hominis laudes comprehendit. Hinc vero apparet, nisi prorsus omnia in hoc scripto sunt ab homine nugatore conficta, Pindarum præter nobilem illam *odam Olympicam*, quæ legitur hodie ordine *septima*, scripsisse etiam *aliud in Diagoram carmen* ἐπινίκιον, ubi de anu trium victorum sorore memoraverat ea, quæ auctor epistolæ inde refert. Nam in eo carmine, quod hodie legitur, poeta Damageti nisi verbo non meminit, cui tamen mentioni vix convenit Æschinis illud ἄγει, αἴρει. Scriptum vero fuisse carmen hoc a Pindaro pius quam quinquagenario suspicari licet ex Olymp. vii. quæ ad Olympiadem 79. refertur. Præterea eandem narrationem (Schol. Pindari ad Ol. vii. pr. et) cum Pindari auctoritate refert Tzetzes Chil. i. 593. sq. quem quidem locum erroris suspectum habebam, antequam epistolam Æschinis comparassem. Solet enim insulsus ille homo etiam alibi Pindaro tribuere, quæ in vetustis Poëtæ commentatoribus, v. g. de Alcmæone ad Pyth. vii. tradita legerat. Totum Tzetzis locum comparabit, qui nominum varietatem cognoscere voluerit. Satis habeo digito præmonstrare reliqua veterum auctorum loca, quibus inter se collatis clarius de tota Diagoreorum familia, victoriarumque, quas obtinuerunt, numero et historia lectori constare poterit. Adeat igitur Pausaniam Eliac. i. (lib. v. 6. extr.) p. 389. ad quem conf. notam Valck. ad Theocr. Adoniaz. p. 198. Eliac. ii. (vi. 6 et 7) p. 465. 468. Messeniaca (lib. iv. 24) p. 337. Deinde dignus est, qui contendatur, locus Gellii N. Att. iii. 15. Valerii Maximi viii. 15. Æliani v. h. x. 1. Plinii vii. 41. Davisii ad Ciceronis Disp. Tusc. i. 46. Dorici victoris meminit Thucyd. iii. 8. Gorgon vero ille, ex quo Scholia Pindari narrationem referunt, scripserat de rebus Rhodiis. Laudatur ab Hesychio v. ἐπισολιαῖος Ἑρμῆς ἐν Ῥόδῳ, ὡς Γόργων ἱστορεῖ. Iterum ἐν τῷ περὶ θυσιῶν voce κατεῤῥαπτίτης. Athenæus p. 695. male habet Γεωργὸς ἐν τῷ περὶ τῶν ἐν Ῥόδῳ θυσιῶν. Schn. A Pindaro ipso narrationem de anu sorore perperam repeti equidem censeo. Nihil de ejus fide hac in re habet Schol. vetus Pindari ad Ol. vii. pr. qui primo loco est commemorandus; ex eo aut alio Tzetza sua dixit.

III. Ἐπινίκιος εἰς Γλαῦκον Καρύστιον. (p. 4.)

Confisus auctoritate Mos. Solani ad Pindarum refero locum Luciani pro Imag. c. 19. ἀλλὰ πῶς ἐπήνεσε ποιητὴς εὐδόκιμος τὸν Γλαῦκον;

οὐδὲ Πολυδεύκεος βίαν φήσας ἀνατείνασθαι
ἂν αὐτῷ ἐναντίας τὰς χεῖρας, οὐδὲ σιδάρεον
Ἀλκμάνας τέκος.

ὁρᾷς, ὁποίοις αὐτὸν θεοῖς εἴκασε·—καὶ οὔτε αὐτὸς ὁ Γλαῦκος ἠγανάκτησε τοῖς ἐφόροις τῶν ἀθλητῶν θεοῖς ἀντιπαραινούμενος, οὔτε ἐκεῖνοι ἠμύναντο ἢ τὸν Γλαῦκον, ἢ τὸν ποιητήν, ὡς ἀσεβοῦντα περὶ τὸν ἔπαινον, ἀλλὰ ηὐδοκίμουν ἄμφω καὶ ἐτιμῶντο ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων, ὁ μὲν ἐπὶ τῇ ἀλκῇ ὁ Γλαῦκος, ὁ δὲ ποιητὴς ἐπί τε τοῖς ἄλλοις καὶ ἐπ' αὐτῷ τούτῳ μάλιστα τῷ ἄσματι. Fuit Glaucus iste Carystius, Demyli filius, inter pugiles nobiles; de quo vide Pausan. Eliac. Poster. (vi. 10.) p. 475.

IV. Ἐπινίκιος εἰς Ἀλέξανδρον Ἀμύντα, τὸν Φιλέλληνα προσαγορευθέντα. (p. 5.)

I.

Ὀλβίων ὁμώνυμε Δαρδανιδᾶν,
παῖ θρασύμηδες Ἀμύντα.

O tu, qui nomen habes commune cum beato Trojano, Amyntæ animosa progenies.—Locum hunc habet Scholiastes Pindari ad Nem. vii. 1. (ubi excusat homonymiæ usum in laudibus apud Pindarum; uti in his vss. Alexander Maced. rex comparatur cum Alexandro, Paride dicto.) et Dio Chrysostomus Or. ii. de Regno p. 25. ubi de Alexandro Magno ait: ἐπεμνήσθη τοῦδε Πινδάρου, διά τε τὴν λαμπρότητα τῆς φύσεως, καὶ ὅτι τὸν πρόγονον αὐτοῦ ὁμώνυμον ἐπήνεσεν Ἀλέξανδρον τὸν φιλέλληνα ἐπικληθέντα, ποιήσας εἰς αὐτὸν ὀλβίων ἐπώνυμε Δαρδανιδᾶν. Ex Dione sua sine dubio hausit Tzetzes Chiliad. vii. 413. Nec omittendus locus Solini est, qui c. 14. hæc de Alexandro Amyntæ filio habet: *Voluptati aurium indulgentissime deditus; sicut plurimos, qui fidibus sciebant, dum vivit, in usum oblectamenti donis tenuit liberalibus, inter quos et Pindarum lyricum.* Rationes autem, quibus adductus locum hunc priorem cum sequenti ad victoriam Alexandri Philellenis Olympicam referre malo, satis explicuisse mihi videor in libro germanice scripto, *de vita et scriptis Pindari*, Sect. ii. p. 35. (scil. quia Alexandrum Olympiæ certasse constat,) unde simul constare potest, lectionem ὁμώνυμε (ap. Dionem l. c.) alteri (ἐπώνυμε) præferendam esse.

II.

Πρέπει δ' ἐσλοῖσιν, ὑμνεῖσθαι
καλλίσταις ἀοιδαῖς.
τοῦτο γὰρ ἀθανάτοις
τιμαῖσι ποτιψαύει
μόνον ῥηθέν.
θνάσκει δ' ἐπίλασθὲν καλὸν ἔργον.

Digna res est viris bonis, celebrari pulcerrimis carminibus. Hoc enim solum, quod car-

mine *pronuntiatum est, immortalibus honoribus proxime accedit. Contra vero factum præclarum interit oblivioni traditum* (h. e. carmine haud commendatum.)—Addit Dionysius Halicarnassensis, ex quo fragmentum hoc refero, (de Demosthene t. ii. p. 292. l. 11. 13.) Πίνδαρος τοῦτο ποιήσειν εἰς Ἀλίξανδρον τὸν Μακεδόνα, περὶ τὰ μέλη καὶ τοὺς ῥυθμοὺς μᾶλλον ἢ περὶ τὴν λέξιν ἐσπουδακώς. Posui vero totum locum, pronti a Barnesio nescio quam recte distinctus est, nisi quod vetustam lectionem ῥηθὲν, cui ille ῥηθῆναι nullo sensu substituerat, reliqui, et Sylburgianum ἐσλοῖσιν pro vulgato ὄλοισιν, cum altera eiusdem viri docti emendatione, qua ἐπισταθὲν in ἐπιλασθὲν mutavit, audacter recepi. Nescio quod Barnesium adduxerit, ut ἐπιλασθὲν in σιγαθὲν mutaret, nec intelligo, quod in versione latina posuit: *Tantum dicier: hic est.* quo scilicet græcum suum μόνον ῥηθῆναι reddere conatus est. Schn.

Ultimorum versuum metrum sic restituit Hermannus:

τοῦτο γὰρ ἀθανάτοις τι-
μαῖς ποτιψαύει μόνον
ῥηθέν. θνάσκει δ', ἐπιλασθὲν καλὸν ἔργον.

V. Εἰς Ἱέρωνα. (p. 7.)

I.

Refert Scholiastes Pindari ad Pyth. ii. 127. Pindarum, cum Hieroni pro mercede carmen laudatorium in victoriam Pythicam (ἐπινίκιον) perfecisset, deinde ἐκ περιττοῦ συγγράψαι αὐτῷ περῶτα ὑπόρχημα, οὗ ἡ ἀρχή· "σύνες ὅ τι λέγω, ζαθέων ἱερῶν ἐπώνυμε." *Percipe, quod dico, nomen a præclaris sacris adepte*: quia Hiero ἀπὸ τοῦ, ἱερόν, dictus. Vocaverat poeta carmen hoc καστόρειον, ut docet Schol. eod. loco: ὃ δὴ καστόρειον εἶπε διὰ τὸ τὴν ἔνοπλον ὄρχησιν κατ' ἐνίους τοὺς Διοσκούρους εὑρεῖν. Adde Schol. ad Nem. vii. 1. ubi initium ipsum integrius exstat: "σύνες, ὅ τι λέγω, βαθέων ἱερῶν ὁμώνυμε πάτερ, κτίστορ Αἴτνας." Ipse Pindarus eod. loco secundum Pythicum εἶδος appellavit καστόρειον et ὑποχηματικὸν, quoniam scilicet plurima ejus μέλη saltatione expressa fuerunt. Hinc equidem nullus dubitavi ad idem referre carmen, quæ veteres grammatici loca ἐν Πυθικῇ εἰς Ἱέρωνα ᾠδῇ, vel ὑποχήματι in Hieronem, vel denique σκολιῷ in Hieronem laudant. Sed totum hunc Pindari locum rectius constituere licet ex Aristophanis Avibus v. 925. ubi ridiculus dithyramborum poeta carmen ad Pindaricos modos compositum in novam avium civitatem effundit:

Ἀλλά τις ὠκεῖα Μουσάων φάτις,
οἵαπερ ἵππων ἀμαρυγά.
σὺ δ', ὦ πάτερ, κτίστορ Αἴτνας,
ζαθέων ἱερῶν ὁμώνυμε,
δὸς ἐμὶν, ὅ τι περ
τεᾷ κεφαλᾷ θέλῃς
πρόφρων δόμεν ἐμὶν, τεὶν·

ad quæ Comici verba hæc in Scholiis leguntur: ἐκ τῶν Πινδάρου Ὑπορχημάτων·

Ξύνες ὅ τι λέγω,

ξαθέων ἱερῶν ὁμώνυμε
πάτερ, κτίστορ Αἴτνας.

ἐπειδὴ ὁ Ἱέρων ἔκτισεν αὐτήν. Porro ad versum 931. ἰμὶν, τιὶν legitur hæc veteris grammatici annotatio: χλευάζει τῶν διθυραμβοποιῶν τὸν συνιχῆ (ἰν) τοῖς τοιούτοις Δωρισμοὺς, καὶ μάλιστα τὸν Πίνδαρον συνεχῶς λέγοντα ἰν ταῖς αἰτήσεσι τὸ ἰμίν. Totus vero Aristophanis locus mihi videtur expressus esse ex Pindari carminibus, quorum unum saltem fragmentum ex ipso carminis in Hieronem initio decerptum jam certissime tenemus. De reliquis verbis nihil constituere licet. Sed prosequamur ulterius vestigia carminis Aristophanei, quæ nos statim ad plurium Pindaricorum fragmentorum cubile perducent. Pergit igitur Comicus v. 937.

Τόδε μὲν οὐκ ἀέκουσα φίλα
Μοῦσα τόδε δῶρον δέχεται·
τὸ δὲ τεᾷ φρενὶ μάθε
Πινδάρειον ἔπος.

Tum vero addit versu 942.

Νομάδεσσι γὰρ ἐν Σκύθαις
ἁλᾶται Στράτων,
ὃς ὑφαντοδίνητον ἔσθος οὐ πέπαται·
ἀκλεὴς δ' ἔβα σκολιᾶς ἄνευ χιτῶνος·
ξύνες ὅ τι λέγω.

Ad quæ verba Scholiastes: καὶ ταῦτα παρὰ τὰ ἐκ Πινδάρου· ἔχει δὲ οὕτως·

Νομάδεσσι γὰρ ἐν Σκύθαις
ἁλᾶται Στράτων,
ὃς ἁμαξηφόρητον οἶκον οὐ πέπαται·
ἀκλεὴς δ' ἔβα.

Λαῶν δὲ ἡμιόνους παρὰ Ἱέρωνος ᾔτει αὐτὸν καὶ ἁρμάτιον. Ita enim Scholiastæ verba restituit Berglerus, germanici nominis decus, cum antea legebatur: ἔβα τῶνδε λαῶν ἡμιόνους παρ' Ἱέρωνος καὶ ᾔτει αὐτὸν καὶ Ἁρμώδιον. Obiter moneo, Suidam in loco Aristophaneo legisse olim ὑφαντοδόνητον, quod Kusterus rejicit; ego vero ob metrum præferendum censeo; respondet enim Pindarico ἁμαξοφόρητον οἶκον, i. e. currum, cui domus ad veterum Scytharum morem inædificata est. (Recepit quoque Brunck. adstipulante codice; et ἁμαξοφόρητον esse legendum etiam Hermann. monuit.) Apparet igitur, Pindarum his verborum involucris preces parum modestas texisse, quibus ab Hierone, post acceptos ab eo mulos, currum etiam petebat, eumque Siculum, qui tum in magna artis laude erant, ut ex sequenti fragmento constat. Priorem Pindari locum refert præterea Strabo vi. p. 412. ubi de nova Ætna: ταύτης δὲ καὶ Πίνδαρος κτίστορα λέγει αὐτὸν, ὅταν φῇ· [MSS. inserunt non uno modo corrupta verba ξύνις ὅ τι λέγω. HERM.]

Ζαθέων ἱερῶν ὁμώνυμε
πατὴρ, κτίστορ Αἴτνας.

ubi Casaubonus monet, in Codicibus legi: ξύνες τοι λέγω ζαθέων, quod quo pertineret, vir summus tum temporis ignorasse videtur. Ad voces ξύνες ὅ τι λέγω alludit Gregorius Nazianz. Epist. 2. t. i. p. 768. σύνες ὅ τι λέγω, φησὶ Πίνδαρος, κἂν εὕρῃς τὴν ἐμὴν ἀφωνίαν ἀμείνω τῆς σῆς εὐγλωττίας. SCHN.

Ambiguum est, τὸ ὑπορχηματικὸν et καστόρειον sitne unum idemque; tum, fueritne hoc aliud carmen quam ipsum illud, quod Pyth. ii. est. Ex Scholio ad Pyth. ii. 127. quod conflatum est e pluribus Scholiis, utrumque firmes. Videtur tamen satis constare illud, carmen εἰς Ἴρωνα esse inter ὑπορχηματικὰ referendum, de quibus infra. An vere Pindarus preces istas parum modestas fecerit, dubito; et refero ad jocos scurriles Comici: exemplo aliorum in Pindaro in hunc sensum acceptorum, per commenta grammaticorum. Illa ξύνες ὅ τι λέγω frequentantur a multis, et jam a Platone in Menone p. 76. D. (tom. iv. p. 340.)

II. (p. 9.)

Ἀπὸ Ταϋγέτου μὲν Λάκαιναν
ἐπὶ θηρσὶ κύνα τρέχειν πυκινώτατον ἑρπετόν·
Σκυρίας δ' ἐς ἄμελξιν γάλακτος
αἶγας ἐξοχωτάτους·
ὅπλα δ' ἀπ' Ἄργεος· ἅρμα
Θηβαίων ἀπὸ γᾶς ἀγλαοκάρπου·
Σικελίας δ' ὄχημα δαίδαλον ματεύειν.

E Taygeto Lacedæmoniam canem pernicissimum animans; ad mulgendum lac Scyrias capras præstantissimas (ἐξοχωτάτας); scuta autem Argiva, currum Thebarum ex agro fertilissimo, rhedam arte factum e Sicilia petito. (Scripserat Pindarus ἀγλαοκάρπω.) Refert Athenæus i. p. 28. A. hoc fragmentum ex Pindari τῇ εἰς Ἴρωνα Πυθικῇ ᾠδῇ. Sed idem videtur esse carmen cum eo, quod alibi Scolii nomine appellat, ut mox videbimus.—De capris Scyriis v. Athen. xii. p. 540. D. Respicit hunc Pindari locum Zenobius Prov. ii. 18. in Αἶξ Σκυρία—ἄλλοι δέ φασιν, ἐπὶ τῶν ὀνησιφόρων λέγεσθαι, διὰ τὸ πολὺ γάλα φέρειν τὰς Σκυρίας αἶγας. μέμνηται Πίνδαρος καὶ Ἀλκαῖος. Critias apud Athen. i. c. laudat ὄχον Σικελικὸν, et Θηβαῖον ἁρματόεντα δίφρον. conf. Pollux x. 26. x. 11. Interpp. Hesychii ad voces ὄχος Ἀκεσταῖος. Denique fragmentum hocce nostrum ex Athenæo transtulit Eustathius ad Homer. p. 1822. l. 5. SCHN. Priores duo versus distribuendos sic esse, ut factum est, docuit Hermannus; monuit quoque δαίδαλον esse legendum pro δαιδαλέον. [v. *Jenaische A. L. Z.* 1807. nr. 245. p. 131. *Ex Schedis.*]

III. (p. 10.)

Μηδὲ ἀμαυροῦ τέρψιν ἐν βίῳ· πολύ τοι
φέρτιστον ἀνδρὶ τερπνὸς αἰών.

Ne tu obscura oblectationem in vita; longe præstantissima res est homini jucunda vita.—Habet hunc locum Athenæus xii. p. 512. D. Πίνδαρος παραινῶν Ἴρωνι τῷ Συρακου-

σίων ἄρχοντί φησι—. Schn. Versus constituit Hermann. Scripsi ἀμαυρῷ pro ἀμαύρου. Non enim memini dictum ἀμαύρομαι.

IV.

Athenæus xiv. p. 635. B. D. Ἀριστόξενος δὲ τὴν μάγαδιν καὶ τὴν πηκτίδα χωρὶς πλήκτρου διὰ ψαλμοῦ παρέχεσθαι τὴν χρείαν· διόπερ καὶ Πίνδαρον εἰρηκέναι ἐν τῷ πρὸς Ἱέρωνα σκολιῷ, τὴν μάγαδιν ὀνομάσαντα ψαλμὸν ἀντίφθογγον διὰ τὸ δύο γενῶν ἅμα καὶ διὰ πασῶν ἔχειν τὴν συναρδίαν ἀνδρῶν τε καὶ παίδων—ἀγνοεῖ δὲ ὁ Ποσειδώνιος, ὅτι ἀρχαῖόν ἐστιν ὄργανον ἡ μάγαδις, σαφῶς Πινδάρου λέγοντος τὸν Τέρπανδρον ἀντίφθογγον ἰδρεῖν τῇ παρὰ Λυδοῖς πηκτίδι τὸν βάρβιτον·

Τόν ῥα Τέρπανδρός ποθ' ὁ Λέσβιος εὗρε
πρῶτος ἐν δείπνοισι Λύδιον,
ψαλμὸν ἀντίφθογγον ὑψη-
λᾶς ἀκούων πηκτίδος.

Vocem Λύδιον esse corruptam, quilibet animadvertit. Vide igitur, an Λυδῶν vel Λυδίας sensum adjuvet. Nescio, an huc etiam referendus sit locus Plutarchi de Musica p. 1140. F. εἰ δὲ, καθάπερ Πίνδαρός φησι, καὶ τῶν σκολιῶν μελῶν Τέρπανδρος εὑρετὴς ἦν etc. de quo loco vide quæ disputavit van Goens Obs. Misc. p. 23. Schn. Versus constituit Hermann. et reposuit Λυδῶν pro Λύδιον.

V.

Ex eodem carmine in Hieronem desumtus esse videtur locus Strabonem xiii. p. 930. A.

Κείνῳ μὲν Αἴτνα δεσμὸς ὑπερφίαλος
ἀμφίκειται·---

καὶ πάλιν·

Ἀλλ' οἷος ἄπλατον κεραΐζες θεῶν
Τυφῶνα πεντηκοντακέφαλον ἀνάγκᾳ, Ζεῦ πάτερ,
ἐν Ἀρίμοις ποτέ.

Hunc vero eundem locum, prouti scilicet integer in ipso carmine prostabat olim, respiciebat Julianus in epistola xxiv. quam doctam magis, an ineptam dicam, nescio, p. 395. καὶ μὴν καὶ Πίνδαρος ὁ Θηβαῖος τὴν ἀναίρεσιν τοῦ Τυφωέως ἐν Ἐπινικίοις κηρύττων, καὶ τοῦ μεγίστου τούτου γίγαντος κράτος τῷ μεγίστῳ βασιλεῖ τῶν θεῶν περιτιθείς, οὐχ ἑτέρωθεν αὐτῷ τῆς εὐφημίας κρατύνει τὴν ὑπερβολήν, ἢ ὅτι τὸν γίγαντα τὸν ἑκατονταπέφαλον ἐνὶ βλήματι καθελεῖν ἤρκεσεν· ὡς οὐδὲ τινος ἄλλου εἰς χεῖρα τοῦ Διὸς ἐλθεῖν ἀντιμάχου γίγαντος νομισθέντος, ἢ ὃν ἡ μήτηρ μόνον τῶν ἄλλων ἑκατὸν κεφαλαῖς ὤπλισεν, οὐδὲ ἑτέρου τινὸς θεῶν ἢ μόνου Διὸς ἀξιονικοτέρου πρὸς τοσούτου γίγαντος καθαίρεσιν ὄντος. Cum igitur apud Julianum et in reliquis etiam

locis, ubi Typhonis meminit Pindarus, centum hujus terræ filii posuerit capita, facile patet, in Strabone numerum in voce τριτηκοντακέφαλον esse corrigendum. Schn. Versus distributi ab Herman. quem etiam consentire vidi in lectione κιρέϊζις pro κιράϊζι. [Scribe ἑκατοντακάρανον. Herm.]

ΣΚΟΛΙΑ.

I. Σκόλιον παρὰ τὴν θυσίαν Ξενοφῶντος Κορινθίου ἀσθέν. (p. 11.)

Athenæus xiii. p. 573. C. E. Νόμιμόν ἐστιν ἀρχαῖον ἐν Κορίνθῳ, ὡς καὶ Χαμαιλέων ἱστορεῖ ὁ Ἡρακλειώτης ἐν τῷ περὶ Πινδάρου, ὅταν ἡ πόλις εὔχηται περὶ μεγάλων τῇ Ἀφροδίτῃ, συμπαραλαμβάνεσθαι παρὸς τὴν ἱκετείαν τὰς ἑταίρας ὡς πλείστας, καὶ ταύτας προσεύχεσθαι τῇ θεῷ, καὶ ὕστερον ἐπὶ τοῖς ἱεροῖς παρεῖναι. καὶ ὅτι ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα τὴν στρατιὰν ἦγεν ὁ Πέρσης, ὡς καὶ Θεόπομπος ἱστορεῖ καὶ Τίμαιος (conf. Schol. Pindari ad Ol. xiii. 32.) ἐν τῇ ἐβδόμῃ, αἱ Κορίνθιαι ἑταῖραι ηὔξαντο ὑπὲρ τῆς τῶν Ἑλλήνων σωτηρίας, εἰς τὸν τῆς Ἀφροδίτης ἐλθοῦσαι ναὸν—καὶ οἱ ἰδιῶται δὲ κατεύχονται τῇ θεῷ, πελεσθέντων περὶ ὧν ἂν ποιῶνται τὴν δέησιν, ἀπάξειν αὐτῇ ταύτας ἑταίρας. Ὑπαρχόντος οὖν τοιούτου νομίμου περὶ τὴν θεὸν, Ξενοφῶν ὁ Κορίνθιος ἰξιὼν εἰς Ὀλυμπίαν ἐπὶ τὸν ἀγῶνα, καὶ αὐτὸς ἀπάξειν ἑταίρας ηὔξατο τῇ θεῷ νικήσας. Πίνδαρος δὲ τὸ μὲν πρῶτον ἔγραψεν εἰς αὐτὸν ἐγκώμιον, οὗ ἡ ἀρχή· "Τρισολυμπιονίκαν ἑταιρέων οἶκον" (Ol. xiii.) ὕστερον δὲ καὶ Σκόλιον τὸ παρὰ τὴν θυσίαν ἀσθὲν, ἐν ᾧ τὴν ἀρχὴν εὐθέως πεποίηται πρὸς τὰς ἑταίρας, αἳ παραγενομένου τοῦ Ξενοφῶντος καὶ θύοντος τῇ Ἀφροδίτῃ συνίθυσαν· διόπερ ἔφη·

Ὦ Κύπρου δέσποινα,
τεὸν δεῦτε ἐς ἄλσος.
φορβάδων κορᾶν ἀγέλαν ἑκατόγγυιον
Ξενοφῶν τελείαις ἐπήγαγεν εὐχωλαῖς ἰανθείς.

(O Cypri regina, tuum ades in nemus; compascuarum puellarum gregem numerosum Xenophon adduxit lætus ad vota persolvenda. Scrib. ἐπάγαγεν. et mox v. 4. ἔμμεν.) ἤρξατο δὲ οὕτως τοῦ μέλους·

Πολύξενοι νεάνιδες, ἀμφίπολοι
Πειθοῦς ἐν ἀφνειᾷ Κορίνθῳ,
διά τε τὰς χεῖρας λιβάνου ξανθὰ δάκρυά τε
ἡμῖν πολλάκις ματέρας ἐρώτων
οὐρανίαν ἱπτάμεναι νοήματι,
ποτὰν Ἀφροδίταν ὑμῖν ἄνωθεν ἀπαγορίας

ἔπορεν· Ὦ παῖδες
ἑρατεινᾶις εὐναῖς μαλθακώρας·
ἀπὸ καρπὸν δρέπεσθαι
σὺν δὲ ἀνάγκαι καὶ καλόν·

[Πάγκαλον ap. Athen. Herm.] (Advocari puellas ad saerum faciendum apparet; verba corrupta sunt.) ἀρξάμενός θ' οὕτως, ἐφεξῆς φησιν·

Ἀλλὰ θαυμάζω, τί με λέξοντι
ὁμοῦ δεσπόται, τοιάνδε
μελίφρονα ἀρχὰν εὑρόμενον σκολίου,
ξυναόρον ξυναῖς γυναιξί.

(*At miror simul, quid Corinthii de me dicent tale dulce Scolii exordium succinens puellis meretricibus commento.*) ὄη̃λον γὰρ ὅτι πρὸς τὰς ἑταίρας διαλεγόμενος ἠγωνία. ποῖόν τι φανήσεται τοῖς Κορινθίοις τὸ πρᾶγμα. πιστεύων δὲ, ὡς ἔοικεν, αὐτὸς ἑαυτῷ, πεποίηκεν εὐθέως·

Ἐδιδάξαμεν χρυσὸν καθαρᾷ βασάνῳ.

(*Aurum exploravimus pura probatione*: lapide Lydio, qui purum aurum declarat, h. e. Corinthii puellarum laudes admiserunt.) Solus hic ingenii, quod sentio quam sit exiguum, discrimen subire cogor, cum viri summi, Isaaci Casauboni, sollertia lectorem in locis difficillimis destituat. Versu tamen secundo recte vir magnus emendandum monuit δεῦτ' ἰ̓ς. sed quod idem voluit, κορᾶν ἰ̓ς ἀγέλαν, ut jungantur ἅλσος et ἑκατόγγυιον, quoniam græcum vix videtur, approbare nulla ratione possum. Connectenda potius sunt ἀγέλαν κορᾶν ἑκατόγγυιον, quibus verbis poeta numerum puellarum Veneri consecratarum a victore Xenophonte designare voluisse videtur; igitur distinctio post ἅλσος tollenda est; secundus enim versus cum tertio et quarto sensu continuatur. Versu 8. Casaubonus malebat: ἑρατινᾶς ὥρας μαλθακώτεραι, vel ἑρατεινᾶς εὐνᾶς μαλθακώτερον ἀπὸ καρπὸν. etc. Equidem faciliore sensu legerim: ὦ παῖδες, ἑρατεινᾶις εὐναῖς μαλθακὸν ὥρας ἀπὸ καρπὸν δρέπεσθαι σύν τε ἀνάγκᾳ καὶ καλόν. quibus quidem verbis poetæ vitæ genus excusare videtur velle, cui puellæ servitio Veneris adstrictæ obsequebantur. Versu 12. Casaubonus legendum conjicit Ἰσθμοῦ δεσπόται. Corinthios hoc loco intelligi ipse Athenæus docuit. Pro vulgato κιθάρα idem vir doctus καθαρᾷ, et paullo antea λέξοντι pro λέξαντι restituit; reliqua verba, utpote corruptissima, meliorum librorum ope felicioribus ingeniis sananda deposuit Casaubonus, cujus ego exemplum tutissime sequar. Non obscurum quidem est, verba λιβάνου ξανθὰ δάκρυα referri ad sacrificium, cum thus in ara adoletur; sed verbum, quo adolitio significetur, nullum apparet in corruptela. Si ματέρας in ματέρος mutaveris, tum vero sequenti versu etiam οὐρανίας et ἀπτόμεναι νοάματι restituendum videtur. Verbum ἀπαγορίας forte ex ἀπ' ἀτορίας ἔπορεν corruptum fuit. Vide etiam, an ad investigandam lectionis veritatem aliquid profici possit ex annotatione Photii in Lexico inedito, qui de voce λίβανος monet: Λίβανον τὸ δένδρον θηλυκῶς Πίνδαρος. Schn. [V. Zonar. in v. λίβανον p. 1305. ibique Tittm. Herm.]

Verss. 3. seqq. refinxit Jacobs Animadvers. pag. 135. hunc in modum:

στάζετ' ἐσχάραις λιβάνου ξανθὰ δάκρυα
τιμάν τε μακίσταν ματέρι Ἐρώτων
οὐρανίῳ νιψάμεναι νάματι
ϖοτάγετ' Ἀφροδίτᾳ, ἅ γ' ὑμῖν ἄνωθεν
ἀγλαΐαν ὥρας ἔπορεν.

Vss. 7. seqq. forte locum habet: *ὦ ϖαῖδες, ἑρατειναῖς εὐναῖς μαλθακὸν ὥρας ἀπὸ καρπὸν δρέπεσθαι νῦν γ' ἀνάγκα καὶ καλόν*: ad usum Veneris festo die ut excitet juvenes seu puellas.

Herman. sic constituit:

STROPHA.

Πολύξενοι νεάνιδες ἀμφίπολοι Πει-
θοῦς ἐν ἀφνειᾷ Κορίνθῳ,
ἅτε τᾶς χλωρᾶς λιβάνου
ξανθὰ δάκρυα θυμιᾶτε
ϖολλάκις, ματέρα δ' ἐρώτων,
οὐρανίαν ϖτάμεναι νό-
ημα ϖοττὰν Ἀφροδίταν,
ὔμμιν ἄνωθεν ἀπαγορίας
ἔπορεν*, ὦ ϖαῖδες, ἑρατει-
ναῖσιν εὐναῖς μαλθακὸν ὥρας ἀπὸ καρ-
πὸν δρέπεσθαι. σὺν δ' ἀνάγκᾳ ϖᾶν καλόν.
ἀλλὰ θαυμάζω, τί με λέ-
ξοντι Ἰσθμοῦ δεσπόται, τοι-
άνδε μελίφρονα ἀρχὰν
εὑρόμενον σκολίου, ξυν-
άορον ξυναῖς γυναιξίν.

ANTISTROPHA.

Διδάξαμεν χρυσὸν καθαρᾷ βασάνῳ. *
* * *

* Venus scilicet. Nam quum dicere deberet, *impetratis veniam*, mutata constructione *dat ea vobis veniam* dicit. *Herm.* Annon v. 7. ἡμῖν?

EPODUS.

Ὦ Κύπρου δέσποινα, τεὸν
δεῦτ' ἐς ἄλσος φορβάδων κο-
ρᾶν ἀγέλαν ἑκατόγγυιον Ξενοφῶν
τελέαισιν ἐπήγαγεν εὐχωλαῖς ἰανθείς.

[v. Jenaische A. L. Z. 1806. nr. 249. p. 143. *Ex Schedis.*]

II. Σκόλιον εἰς Θεόξενον Ἀγησιλάου Τενέδιον, Πινδάρου παιδικά. (p. 14).

Athenæus xiii. p 601. C. D. καὶ Πίνδαρος δ' οὐ μετρίως ὢν ἐρωτικὸς φησιν·

εἴη καὶ ἐρᾶν καὶ ἔρωτι χαρίζεσθαι,

καὶ, κατὰ καιρὸν,

μὴ πρεσβυτέραν ἀριθμοῦ δίωκε, θυμὲ, πρᾶξιν.

Utinam contingat amare et amori gratificari. Nec tu, o anime mi, rei studio tenearis ab ætatis gradu alienæ. (Reddidi ultima, ut sententia forte ferebat: verum quid sit πρεσβυτέρα ἀριθμοῦ πρᾶξις, non intelligo. κατὰ καιρὸν aliena esse videntur, ex seqq. nata; καὶ autem ab Athenæo esse, non a poeta.)—μνησθεὶς δὲ καὶ τοῦ Τενεδίου Θεοξένου ὁ Πίνδαρος, ὃς ἦν αὐτοῦ ἐρώμενος, τί φησι;

Χρῆν μὲν κατὰ καιρὸν ἐρώτων δρέπεσθαι,
θυμὲ, ξὺν ἡλικίᾳ·
τὰς δὲ Θεοξένου ἀκτινᾶς ὅσσων μαρμαριζοίσας
δρακεὶς ὃς μὴ πόθῳ κυμαίνεται,
ἐξ ἀδάμαντος ἢ σιδάρου κεχάλκευται
μέλαιναν καρδίαν ψυχρᾷ φλογὶ,
πρός τ' Ἀφροδίτας ἀτιμασθεὶς ἑλικοβλεφάρου,
ἢ περὶ χρήμασι μοχθίζει βιαίως,
ἢ γυναικείῳ θράσει ψυχὰν
φορεῖται πᾶσαν ὁδὸν θεραπεύων.
ἀλλ' ἔγωγ' ἔκατι τᾶς κηρὸς ὡς
δαχθεὶς ἑλεκρὰν μέλισσαν
τήκομαι, εὖτ' ἂν ἴδω παιδῶν
νεόγυιον ἐς ἥβην.
ἐν δ' ἄρα καὶ Τενέδ[illegible]
Πειθώ τε ναίει καὶ Χάρις υἱὸν Ἀγησιλάου.

Oportuit quidem, cum opportunam erat et ætas ferebat, amores decerpere. Attamen Theoxeni fulgores oculorum radiantes qui adspexit, et cupiditate non agitatur, ex adamante aut ferro fabricatus est præcordiis atris gelida flamma; et a Venere arcuatis ciliis formosa nullo honore habitus aut opibus parandis violenter laborem impendit, aut matronali protervia animus ejus obnoxius per omnes vias rapitur. At ego tabesco, cum intueor puerorum pubescentem ætatem. In Tenedo vero Pitho et Gratia habitat cum filio Agesilai. (Verti ac si esset σὺν υἱῷ Ἀγησιλάῳ. Dorice sunt quoque scribenda v. 2. ξὺν ἁλικίᾳ, et v. 14. ἥβαν. v. 6. ψυχρὰν Villebr. In v. 11. ἵκατι τᾶς desidero Ἀφροδίτας, *Veneris numine*, aut simile quid.) Iterum hic Casaub. spem nostram plane destituit; quare solus ingenium in fragmento corruptissimo restituendo experiri cogor, quod jam olim feceram in libro *de vita et scriptis Pindari* p. 46. Prima statim verba respicit Athenæus xiii. p. 561. B. καὶ κατὰ τὸν Πίνδαρον δὲ ἄλλος τις ἔφη· εἴη καὶ ἐρᾶν καὶ ἔρωτι χαρίζεσθαι. Versus 3. 4. 5. habet Athenæus p. 564. D. E. ἀκτῖνας ὅσσων, quod h. l. admisi; nam eo loco, quem statim initio indicavimus, (p. 601.) exstat ἀκτῖνας προσώπου. Versu 5. Athenæus altero loco habet ἢ σιδάρου. Versu 6. ibidem est ψυχὰν pro καρδίαν, male, ut paullo post ex Plutarcho apparebit. Versu 12. Dalecampius emendabat μελικρᾶς vel μελικηρᾶς μελίσσας. H. Stephanus legit ἑλκηρᾶν (?) μελισσᾶν. Aliam viam tentavit Soping. ad Hesychii ὀδάξει. Equidem jam olim legendum censueram: ἀλλ' ἔγωγ' ἵκατι Κύπριδος καρὸς ὣς μελιχρᾶν μελισσᾶν τάκομαι. Apte comparaveris locum Alcmanis ap. Athen. p. 600. F. ἔρως με δ' αὖτε Κύπριδος ἵκατι γλυκὺς κατείδων καρδίαν ἰαίνει. de quo vide etiam summi Hemsterhusii notam ad Hesychii ἰαίνεσθαι. (Jacobs Animadverss. p. 189. conj. vs. 11. Ἀλλ' ἔγωγ', ἐπ' ἀκτῖνας κηρὸς ὣς Ἰανθεὶς μελιχρᾶν μελισσᾶν, τάκομαι.)—Duo postremos versus omiserunt H. Stephanus et Er. Schmidius, quos tamen ego pertinere ad ipsum Scolium persuasissimum mihi habeo. Quo modo Dalecampius verba ea verterit, memorare indignum est. Clarum vero est exinde, fuisse illum Theoxenum Tenedium Agesilai filium, forte etiam necessitate aliqua conjunctum cum Aristagora Tenedio, cui Pindarus pulcherrimum illud εἶδος ultimum inscripsit, quod immerito hodie inter Nemeacas odas legitur. De ipso Theoxeno quæ dici h. l. poterant, jam olim occupavi *de vita et scriptis Pindari* p. 45-50. Præterea Scolion hoc respiciebat Plutarchus de sera num. vind. p. 558. A. (p. 55.) egerat de honore Pindari posteris habito in Theoxeniis, τίς δὲ οὐκ ἄν, εἴπεν, ἡσθείη τῇ χάριτι τῆς τιμῆς, οὕτως ἑλληνικῶς καὶ ἀφελῶς ἀρχαϊζούσης; εἰ μὴ μέλαιναν καρδίαν κεχάλκευται ψυχρᾷ φλογὶ, κατ' αὐτὸν τὸν Πίνδαρον. Ubi præstantissimus Wyttenb. monuit, eodem respicere Plutarchum Compar. Stoic. et poet. p. 1057. D. de Cæneo. (v. Fr. inc. e Sch. Apoll. i. 61.) et de util. ex inimic. cap. p. 91. A. κεῖνος ἐξ ἀδάμαντος ἢ σιδάρου κεχάλκευται μέλαιναν καρδίαν. Laudavit etiam Wyttenbach. locum Onosandri Strateg. xlii. p. 124. αὐτὸς οὖν ὁ στρατηγὸς ἴσως φήσει τις ἐξ ἀδάμαντος ἢ σιδήρου κεχάλκευται. Ipsum carminis initium ita olim conjungendum ex laceris Athenæi verbis censueram:

Εἴη καὶ ἐρᾶν καὶ ἔρωτι χαρίζεσθαι,
καὶ κατὰ καιρὸν ἐρώτων δρέπεσθαι ἄνθη ξὺν ἁλικίᾳ,
μὴ πρεσβυτέραν ἀριθμῷ δίωκε θυμὲ πρᾶξιν·
τὰς δὲ Θεοξένοιο ἀκτῖνας---. SCHN.

Restituit nunc numeris suis Carmen Hermann.

εἴη μὲν ἐρᾷν καὶ ἔρωτι χαρίζε-
σθαι κατὰ καιρόν.
μὴ πρεσβυτέραν ἀριθμοῦ δίωκε πρᾶξιν.*
χρῆν μὲν κατὰ καιρὸν ἐρώ- Str.
των δρέπεσθαι, θυμὲ, σὺν ἡλικίᾳ.
τὰς δὲ Θεοξένου ἀκτῖνάς τις ὅσσων
μαρμαριζοίσας δρακεὶς, ὃς μὴ πόθῳ κυ-
μαίνεται, ἐξ ἀδάμαντος ἢ σιδά-
ρου κεχάλκευται μέλαιναν καρδίαν
ψυχρᾷ φλογὶ, πρός τ' Ἀφροδί- Ant.
τας ἀτιμασθεὶς ἑλικοβλεφάρου
ἢ περὶ χρήμασι μοχθίζει βιαίως,
ἢ γυναικείῳ θράσει ψυχὰν φορεῖται
πᾶσαν ὁδὸν θεραπεύων. ἀλλ' ἐγὼ
δ . . . . . ἕκατι τᾶς
κηρὸς ὡς δαχθεὶς ἐλειηρᾶν μελισσᾶν Ep.
τάκομαι, εὖτ' ἂν ἴδω παι-
δῶν νεόγυιον ἐς ἥβαν.
ἐν δ' ἄρα καὶ Τενέδῳ Πειθώ τ' ἔναιε
καὶ Χάρις υἱὸν Ἀγησίλα.

III. Σκόλιον πρὸς Θρασύβουλον Ξενοκράτους Ἀκραγαντῖνον. (p. 16.)

Ὦ Θρασύβουλ', ἐρατᾶν ὄχημ' ἀοιδᾶν
τοῦτο πέμπω μεταδόρπιον·
Ἐν ξυνῷ κεν εἴη συμπόταισί τε
γλυκερὸν, καὶ Διωνύσοιό τε καρπῷ
καὶ κυλίκεσσιν Ἀθηναιεῦσι κέντρον.

O Thrasybule, suavium ferculum carminum hocce mitto mensis secundis; in communi sit convivis et Bacchi fructui poculisque Atticis suavis stimulus; qui ad hilaritatem excitet.—Athen. xi. p. 480. C. *τῶν Ἀττικῶν κυλίκων μνημονεύει Πίνδαρος ἐν τοῖσδε· ὦ Θρ.* Vix dubitari posse videtur, ad hunc locum respexisse Suidam, cum in

voce Ἀθηναῖος auctoritate Pindari ἐν σχολαῖς, ut vulgo legebatur, seu ἐν Σκολίοις, ut recte Kusterus emendavit, docere vellet, Ἀθηναῖος dici etiam interdum pro Ἀττικός, quod grammaticorum filii rectè fieri negabant, ut videre licet ex Falconerio ad Inscr. Athlet. p. 2323. Thesauri Gronov. Rationem ex Megaclide repetit cum Suida Eustathius ad Homer. (p. 84. l. 11.) t. i. p. 169. edit. Politi. Videtur ergo in superiori Pindari loco Ἀθηναίοισι κέντρον legendum esse. De Thrasybulo Xenocratis Agrigentini filio satis constat ex Pyth. vi. et Isthm. ii. quæ ad eundem missæ fuerunt. Confer ibi doctas venerandi præceptoris mei annotationes. Schn. Ipsa carminis verba ducere videntur eo, ut illud non tam Scolion illud sit, quam ut Scolio pro comite datum credas. Metrum Herman. sic constituit:

ὦ Θρασύβουλ', ἐρατᾶν ὄχημ' ἀοιδᾶν
τοῦτο πέμπω μεταδόρπιον. ἐν ξυνῷ κεν εἴη
συμπόταισίν τε γλυκερὸν,
καὶ Διωνύσοιο καρπῷ
καὶ κυλίκεσσιν Ἀθαναίοισι κέντρον.

IV. Ἄλλο. (p. 17.)

Athen. x. p. 427. E. τὰ Σκόλια καλούμενα μέλη τῶν ἀρχαίων ποιητῶν πλήρη (τῆς τοῦ ποττάλου μνήμης) ἐστί· λέγω δὲ οἷον καὶ Πίνδαρος πεποίηκε·

---χάριτάς τε ἀφροδισίων ἐρώτων,
σὺν χειμάρῳ μεθύων·
Ἀγάθωνι δὲ καλῷ κότταβον.

Casaubonus malebat ἐπικαλῶ vel τῷ καλῷ. Ultimum fere probaverim; sed vel sic sensus interruptus hæret. An fortasse in χειμάρῳ latet σύν Ϝ' ἰμέρῳ? Sed hoc hariolari est. (*capra apposita.* et scrib. χάριτάς τ' ἀφρ. Etiam inter Scolia refertur ab Athenæo xv. p. 694. D. quod in Partheniis habetur inf. p. 29. Ἰὼ Πάν, Ἀρκαδίας—.)

ΠΑΡΘΕΝΙΑ.

De charactere horum carminum præclarus est locus Dionysii Halic. de Demosth. t. ii. p. 304. ed. Huds. ubi de ἁρμονίᾳ αὐστηρᾷ καὶ ἀρχαίᾳ ait: παραδείγματα δὲ αὐτῆς ποιητῶν μὲν καὶ μελοποιῶν ἥ τε Αἰσχύλου λέξις ὀλίγου δεῖν πᾶσα, καὶ ἡ Πινδάρου, χωρὶς ὅτι μὴ τὰ Παρθένεια, καὶ εἴ τινα τούτοις ὅμοια· κἀν τούτοις εὐγένεια καὶ σεμνότης ἁρμονίας τὸν ἀρχαῖον φυλάττουσα τρόπον. Plutarchus de Musica p. 1136. E. tradit, Pindarum, Simonidem, Bacchylidem multa Παρθένεια Δώρια (*Dorica harmonia*) composuisse; abstinuisse vero Pindarum χρώματι (*chromatico genere*)

in cantu ibidem p. 1137. F. monet. De natura hujus carminis pauca tradita in veterum grammaticorum libris reperiuntur, unde parum perspicitur. Fateor igitur, parum me hic videre, sed in lectoris tamen gratiam ponam præcipua loca, quæ ad eam rem spectant. Aristoph. Av. 920. *μέλη πεποίηκα—κύκλιά τε πολλὰ, καὶ Παρθενεῖα* (ita ibi scribitur) *καὶ κατὰ τὰ Σιμωνίδου.* ubi Schol. *Παρθενεῖα, ἀντὶ τοῦ, ἃ αἱ παρθένοι, ᾖδον.* Alius grammaticus ad eum locum: *προπερισπωμένως δὲ τὸ ὄνομα τὰ Παρθενεῖα· ἔστι δὲ τὰ εἰς παρθένους ᾀδόμενα.* Proclus in Chrestomathia: *τὰ δὲ λεγόμενα Παρθένια χοροῖς παρθένων ἐνεγράφετο.* Sunt porro in genere *Δαφνηφορικῶν*, si eidem Proclo credimus, et iidem *τρόποι* cum *ἀποστολικοῖς*, ut legitur apud Athen. xiv. p. 631. D.

Mirabar, quid sibi velint illa Schol. Pindari ad Pyth. iii. 139. ubi Pindarum, laudat *ἐν τοῖς κεχωρισμένοις τῶν παρθένων* "*ὦ Πὰν Ἀρκαδίας μεδέων.*" *ἕως τοῦ*, "*Ματρὸς μεγάλας ὀπαδὲ, σεμνῶν Χαρίτων μέλημα τερπνόν.*" [v. not. ad Gregor. Corinth. p. 132. Schaefer. *Ex Schedis.*] ubi *Παρθενίων* scribendum esse patet ex Schol. Theocriti ii. 10. *Πίνδαρός φησιν ἐν τοῖς κεχωρισμένοις τῶν παρθένων* (ubi Vatic. 5. *παρθενίων*) *ὅτι τῶν ἐραστῶν οἱ μὲν ἄνδρες εὔχονται τὸν ἥλιον, αἱ δὲ γυναῖκες σελήνην.* ubi Vatic. 5. *παρθενίων τοι τῶν ἐραστῶν—εὔχονται εἶναι καὶ ἥλιον.* quæ equidem non satis intelligo; nisi huc trahere velis locum Hesychii in *οὐρανία αἶξ*, ubi est: *ὅτι κατ' ἐνίους ἡ Σελήνη τῇ αἰγὶ ἐποχεῖται· ταύτῃ δὲ τὰ γύναια εὔχεται διὰ τὸ καὶ αὐτὴν ἐπὶ τῷ Ἐνδυμίωνι τὰ αὐτὰ παθεῖν· ὅθεν καὶ εὐκταίων φασὶν αὐτὴν (τὴν αἶγα) ἔνιοι.* In his igitur Pindari Partheniis laudabant alicubi virgines Panem, unde Scholiastes sua duxit. Sed de eo loco statim postea dicemus. Huc refero etiam, quæ tradit Schol. Theocr. i. 1. *μελίσδεται*] *μέλη γὰρ τὰς ᾠδὰς ἔλεγον· ὡς καὶ Πίνδαρος* (f. *πρὸς*) *τὸν Πᾶνα φάσκων*

τὸ σαυτοῦ μέλος γλάζεις

τουτέστιν, ἑαυτῷ ᾠδὴν ᾄδεις. ubi Vatic. 2. *σαύτα* (f. *σαυτῷ*). Verbum *γλάζειν* defendit D. Ruhnken. ex Hesychii *γλάζει, κέκραγε.* Idem Schol. ad Idyll. v. 14. *Πὰν ἄκτιος*] *τινὲς δὲ τὸν Ἀπόλλωνά φασι τὸν ἐπὶ τῆς ἀκτῆς ἱδρυμένον, φησὶ δὲ καὶ Πίνδαρος τῶν ἁλιέων αὐτὸν φρουτίζειν* (Apollinem an Panem?) Primum horum carminum (*τῶν Παρθενίων*) laudat Schol. Aristoph. ad Acharn. 720. *ἀγοράζειν ἐν ἀγορᾷ διατρίβειν ἀττικῶς· ὅθεν καὶ ἡ Κόρινν ἐστὶ τοῦ Πινδάρου ἀττικιστί· ἐπὶ καὶ ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Παρθενίων ἐχρήσατο τῇ λέξει.* ubi esse legendum: *ὅθεν καὶ ἡ Κόρινν, ἔτι δὲ ὁ Πίνδαρος ἀττικίζει*, vidit Pierson ad Mœrin p. 70. [cf. Notices et Extraits t. viii. P. ii. p. 127. *Ex Schedis.*]

Sed redeo ad locum de Pane, de quo in his iisdem Partheniis, nisi fallor, cecinerat Pindarus, quæ refert Aristoteles Rhetor. ii. 24.

ὦ μάκαρ, ὅντε μεγάλας Θεοῦ κύνα παντοδαπὸν καλέουσιν Ὀλύμπιοι.

[tragicis numeris Wolfius Auctar. ad Vateri Anim. ad Aristot. Rhet. p. 207. HERM.] etiam quæ laudat tanquam Pindarica Aristides t. i. p. 29. de sociis Bacchi: *διδόασι δ' αὐτῷ καὶ τὸν Πᾶνα*

χορευτὴν τελεώτατον Θεῶν

ὄντα, ὡς Πίνδαρός τε ὑμνεῖ, καὶ οἱ κατ' Αἴγυπτον ἱερεῖς κατέμαθον. Jam vero rem miram audi, studiosis Pindari gratissimam futuram. Illud enim in Panem car-

men ex Partheniis servavit ex parte Athenæus, qui nullo discrimine nec auctoris nomine annotato posuit in Scholiorum numero etiam hocce xv. p. 694. D.

Ἰὼ Πὰν, Ἀρκαδίας μεδέων κλεεννᾶς,
Ὀρχηστὰ, βρομίαις ὀπαδὲ νύμφαις γελασίαις.
Ἰὼ Πὰν, ἐπ' ἐμαῖς εὐφροσύναις ταῖσδ' ἀοιδαῖς
ἄειδε κεχαρημένος·
ἐνικήσαμεν γὰρ
ὡς ἐβουλόμεθα, καὶ νίκαν ἔδοσαν οἱ θεοὶ,
φέροντες παρὰ Πανδρόσου ὡς φίλαν Ἀθήναν.

(Ultima haud dubie diversa; etsi et a Brunckio junctim edita sunt t. i. p. 156. qui et contendebat, Scolion hoc esse, nec aliud carmen esse posse; contra quem disputat vir doctus in Nov. Biblioth. philol. 1778. P. iv. p. 67.)—Suspicor, totum carmen scriptum esse in laudem Panis, quo duce Athenienses nobilem illam pugnam Marathoniam vicerunt; sed verbis ipsis manum abstinere præstat, in quibus corrigendis sine bonorum librorum auxilio vix aliquid tentari posse videtur. Plura enim verba exciderunt, quibuscum conjuncta hærebant fragmina illa, quæ Scholiastes Pindari conservavit. Sensum verborum illorum Χαρίτων μέλημα præclare explicuit Hemsterh. ad Luciani t. i. p. 272. Reliqua de Pane, quæ scire ad sensum carminis adjuvandum interest, dabit d'Arnaud de Diis παρέδροις p. 205. Initium tentavit doctiss. Valckenar. ad Euripid. Phœniss. p. 30. cui videbatur legendum: ὀπαδὲ Νύμφαις σαῖς, γιλάσιας, i. e. *adsis nobis hilaris.* Sed de hac viri maximi conjectura judicium penes eruditum lectorem esto. SCHN.

Κεχωρισμένα illa videntur esse selecta carmina ex aliorum numero: quæcunque tandem illa fuerint. Metrum autem fragmenti ita constituit Herman. de metris p. 414.

ὦ Πὰν, Ἀρκαδίας μέδων κλεεννᾶς,
ὀρχηστὰ, βρομίαις ὀπαδὲ Νύμφαις,
γελάσειας, ὦ Πὰν, ἐπ' ἐμαῖς
εὐφροσύναις ἀοιδαῖς κεχαρημένος.

Aliud Scolion:

ἐνικήσαμεν, ὡς ἐβουλόμεσθα,
καὶ νίκην ἔδοσαν θεοὶ, φέροντες
παρὰ Πανδρόσου ὡς φίλην Ἀθήναν.

(*νίκαν—ὡς φίλαν Ἀθάναν. ad Minervam in Pandrosi æde.*)

ΘΡΗΝΟΙ *. (p. 20.)

Pindarum et hoc carminis genus attigisse, cum multis veterum testimoniis constat, quibus addere licet obscurum Georgii Galesiotæ locum in Monodia in Theodorum Callistum Xanthopulum apud Allatium de Simeonum Scriptis p. 210. tum inprimis clarum est ex iis locis, quos inde decerptos quidam veterum scriptorum conservarunt. Sed a natura nactus erat ingenium ad genus istud molle et flebile non satis aptum, nec potuit aspirare ad laudes Simonidis, qui in modis næniæ exprimendis omnium reliquorum poëtarum conatus superavit, ut monet intelligentissimus rerum poëticarum judex Dionysius Halicarn. t. ii. p. 128. cujus loco jam olim usus sum in libro *de vita et scriptis Pindari* pag. 47. Antea vero quam ipsa næniarum fragmenta aggrediar, lectorem meminisse velim, temere ea omnia ad unum carminis titulum referri, cum ignoremus et numerum carminum et nomina amicorum, in quem quodque a Poëta scriptum fuit. De Hippocrate tamen constat testimonio Schol. Pindari ad Pyth. vii. 18., ejus memoriam a Pindaro næniа celebratam fuisse. Ita enim ille: *ἔοικε δὲ τὸ περὶ τὴν τοῦ Ἱπποκράτους τελευτὴν περὶ τοῦτον τὸν καιρὸν ἀπηντηκέναι, εἰς ἣν καὶ Θρῆνον γράφει Πίνδαρος.* Ἦν δὲ Ἱπποκράτης συγγενὴς τοῦ νικηφόρου. scilicet Megaclis Atheniensis, in cujus laudem scripta est Pyth. vii. Pertinet autem illa Megaclis victoria ad Pythiadem lxxxviii. ut tradit Scholiastes, cujus tamen locum corruptum esse certis argumentis docuit Corsini Fast. Attic. ii. p. 60. qui pro *ὀγδοηκοστὴν ὀγδόην* substituere jussit: *εἰκοστὴν ὀγδόην*, i. e. Olymp. lxxvi. Fuit Hippocrates ille Zenodici filius, una cum fratre Capy a Therone fugati, ut tradit Hippostratus apud Schol. Pindari Pyth. vi. pr. Zenodicus vero et Emmenides Telemacho patre nati fuerunt. De Hippocrate alia multa tradit Timæus apud Schol. Pind. ad Nem. ix. 95. Cf. Corsini l. c.

I. (p. 21.)

Plutarchus Consol. ad Apollon. p. 120. C. *λέγεται δὲ ὑπὸ μὲν τοῦ μελικοῦ Πινδάρου ταυτὶ περὶ τῶν εὐσεβίων ἐν ᾅδου·*

Τοῖσι λάμπει μένος ἀελίου
τὰν ἐνθάδε νύκτα κάτω·
φοινικορόδιαί τε λειμῶνες
εἰσὶ προάστειον αὐτῶν·
καὶ λιβάνῳ σκιερὸν
καὶ χρυσοκάρποισι βέβριθε.
καὶ τοὶ μὲν ἱππείοις γυμνασίοις,
τοὶ δὲ πεσσοῖς, τοὶ δὲ φορμίγγεσσι τέρπονται·
παρὰ δέ σφισιν εὐανθὴς
ἅπας τέθηλεν ὄλβος.

[* inter *μέλεα*, v. c. Pausan. x. 7. p. 814 *Ex Schedis.*]

ὀδμὰ δ' ἐρατὸν
κατὰ χῶρον κίδναται ἀεὶ,
θύματα μιγνύντων πυρὶ τηλεφανεῖ
παντοῖα θεῶν ἐπὶ βωμοῖς.

Fulget illis jubar solis per noctem quæ hic subtus est; et purpureis rosis nitentia prata sunt suburbium eorum; et turiferis aureosque fructus ferentibus arboribus opacum gravatur solum. Et alii quidem curulibus gymnicisque certaminibus, alii calculis, alii fidibus se oblectant; et juxta fioret ipsis omnis læta copia; odor autem suavem per regionem semper spargitur, miscentibus illis igni late splendente omnigenos odores in deorum aris. (Versibus 5. 6. nondum satis confido.)—Versu 5. *σκιερὸν* pro vulgato *σκιερὰν* a Xylandro recepit etiam H. Stephanus in Fragm. Pind. Σκιερὸν laudat ex h. l. Wyttenb. ad Plutarch. de ser. num. vind. p. 114. Ineptum *μὲν* ante *μένος* ejiciendum esse vidit etiam Reiske Anim. vol. ii. p. 167. Idem vir doctus (bene) conjicit *πλατάνῳ—βεβριθὸς*, vel *πλατάνῳ σκιερᾷ*. Versu 7. legebatur olim *ἵπποις*, quod Xylander et H. Steph. correxerunt. Apud Wyttenb. *ἱππίας* exstare video. Reiske malebat: *τοὶ μὲν ἵπποις, τοὶ δὲ γυμνασίοις*. Pro *τέρψονται* ex codicibus recepimus *τέρπονται*. Porro *ἱρατῶν*, quod in Plutarcho legebatur olim, emendarunt Xylander et Steph. Eundem vero hunc locum partim auctiorem profert Plutarchus de dicto *λάθε βιώσας* p. 1130. C. *καί τοι τῆς γε δόξης καὶ τοῦ εἶναι φύσιν* (?) *εὐσεβῶν χῶρον, τοῖσι λάμπει μένος ἀελίου τὰν ἐνθένδε νυκτα κάτω φοινικορόδοις ἐν λειμώνεσσι, καὶ τοῖσιν ἀκάρπων μὲν ἀνθηρῶν καὶ σκυθίων δένδρων ἄνθεσι τεθηλὸς ἀναπέπταται πεδίον, καὶ ποταμοί τινες ἄκλαυστοι καὶ λεῖοι διαῤῥέουσι, καὶ διατριβὰς ἔχουσιν ἐν μνήμαις καὶ λόγοις τῶν γεγονότων καὶ ὄντων, παραπέμποντες αὐτοὺς καὶ συνόντες· ἡ δὲ τρίτη τῶν ἀνοσίων βεβιωκότων καὶ παρανόμως ὁδός ἐστιν εἰς ἔριβός τι καὶ βάραθρον ὠθοῦσα τὰς ψυχὰς, ἔνθεν τὸν ἄπειρον ἐρεύγονται σκότον βληχροὶ δνοφερᾶς νυκτὸς ποταμοὶ, δεχόμενοι καὶ ἀποκρύπτοντες ἀγνοίᾳ καὶ λήθῃ τοὺς κολαζομένους.* Ubi nihil varietatis e Codd. annotatum legitur, nisi quod ibi *ἄκλυστοι* exstare dicitur, quod tamen probare nolim cum Reiskio p. 623. Sententiam totius loci tenemus, sed verba Lyrici Plutarcheis intermixta distinguere, vel corrupta emendare difficile est, præsertim cum Plutarchus ubique in veterum scriptorum locis commemorandis memoria confisus fuerit. Quæ sint *δίνδρα σκύθια*, nescio; forte *σκιερὰ* legendum, et *χρυσοκάρπων* pro *τοῖσιν ἀκάρπων*. Reiske p. 623. tentabat: *τοῖσι καρπῶν μελανοπώρων καὶ σκιερῶν δένδρων*. vel *τοῖσιν εὐκάρπων μελανοπώρων*. In ultimis *Plutarchi* verbis agnosces Pindari *φῆσιν*, quam habet etiam de audiendis Poetis (p. 17. C.) 12. ed. Krebs. *καὶ οὔτε Ὅμηρος οὔτε Πίνδαρος οὔτε Σοφοκλῆς πεπεισμένοι ἔχειν ταῦτα οὕτως ἔγραψαν· ἔνθεν τὸν ἄπειρον ἐρεύγονται σκότον βληχροὶ δνοφερᾶς νυκτὸς ποταμοί. ubi immensas eructant tenebras validi caliginosæ noctis amnes.* Huc etiam refero Etymologici M. locum p. 200, 13. *βληχρὸν τὸ ἀσθενὲς παρ' Ὁμήρῳ καὶ Ἀλκαίῳ καὶ ἄλλοις. Πίνδαρος δὲ ἀπὸ τοῦ ἰσχυροῦ αὐτὸ λέγει.* Eadem habet Suidas h. v. Alcæi locus, quem grammatici respexisse videntur, extat apud Eustath. ad Homer. p. 705. *βληχρῶν ἀνέμων ἀχείμαντοι πνοαί.* Præterea de voce *βληχρὸς* et *ἀβληχρὸς* vide quæ disputavit Valcken. ad Theocrit. p. 218. Schn. Constituit metrum Hermann.

. . . τοῖσι λάμπει
μὲν μένος ἀελίου τὰν
ἐνθάδε νύκτα κάτω, φοι-
νικορόδοισί τε λειμώ-
νεσσι ϖροάστιον αὐτῶν
καὶ λιβάνῳ σκιερᾷ καὶ
χρυσοκάρποισιν βέβριθε.
καὶ τοὶ μὲν ἵπποις, γυμνασίοις, Ant.
τοὶ δὲ ϖεσσοῖς, τοὶ δὲ φορμίγ-
γεσσι τέρπονται. ϖαρὰ δέ σφισιν εὐαν-
θὴς ἅπας ὄλβος τέθαλ'· ὀ-
δμὰ δ' ἐρατὸν κατὰ χῶρον
κίδνατ' ἀεὶ, θύα μιγνύν-
των ϖυρὶ τηλεφανεῖ ϖαν-
τοῖα θεῶν ἐπὶ βωμοῖς.

Tum in sequentibus:

ἔνθεν τὸν ἄπειρον ἐρεύγονται σκότον βλη-
χροὶ δνοφερᾶς νυκτὸς ϖοταμοί.

II. (p. 23.)

Pergit Plutarchus loco supra memorato p. 120. καὶ μικρὸν ϖροιλθὼν ἐν ἄλλῳ Θρήνῳ ϖερὶ ψυχῆς λέγων φησί·

ὀλβία δ' ἅπαντες αἶσα
λυσίπονον τελευτάν. καὶ
σῶμα μὲν ϖάντων ἕπεται
θανάτῳ ϖερισθενεῖ, ζῶν
δὲ λείπεται αἰῶνος εἴδωλον·
τὸ γὰρ μόνον ἐστὶν ἐκ θεῶν·
εὕδει δὲ ϖρασσόντων μελέων,
ἀτὰρ εὐδόντεσσιν ἐν ϖολλοῖς ὀνείροις
δείκνυσι τερπνῶν ἐφέρπουσαν
χαλεπῶν τε κρίσιν.

Beata illi omnes sorte morte placida exspirant. Corpus quidem omnium morti validæ bo-

noxium est, at viva superstes est vitæ imago; ea enim sola est divina, et dormit laborantibus membris, at dormientibus in multis somniis monstrat imminens judicium jucundorum et malorum; h. quo læta et tristia infliguntur.—Eundem locum repetit in Vita Romuli (p. 35. F.) t. i. p. 75. edit. Bryan. ἰατέον οὖν ἐχομένους τῆς ἀσφαλείας κατὰ Πίνδαρον, ὡς σῶμα μὲν πάντων ἕπεται θανάτῳ περισθενεῖ, ζωὸν δ' ἔτι λείπεται αἰῶνος εἴδωλον· τὸ γάρ ἐστι μόνον ἐκ θεῶν· ἥκει γὰρ ἐκεῖθεν, ἐκεῖ δ' ἄνεισιν, οὐ μετὰ σώματος, ἀλλ' ἰὰν ὅτι μάλιστα σώματος ἀπαλλαγῇ. Xylander malebat: ὀλβίᾳ ἁπάντεσσ' αἶσα λυσίπονος τελευτὰ (vel, ut Wyttenb., λυσιπόνου τελευτᾶς. Jacobs Animadvv. p. 194. ὀλβίᾳ δ' ἁπαντῶσ' αἶσα λυσίπονον τελευτὰν μέτα.) Reiske tentabat: ὀλβίᾳ δ' ἅπαντες αἶσα λυσίπονον εὕροντο τελευτὰν—ζῶν δὲ λείπεται δι' αἰῶνος εἴδωλον—εὕδει μὲν κνωσσόντων μελέων. In ipso verborum Plutarchi initio non video, qui sensus inesse possit, nisi ἐν τῷ αὐτῷ θρήνῳ legamus. Præterea huc esse referendum facile patet locum Aristidis in Or. fun. Alexandri t. i. p. 88. εἰ δὲ ἀληθεῖς οἱ Πινδάρου καὶ Πλάτωνος καὶ πάντος τοῦ περὶ Πυθαγόραν φροντιστηρίου, καὶ διατριβαὶ ποιαί εἰσι τῶν ἐν ᾅδου, εἴ που νῦν ποιητῶν τι χορεύει ἵστασθαι εἰκὸς περὶ ἐκεῖνον etc. Schn.

Constituit et emendavit metrum Herman.

Ὀλβίᾳ δ' αὖ πάντες αἶσα
λυσίπονον . . . . . τελευτάν.
σῶμα μὲν πάντων ἕπεται θανάτῳ περισθενεῖ, ζῶον δ' ἔτι λείπεται αἰῶνος εἴδωλον· τὸ γὰρ ἐστὶ μόνον ἐκ θεοῦ· ἀδὺ δὲ βρασσόνων μελέων ἄτερ εὕδοντεσσιν ἐν πολλοῖς ὀνείροις δείκνυσι τερπνῶν ἐφέρπουσαν χαλεπῶν τε κρίσιν.

Vivum, inquit, etiam post mortem relinquitur vitæ simulacrum: (ut Herculis apud Homerum) divina enim natura est. Eaque sæpe, quum suaviter dormiunt graviorum liberati membrorum molestia, jucundi et injucundi, quod iis evenire possit, ostendit discrimina. κρίσιν ἐφέρπουσαν τερπνῶν χαλεπῶν τε dixit pro: τερπνῶν χαλεπῶν τε ἐφερπόντων κρίσιν. Herm.

III. (p. 24.)

Ad Pindarum auctorem referunt H. Stephanus et Erasmus Schmid locum Clementis Strom. iv. pag. 640. l. 22. ἄγαμαι τὸν μελοποιὸν ᾄδοντα·

Ψυχαὶ δ' ἀσεβέων ὑπουράνιοι γαίᾳ
πωτῶνται ἐν ἄλγεσι φονίοις ὑπὸ
ζεύγλαις ἀφύκτοις κακῶν·

εὐσεβῶν δ' ἐπουράνιοι νάουσαι
μολπαῖς μάκαρα μέγαν ἀείδουσ' ἐν ὕμνοις.

Animæ impiorum sub cælo in terra vagantur in doloribus cruentis sub jugo inevitabili malorum: piorum autem animæ in cælo habitantes cantibus numen magnum celebrant hymnis. Versus duo extremos recitat quoque Theodoret. Serm. viii. p. 599. C. t. iv. Opp. Constituit fragmentum Hermannus:

Ψυχαὶ δ' ἀσεβέων ὑπουράνιοι γαίᾳ
πωτῶνται ἐν ἄλγεσιν,
φονίοις ὑπὸ ζεύγλαις ἀφύκτοισιν κακῶν·
εὐσεβέων δ' ἐπουράνιοι ναίοισι, μολπαῖς
μάκαρα μέγαν ἀείδοισ' ἐν ὕμνοις.

IV.

Vix dubitari posse videtur, ex Threnis sumta esse, quæ *Plato* in Menone t. ii. p. 81. B. ex Pindaro refert: λέγει δὲ καὶ Πίνδαρος καὶ ἄλλοι πολλοὶ τῶν ποιητῶν, ὅσοι θεῖοί εἰσιν· ἃ δὲ λέγουσι, ταυτί ἐστι· φασὶ γὰρ τὴν ψυχὴν τοῦ ἀνθρώπου εἶναι ἀθάνατον, καὶ τοτὲ μὲν τελευτᾷν (ὃ δὴ ἀποθνήσκειν καλοῦσι·) ποτὲ δὲ πάλιν γίγνισθαι; ἀπόλλυσθαι δ' οὐδέ ποτε· δεῖν δὴ διὰ ταῦτα ὡς ὁσιώτατα διαζῆναι τὸν βίον·

Οἵσι γὰρ ἂν Φερσεφόνα ποινὰν
παλαιοῦ πένθεος δέξηται,
εἰς τὸν ὕπερθεν ἅλιον κείνων
ἐνάτῳ ἔτεϊ ἀναδιδοῖ ψυχὰν πάλιν.
ἐκ τᾶν βασιλῆες ἀγαυοὶ καὶ σθένει κραιπνοὶ,
σοφίᾳ τε μέγιστοι ἄνδρες αὔξονται·
ἐς δὲ τὸν λοιπὸν χρόνον ἥρωες
ἁγνοὶ πρὸς ἀνθρώπων καλεῦνται.

Ubi Ald. et Basil. editio conjunctim habent πάλιν ἐκτᾶν. Ficinus ἔστ' ἂν legisse videtur. Stobæus, qui h. l. exscripsit Serm. cxli. Wech. p. 432. ἐκ τῶν habet, et δέξηται, quod pro vulg. δέξεται recepimus. Quæ vero hic de sensu totius fragmenti et de universa Pindari philosophia disputari poterant, jam olim occupata fuerunt in libro *de vita et scr. Pindari* p. 51—60. Schn. οἵσι pro παῤ ὧν. Metrum constituit Hermann.

οἵσι δὲ Φερσεφόνα ποι-
νὰν παλαιοῦ πένθεος
δέξεται, ἐς τὸν ὕπερθεν
ἅλιον κείνων ἐνάτῳ ἔτεϊ

ἀνδιδοῖ ψυχὰν πάλιν.
ἐκ τᾶν βασιλῆες ἀγαυοὶ,
καὶ σθένει κραιπνοὶ, σοφίᾳ τε μέγιστοι
ἄνδρες αὔξοντ'· ἐς δὲ τὸν λοιπὸν χρόνον
ἥρωες ἁγνοὶ πρὸς ἀνθρώπων καλεῦνται.

V. (p. 25.)

In Stobæi Serm. ccxlix. de felicitate p. 821. ed. Wechel. Cl. Gesn. ex Threnis habetur hoc:

Εὐδαίμων δραπέτας οὐκ ἔξιν ὄλβιος.

(vert. Gesn. *Beatorum felicitas non est fugitiva.*) Versio latina faciliorum lectionem εὐδαιμόνων—ὄλβος sequitur, quam probo. Schn. Scilicet versus hic est:

εὐδαιμόνων δραπέτας οὐκ ἔξιν ὄλβος.

VI.

Schol. Pindari ad Olymp. i. 127. ex Threnis laudat: (correcta ab Hermanno) [v. infra p. 152. clxvi.]

Πέφνε δὲ τρεῖς καὶ δέκ' ἄνδρας,
τετράτῳ δ' αὐτὸς πεδάθη.

Sermo est de Œnomao et Pelope. Hinc facile sententia fragmenti perspicitur. [Cf. infra p. 152. clxvi. *Ex Schedis.*] [Schol. Apoll. Rh. i. 752.]

(Forte ad Threnos spectat locus ap. Platon. de Rep. i. p. 330. E. 331. A. inf. Fragm. Incert. e Platone. [p. 80.])

ΥΠΟΡΧΗΜΑΤΑ (p. 26.)

Hoc genus carminis Pindarus primus excoluisse, quin adeo invenisse dicitur apud Clementem Stromat. i. p. 365. l. 5. Athenæus i. p. 15. D. E. præterea Xenodemum in hujus laudis societatem admittit, ubi ait: ὑποσημαίνεται δὲ ἐν τούτοις ὁ ὑπορχηματικὸς τρόπος, ὃς ἤνθησεν ἐπὶ Ξενοδήμου καὶ Πινδάρου, καί ἐστιν ἡ τοιαύτη ὄρχησις μίμησις τῶν ὑπὸ τῆς λέξεως ἑρμηνευομένων πραγμάτων. Plura de natura hujus carminis infra dicentur nr. vi. Schn. Ex Menandro rhetore de Encomiis ed. ab Heeren. p. 27. apparet, in Apollinis maxime honorem hoc carmen scriptum esse; nam ubi de hymnorum generibus: τοὺς μὲν γὰρ εἰς Ἀπόλλωνα Παιᾶνας καὶ Ὑπορχήματα νομίζομεν. [Cf. Lucian. de Saltat. 16. *Ex Schedis.*]

I.

Auctor Epistolæ inter Socraticas p. 5. καὶ τὸν Πίνδαρον ἡγούμενον εἰς τοῦτο σοφὸν εἶναι, ὅς φησιν·

Θεοῦ δὲ δείξαντος ἀρχὰν ἕκαστον εν πρᾶγος,
εὐθεῖα δὴ κέλευθος ἀρετὰν ἑλεῖν, τελευταί τε
καλλίονες.

Σχιδὸν γὰρ οὕτω που αὐτῷ ἔχει τὸ Ὑπόρχημα. ubi voces ἕκαστον ἓν πρᾶγος aliunde assutæ esse videntur ab auctore epistolæ, vel imperito potius librario. Sensum enim perturbant, et omittuntur etiam ab Aristide in Panegyr. Cyzic. t. i. p. 236. ἀλλ', ὥσπερ ἔφη Πίνδαρος,

Θεοῦ δείξαντος ἀρχὰν,

οὐδὲν δὴ τὸ κωλύον. Idem c. criminantes t. ii. pag. 416. Θεοῦ δέ φησι Πίνδαρος δείξαντος ἀρχὰν, εὐθεῖα δὴ κέλευθος εὑρεῖν τὸ προκείμενον. ubi recte liber Baroccianus ἑλεῖν præfert. Schn.

Constituti versus ab Hermanno:

Θεοῦ δὲ δείξαντος ἀρχὰν
ἕκαστον ἐν πρᾶγος,
εὐθεῖα δὴ κέλευθος ἀρετὰν ἑλεῖν,
τελευταί τε καλλίονες.

ut sit ἐν πρᾶγος pro ἐν πράγματι.

II.

Stobæus Serm. clxvii. p. 571. ed. Wechel. ex *Hyporchematibus* Pindari profert:

Γλυκὺ δὲ πόλεμος ἀπείροισιν· ἐμπείρων δέ τις
ταρβεῖ προσιόντα νιν καρδίᾳ περισσῶς.

Hinc Eustathius ad Hom. p. 841, 32. γλυκὺς ἀπείρῳ πόλεμος, πεπειραμένων δέ τις ταρβεῖ προσιόντα. cujus lectio in πεπειραμένων præferenda videtur. Schn. et Schol. Ven. A. B. ad Iliad. λ. 227. φιλοπόλεμοι γὰρ οἱ νέοι. ὡς καὶ Πίνδαρος· "γλυκὺς ἀπείρῳ πόλεμος. ἐμπείρων δέ τις ταρβεῖ προσιόντα μιν." Metrum ab Hermanno sic habe:

γλυκὺ δὲ πόλεμος ἀπεί-
ροισι· πεπειραμένων δέ τις
ταρβεῖ προσιόντα νιν
καρδίᾳ περισσῶς.

III (p. 27.)

Erotianus Glossar. Hippocrat. voce αἰών· ὁ νωτιαῖος μυελός.—καὶ Πίνδαρος ἐν Ὑπορχήμασι λέγων·

ἐνέπισε κεκραμένα ἐν αἵματι· πολλὰ δὲ ἕλκεα
πλευρὰς ἔμβαλεν ὦμον τραχὺ ῥόπαλον· τέλος
δ' ἀείρας πρὸς στιβαρὰς ἐσπάραξε πλευρὰς,
αἰὼν δὲ δι' ὀστέων ἐῤῥαίσθη.

Eustachius in editione sua rarissima p. 19. H. habet hæc latina: *Cecidere sanguine mixta. multa autem ulcera intulit costis, et præduro humero; denique extollens duras costas abscidit* etc. Nihil ad hunc locum emendandum proficimus ex collatione codicis Dorvilliani in Obs. Misc. Nov. t. ix. p. 1003. posita. Vulcanius in Notis Mtis ap. Heringam Obs. crit. p. 116. legebat: ἐνέπτυσε, deinde ἔμβαλε νωμῶν τραχὺ ῥόπαλον. Ipse Heringa malebat, reliqua tamen Vulcanii emendatione admissa, legere: ἐξέπτυσε κεκραμένα ἐν αἵματι. deinde priore πλευρὰς ejecto metrum ita constituendum censebat:

Ἐξέπτυσε κεκραμέν' αἵματι· πολλὰ δ'
ἕλκε' ἔμβαλε, νωμῶν τρα-
χὺ ῥόπαλον. τέλος δ' ἀείρας
πρὸς στιβαρὰς σπάραξε πλευρὰς, αἰ-
ὼν δὲ δι' ὀστέων ἐῤῥαίσθη.

Si, quod sentio, dicendum est, fateor, mihi neutrum virorum horum doctissimorum satisfecisse in Pindari loco difficillimo emendando, ubi desiderari videtur mentio spinæ dorsi, qua quidem ictibus clavæ disrupta, medulla per ossa vertebrarum prorumpebat. Similis plane locus est Sophoclis in Ægeo apud Pollucem x. 160. (ex Ægeo :—κίστρᾳ σιδηρᾷ· πλευρὰ καὶ κατὰ ῥάχιν πλέον ἀλοῆσαι.) quocum comparabis Dion. Hal. Ant. i. 39. Schn.

Egit locus forte de Hercule: is quem aggressus erat, *exspuit, mista sanguine; multa autem intulerat vulnera dura clava. Tandem ea sublata fortia latera percussit; vita autem per ossa est profligata.* Metrum Hermannus, hiatu relicto vs. 1., sic constituit:

ἐξέπτυσε κεκραμένα ἐν αἵματι.
πολλὰ δ' ἕλκεα πλευραῖς ἔμβαλεν
νωμῶν τραχὺ ῥόπαλον. τέλος δ' ἀείρας
πρὸς στιβαρὰς σπάραξε πλευρὰς,
αἰὼν δὲ δι' ὀστέων
ἐῤῥαίσθη.

IV.

Athen. xiv. p. 631. C. ἡ δ' ὑπορχηματική ἐστιν, ἐν ᾗ ᾄδων ὁ χορὸς ὀρχεῖται· Πίνδαρος δέ φησι·

Λάκαινα μὲν παρθένων ἀγέλα.

ὀρχοῦνται δὲ ταύτην παρὰ τῷ Πινδάρῳ οἱ Λάκωνες.

V. (p. 28.)

Schol. Theocriti vii. 103. Ὅμολος δὲ Θετταλίας ὄρος, ὡς Ἔφορος καὶ Ἀριστόδημος ὁ Θηβαῖος, ἐν οἷς ἱστορεῖ περὶ τῆς ἑορτῆς τῶν Ὁμολίων. καὶ Πίνδαρος ἐν τοῖς Ὑπορχήμασιν. cf. Dorville Obs. Misc. Nov. t. iii. p. 159.

VI.

Præclarum locum apud Plutarchum Quæst. Conv. ix. 15. 748. A. B. animi conjectura ductus referendum putabam ad Pindarum auctorem; qua in re si vel maxime opinione mea falsus fuerim, gratum tamen erit lectori fragmentum inprimis utile ad naturam *poeseos hyporchematicæ* cognoscendam paullo emendatius a me hic appositum legere. Sic igitur ille: ὀρχηστικὴ δὲ ἡ ποιητικὴ κοινωνία πᾶσα ἐξ μίθιξις ἀλλήλων ἐστὶ, ἐξ μάλιστα μιμούμεναι περὶ τὸ τῶν ὑπορχημάτων γένος ἐνίργει ἀμφότεραι τὴν διὰ τῶν σχημάτων ἐξ τῶν ὀνομάτων μίμησιν ἀποτελοῦσι. δόξειε δ' ἄν, ἅπερ ἐν γραφικῇ, τὰ μὲν ποιήματα ταῖς γραμμαῖς, ὑφ' ὧν ὁρίζεται, τὰ εἴδη (addo ὅμοια εἶναι.) δηλοῖ δὲ, ὅς μάλιστα κατωρθωκέναι δόξει ἐν ὑπορχήμασι, καὶ γεγονέναι πιθανώτερος ἑαυτοῦ, τὸ δεῖσθαι ἑτέραν τῆς ἑτέρας. τὸ γὰρ Θεσσαλὸν ἵππων ἢ κύνα Ἀμυκλαίαν ἀγωνίῳ ἐλελιζόμενος ποδὶ μίμεο, καμπύλον μέλος διώκων, ἢ οἷος ἀνὰ Δώτιον ἀνθεμόεν τε πεδίον πέταται θανάτοιο κῆρας εὑρέμεν μανύων ἐλάφῳ· τὰν δ' ἐπ' αὐχένι στρέφοισαν ἑτέρωθε κάρα παντᾶ ἕτοιμον· καὶ τὰ ἑξῆς μονονοὺ λέληθε τὴν ἐν ὀρχήσει διάθεσιν τὰ ποιήματα παρακαλεῖν, καὶ τῷ χεῖρε καὶ τῷ πόδε, μᾶλλον δὲ ὅλον ὥσπερ τισὶ μηρίνθοις ἕλκειν τὸ σῶμα τοῖς μελίσι, καὶ ἐντείνειν etc. Emendavi quæ potui, partim collatione codicum in fine adjecta adjutus, unde Θεσσαλὸν ἵππον ex Codice T. V. pro vulgato πελαστὸν ἵππον, porro θανάτοιο κῆρας ex Cod. T. V. pro θάνατον κεράσασα recepi. Nam quod ex Cod. T. V. annotatur *μίμῳ* pro *μίμει*, nihili est. Deinde pro *στρέφοιαν ἕτερον* scripsi *στρέφοισαν ἑτέρωθε κάρα*. Denique *μόνου* mutavi in *μονονού*. Reliqua vitia felicioribus ingeniis emaculanda relinquo, quorum judicio mea hæc de auctore fragmenti conjectura vel stabit vel cadet. Schn. Primo loco ad Carmina *ὑπορχηματικὰ* referendum Carmen supra memoratum *εἰς Ἴρωνα*, ubi vide. Similia duo hæc genera, Pæanes et Hyporchemata, inter se fuisse, patet e Plutarcho de Musica p. 1134. loco inf. ad Pæanes memorato.

ΠΡΟΣΩΔΙΑ.

I. Εἰς Δῆλον. (p. 29.)

Petierant Cei a poeta, ut iis pæanem concinnaret, qui a theoris Delum missis ad aram Dei caneretur. Affectum carmen demum post cantatam Herodoti Thebani victoriam, quod fecit Isthmica prima, perfecit et absolvit Pindarus, ut habetur in Scholiis ad Isthm. i. Idem argumentum tractaverant olim Eumelus Corinthius, cujus in Delum carmen a Pausania memoratur, et Pronomus Thebanus, qui Chalcidensibus *προσῳδιον εἰς Δῆλον* conscripsit, ut refert idem Pausanias ix. 12. pag. 734. 5. Ex hoc igitur carmine sine dubio decerpta sunt, quæ profert *Philo* de corrupt. mundi t. ii. p. 511. ed. Mang. *διὸ καὶ Πίνδαρος ἐπὶ τῆς Δήλου φησίν*·

Χαῖρ', ὦ θεοδμάτα, λιπαροπλοκάμου

παιδὸς Λατοῦς ἱμεροέστατον ἔρνος,
πόντου θυγάτηρ, χθονὸς εὐρείας ἀκίνητον τέρας·
ἄν τε βροτοὶ Δᾶλον κικλήσκουσιν,
μάκαρες δ' ἐν Ὀλύμπῳ τηλέφατον
κυανέας χθονὸς ἄστρον.

Salve, o divina, nitide comati Latonæ filii amabilis surcule, maris filia, terræ latæ immotum prodigium; quam mortales Delum appellant, immortales autem in Olympo celeberrimum nigricantis terræ sidus.—Pro vulgato θεοτίμητα Mangey ex Mtis et Olymp. iv. recte θεοδμάτα restituit. Idem pro κυανίας conjiciebat κραναᾶς legendum, quod Isthm. i. κραναὰ Δᾶλος dicitur. Malo κυανίας πλακὸς, *cærulei maris*, cujus quasi sidus est Delus; alludit enim poeta ad vetus insulæ nomen Ἀστερία. cf. Intt. ad hymn. Callim. in Delum. SCHN.

Versum tertium et seqq. Hermannus restituit:

πόντου θύγατερ, χθονὸς εὐρείας ἀκίνη-
τον τέρας· ἄν τε βροτοὶ Δᾶλον κικλήσκου-
σιν, μάκαρες δ' ἐν Ὀλύμπῳ τηλέφατον
κυανέας χθονὸς ἄστρον.

II.

Alium nec minus præclarum locum ex hoc carmine servavit Strabo x. p. 742. B. 743. A. ubi de Delo: τιτίμηται δὲ ἐκ παλαιοῦ διὰ τοὺς θεοὺς ἀπὸ τῶν Κρονικῶν χρόνων ἐξαρμένη (l. ἐξηρμένη). μυθεύεται γὰρ ἐνταῦθα ἡ Δητὼ τὰς ὠδῖνας ἀποθέσθαι τοῦ τε Ἀπόλλωνος καὶ τῆς Ἀρτέμιδος· φησὶ γὰρ ὁ Πίνδαρος·

Ἦν γὰρ τὸ πάροιθε φορητὰ κυμάτεσσι Δᾶλος
παντοδαπῶν τ' ἀνέμων ῥιπαῖσιν·
ἀλλὰ Κοίου γένος ὁπότ' ὀδύναισι θείαις ἐπέβαινεν,
δὴ τότε τέσσαρες ὀρθαὶ πρέμνων ἀπώρουσαν
χθονίων, ἂν δ' ἐπὶ κραναῇ σχέθον πέτρᾳ
ἀδαμαντοπέδιλοι κίονες· ἔνθα τεκοῖσ'
εὐδαίμον' ἐπόψατο γέννᾳ.

Erat enim antea vaga fluctibus Delos omnigenorumque ventorum procellis; verum postquam Cœi soboles (Latona) sacris doloribus acta eam adiit, tum quatuor rectæ e radicibus terræ emicuerunt et in aspera rupe confestim eminuerunt (ἀνίσχεθον, ἀνίσχον, ἐπὶ κραναᾷ πέτρᾳ) adamantinæ columnæ: ibi parens beatam vidit sobolem.—Priora verba habet etiam Schol. ad Odyss. ν. 3. cujus auctoritate scripsi πάροιθε φορητὰ, cum in Strabone πάροιθεν οὐ φορητὰ legeretur; deinde ex eodem restitui κυμάτεσσι Δᾶλος, cum apud Geographum, omisso Deli nomine, κύμασί τε editum exstaret. Casaubonus sine ope librorum veterum nihil tentandum sibi putabat; monet tamen in

codice omitti verba ὁ γένος, ibidemque esse πρυμνῶν. Idem ex corrupto σχεδὸν recte effecit σχίθον, quam emendationem secutus Barnesius reliqua, ita ut edita jam prostant, feliciter constituit ad Homerum t. iii. p. 343. Antea enim in Strabone legebatur: ἀλλὰ καὶ ὁ γένος * ὁπότ'—ἐβαίνειν *—ἄν * δ' ἐπὶ κραναῇ σχεδόν. Præterea ingenium in hoc loco suum experiri voluit etiam Th. Canterus V. L. ii. 22. ubi legebat: ἀλλὰ καὶ ὁ γένος ὁπότ' ὀδύναισι θείαις ἀγχιστόκοις ἐπιβαίνειν. qua quidem emendatione quid proficiatur, non video, nisi forte vir doctissimus vocem ἀγχιστόκοις ex codice aliquo addendam monere voluit. Ultima fragmenti verba respiciebat *Plutarchus* de facie in orbe lunæ p. 923. C. τὴν γῆν κατὰ Πίνδαρον ἀδαμαντοπέδιλοι κίονες περιέχουσι. Scilicet philosophus Chæronensis verba Pindari ad rem suam in alienum sensum detorsit. Facit huc Ibyci locus ap. Schol. Apollonii iii. 16. Ἴβυκος δὲ ἐπὶ τῶν τὸν οὐρανὸν βασταζόντων κιόνων ῥαδινοὺς ἀντὶ τοῦ εὐμεγίθεις λέγει. Denique ad Pindaricum in Delum Pæana spectant etiam verba Senecæ Quæst. Nat. vi. 26. ubi de Delo ait: *Hanc Philosophi quoque, credula natio, dixerunt non moveri, auctore Pindaro.* SCHN.

Versus sic se habent ex Hermanni judicio:

ἦν γὰρ τὸ πάροιθε φορητὰ κυμάτεσσι
πανταδαπῶν τ' ἀνέμων ῥι-
παῖσιν· ἀλλ' ἃ Κοιογενὴς ὁπότ' ὠδί-
νεσσι θοαῖς ἐπέβαινεν,
δὴ τότε τέσσαρες ὀρθαὶ
πρέμνων ἀπώρουσαν χθονίων,
ἂν δ' ἐπικράνοις σχέθον πέ-
τραν ἀδαμαντοπέδιλοι
κίονες· ἔνθα τεκοῖσ' εὐ-
δαίμον' ἐπόψατο γέννᾳ.

[Vide Porson. ad Hecub. 783.] [v. *Leipz. Lit. Zeit.* 1806. p. 1782. *Ex Schedis.*]

III. Προσῴδιον Δελφοῖς γραφέν. (p. 31.)

Schol. Pindari ad Nem. vii. 94. καθόλου γὰρ ἀπολογεῖσθαι βούλεται περὶ τοῦ Νεοπτολέμου θανάτου πρὸς τοὺς Αἰγινήτας· ἐκεῖνοι γὰρ ᾐτιῶντο τὸν Πίνδαρον, ὅτι γράφων Δελφοῖς τὸν Παιᾶνα ἔφη·

Ἀμφιπόλοισι μαρνάμενον
μοιρίαν περὶ τιμάν.

ἀπολωλέναι τὸν Νεοπτόλεμον. ita enim legendum, non *μυρίαν*, ut in editis est; (cf. inf. Pæanes, i. sub f.) cum Neoptolemus cum sacrificulis circumstantibus de carnium distributione contenderet, ubi ipse ex sententia Pindari occisus fuit. Rem narrat breviter ipse poeta Nem. vii. ubi multa habet Scholiastes, ex quo totum hujus carminis argumentum conjicere licet. Delphi scilicet indigne tulerunt

cædem Neoptolemi, ad ipsam Apollinis Delphici aram factam. Sepeliverant eum ab initio sub templi limine; postea vero a Menelao intra ipsum templum translatum fuit corpus, ubi ξενίων, festorum, quibus Apollo quoscunque heroas quasi invitare solebat, præses Neoptolemus erat constitutus, seu, quemadmodum Pindarus ait Nem. vii. 69. Θεμίσκοπος ἡρωΐαις πομπαῖς πολυθύτοις. Suspicari hinc licet, scriptum hoc, quod tractamus, carmen a Pindaro, ut hac ξενίων sollennitate in laudem cum Apollinis, tum præsertim ipsius Neoptolemi cantaretur. Firmatur aliquantum hæc conjectura ex Scholiis ad Nem. vii. 150. ὁ δὲ Ἀριστόδημος, ὅτι μεμφθεὶς ὑπὸ Αἰγινητῶν ἐπὶ τῷ δοκεῖν ἐν Παιᾶσιν εἰσιέναι τὸν Νεοπτόλεμον ἐπὶ ἱεροσυλίᾳ ἐληλυθέναι εἰς Δελφούς, νῦν ὥσπερ ἀπολογεῖται εἰπών. Tempore igitur posterius est hoc Προσῴδιον seu Παιὰν, i. e. post Olymp. lxxix. scriptum, in quam incidit ex calculo Corsini Dissert. Agon. p. 52. victoria Sogenis a Pindaro Nemeæa vii. cantata. Historiam Neoptolemi, et narrationis de morte ejus varietatem copiose et docte, ut solet, explicuit Bachet de Meziriac *Commentaire sur les Epitres d'Ovide* tom. ii. p. 306. quem lectores studiosi consulent.

IV. Προσῴδιον εἰς Ἀφαίαν Αἰγινήταις γραφέν. (p. 32.)

Pausanias Corinthiacis (ii. 30.) p. 180. ἐν Αἰγίνᾳ πρὸς τὸ ὄρος τοῦ Πανελληνίου Διὸς ἰοῦσίν ἐστιν Ἀφαίας ἱερὸν, εἰς ἣν καὶ Πίνδαρος Αἰγινήταις ᾆσμα ἐποίησεν. De fabula vide omnino Ven. præceptoris Excursum ad Virg. Cirin. t. iv. p. 137.

V.

Τί κάλλιον ἀρχομένοισιν,
ἢ καταπαυομένοισιν,
ἢ βαθύζωνόν τε Λατὼ
καὶ θοᾶν ἵππων ἐλατῆρας ἀείσαι ;

Quid dulcius est aut incipientibus canere *aut desinentibus quam canere alte cinctam Latonam et celerum equorum agitatores* (Dioscuros).—Hæc Pindari verba parodia expressit Aristophanes Equit. 1261. [et Dionys. ap. Athen. xv. extr. *Ex Schedis.*] ad quem locum Scholiastes: τοῦτο ἀρχὴ προσῳδίου Πινδάρου. ἔχει δὲ οὕτως etc. Convenit locus Alcmanis ap. Eustath. ad Homerum p. 1667. Κάστωρ ὠκίων πώλων ἐλατῆρε καὶ Πολύδευκες. quæ verba sine dubio respexit Schol. Pindari Pyth. iv. 318. ubi legitur: Κάστωρ τε πώλων ταχέων δμητῆρες ἐπόται σοφοὶ καὶ Πολυδεύκης κυδνός. Voces ἐπόται σοφοὶ deleri jussit Valcken. ad Lesbonact. p. 180. [Post v. 2. Eustath. p. 1164, 23. addit ἢ τὸ ποθεινότατον. Herm.]

VI.

Porphyrius de Abstin. ab E. A. iii. p. 251. ed. Rhoer. Πίνδαρος δὲ ἐν προσῳδίοις πάντας τοὺς θεοὺς ἐποίησεν, ὁπότε ὑπὸ Τυφῶνος ἐδιώκοντο, οὐκ ἀνθρώπαις ὁμοιωθέντας, ἀλλὰ τοῖς ἄλλοις ζώοις. ubi v. doctiss. Rhoer.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ ΕΙΣ ΣΑΚΑΔΑΝ.

Pausanias Bœoticis (ix. 30.) p. 768. (Stabat in Helicone Sacadæ tibicinis signum, tibiis corpus fere longitudine æquantibus; non recte accepto Pindari carmine; in quo adeo versus esse debuit de tibiis ejus longis.) ὁ δὲ Σακάδα τοῦ Ἀργείου τὸν ἀνδριάντα πλάσας, οὐ συνιεὶς Πινδάρου τὸ εἰς αὐτὸν προοίμιον, ἐποίησεν οὐδὲν ἐς τὸ μῆκος τοῦ σώματος εἶναι τῶν αὐλῶν μείζονα τὴν αὐλητήν. Hoc idem carmen in Sacadam respiciebat *Plutarchus* de Musica p. 1134. A. γέγονε δὲ καὶ Σακάδας Ἀργεῖος ποιητὴς μελῶν τε καὶ ἐλεγείων μεμελοποιημένων· ὁ δὲ αὐτὸς καὶ ποιητὴς ἀγαθὸς καὶ τὰ Πύθια τρὶς νενικηκὼς ἀναγέγραπται. τοῦτον καὶ Πίνδαρος μνημονεύει.

ΥΜΝΟΙ.

I. Εἰς Ἄμμωνα. (p. 33.)

Pausanias Bœoticis (ix. 16 pr.) p. 741. οὐ πόρρω δέ ἐστι ναὸς Ἄμμωνος, καὶ τὸ ἄγαλμα ἀνέθηκε μὲν Πίνδαρος, Καλάμιδος δὲ ἔργον ἐστίν. Ἀπίστειμψε δὲ ὁ Πίνδαρος καὶ Λιβύης ἐπ' Ἀμμωνίους τῷ Ἄμμωνι ὕμνους· οὗτος καὶ εἰς ἐμὲ ἦν ὁ ὕμνος ἐν τριγώνῳ στήλῃ παρὰ τὸν βωμόν, ὃν Πτολεμαῖος ὁ Κάγου τῷ Ἄμμωνι ἀνέθηκε. ubi videtur ὕμνον in singulari legendum esse, ut sensus hujus loci constet. Ex hoc igitur hymno sumtus esse videtur locus, quem ex Pindaro refert Schol. ad Pyth. ix. 89.

Ἄμμων Ὀλύμπου δέσποτα.

II. Εἰς Περσεφόνην.

Hunc hymnum poeta post mortem demum, cum anui cuidam in somnis apparuit, dictasse dicitur, ut est apud *Pausaniam* Bœoticis (ix. 23.) p. 755. qui addit; ἐν τούτῳ τῷ ἄσματι ἄλλαι τε εἰς τὸν Ἅιδην ἐπικλήσεις εἰσὶ, καὶ ὁ χρυσήνιος· ἔδλα ὡς ἐπὶ τῆς Κόρης τῇ ἀρπαγῇ. Eodem epitheto utitur recentissimus, ut equidem censeo, Argonauticorum auctor, quem Orphea vulgo nominant, v. 561.

Ἡ δὲ κατ' ὀρφναίοιο πόλου χρυσήνιος ἠὼς
ἀντολίας ἤνοιγεν, ἐδέχνυτο δ' οὐρανὸς ὄρθρον.

Ita enim ex Cod. Voss. legendum est, ut apparet etiam ex altero loco 364. τῆμος δ' ἱερὸς ὄρθρος ἀπ' Ὠκεανοῖο ῥοάων ἀντολίας ἤνοιγεν, ἐπέσπετο δ' ἠριγένεια. Quis vero vel leviter veterum poetarum consuetudine pulcrique sensu imbutus persuaderi sibi patietur, tantam dictionis stribliginem rationumque poeticarum ignorantiam in magnum venerandi *Orphei* vel *Onomacriti* ingenium cadere posse? (em. sphalma Περσεφόνην.)

III. Εἰς Ἀπόλλωνα.

Pausanias in Bœoticis ix. 23. p. 754. εὐδοκιμοῦντα δὲ αὐτὸν ἤδη ἀνὰ πᾶσαν τὴν

Ἑλλάδα ἐς πλείον δόξης ἦρεν ἡ Πυθία ἀντιποῦσα Δελφοῖς, ὁπόσων ἀπήρχοντο τῷ Ἀπόλλωνι, μοῖραν καὶ Πινδάρῳ τὴν ἴσην ἀπάντων νέμειν. Idem deinde in Phocicis x. 24. p. 858. ἀνάκειται δὲ οὐ πόρρω τῆς ἑστίας θρόνος Πινδάρου· σιδήρου μέν ἐστιν ὁ θρόνος, ἐπὶ δὲ αὐτῷ φασιν, ὁπότε ἀφίκοιτο ἐς Δελφούς, καθέζεσθαί τε τὸν Πίνδαρον καὶ ᾄδειν ὁπόσα τῶν ᾀσμάτων ἐς Ἀπόλλωνά ἐστιν. Pindari *in Apollinem carmina* memorat obiter *Himerius* in Allocutione ad Julianum edita a Fabricio B. G. t. ix. p. 426. et in *Biblioth. Uffenbach. Catalog.* p. 631. (Est in ed. Wernsdorf. Or. iii. in Basilium pr. p. 428. ἵνα τι κατὰ σαυτὸν νεανιεύσωμαι, ὁποῖον Σιμωνίδης ἢ Πίνδαρος κατὰ Διονύσου καὶ Ἀπόλλωνος. iterum Or. xiii. 7.) Eosdem fere honores Argivi olim in Homerum contulerunt, ut tradit ipse Lyricus infra in fragmento ex. Sed de his plura diximus olim in libro *de vita et scriptis Pindari* p. 52. ubi loca auctorum congessimus plurima, quæ hanc præcipuam laudum vitæ Pindari partem celebrant. Unum tamen hic addam Aristidis locum de inconcinna oratione t. ii. p. 379. ubi Simonidem et Pindarum ἐξ εὐθέος se ipsos laudare memorat, (h. e. aperte, nec tecte.)

IV. Εἰς Πᾶνα.

(Hymnum in Panem a Pindaro scriptum esse, traditur passim. Ad verba Aristidis in Platon. i. "Miltiadis virtutem non minus ex eo illustrari, quod Hercules et Pan pugnæ interfuerint, quam Pindari poeticam commendat τὸ τὸν αὐτὸν τοῦτον θεὸν ὀρχήσασθαί τι τῶν ᾀσμάτων αὐτῷ.") Scholiastes *Aristidis* t. ii. p. 172. τὸ τὸν αὐτὸν θεὸν ὀρχήσασθαί τι τῶν ᾀσμάτων αὐτῷ. λέγεται ὅτι μέλη ποιοῦντος τοῦ Πινδάρου ποτὲ ἐν Θήβαις, περθεὶς ὠρχήσατο ὁ Πάν. ἄλλοι δὲ λέγουσιν, ὅτι ᾄσμα σκιψάμενος ὁ Πίνδαρος ἔμελλεν ἐπιδείκνυσθαι, καὶ εἶδεν ὄναρ τὸν Πᾶνα λέγοντα αὐτῷ τὸ ᾆσμα, καὶ λαβὼν εὐθὺ ἀνέθηκε τῷ θεῷ. Ipse *Aristides* t. i. p. 40. ἐκείνου μὲν γὰρ ὁ Πὰν τὸν παιᾶνα ὠρχήσατο, ὡς λόγος. (Libanius Orat. lxiii. t. iii. ed. R. p. 352, 12. τοσαύτη δὲ ἄρα κοινωνία λόγων καὶ ὀρχήσεως, ὡς ἐποίει μὲν ὁ Πίνδαρος, ὠρχεῖτο δὲ ὁ Πὰν τὸ ᾆσμα.) cf. *Olearius* ad *Philostrat.* pag. 829. Pietatem suam in Panem poeta testatus est luculento loco Pyth. iii. 139. (ubi pro Hieronis salute Matrem deum *cum Pane* virgines puellæ celebrant ante poetæ domum,) ubi v. Schol. gr. et Commentar. Er. Schmid. p. 124. Schn. Licet suspicari, fuisse illud carmen e Partheniis, e quo supra (p. 15.) fragmentum vidimus, in quo Πὰν ὀρχηστὴς celebratur.

V.

Primus hymnorum Pindari memoratur una cum *Hesiodi* Theogonia apud Lucianum (in Icaromenippo 27.) t. ii. p. 785. unde tamen de argumento nihil discitur. Verba sunt: ἡ πρώτη ᾠδὴ τῶν ὕμνων τοῦ Πινδάρου. Igitur alium *Etymologici M.* p. 821, 52. et *Gudiani Mti* locum ad hunc numerum referam, ubi quædam ipsius poetæ verba supersunt. Ita vero ibi legitur in voce ὠμήρησεν. Πίνδαρος δὲ ἐν ὕμνοις ἐρίφων μεθομήρεον· οἷον ὁμοῦ καὶ μετ' αὐτῶν πορευόμενον. Forte emendandum divisis vocibus μεθ' ὁμήρεον. Schn. ut fuerit ὁμήρεος pro ὁμήρειος, ὅμηρος, *conjunctus, una incedens.*

VI.

Aristides t. ii. p. 295. οὐ μὴν οὐδὲ τῶν Πινδάρου διθυράμβων ὅτι χρὴ καταγνῶναι τοιοῦτον, οἷον Πλάτων ἐπητιάσατο, ἴσμεν· ἔχω δ' οὐ μόνον αὐτὸ τοῦτο τοὺς διθυράμβους

σκοπῶν, ἀνδρειότερον δήπουθεν ἔχοντας καὶ στερεώτερον ἢ ὡς ἐκεῖνον τῷ δοκεῖν ὑποπίπτειν, ἀλλ' ὅτι κἂν τοῖς ὕμνοις διεξιὼν περὶ τῶν ἐν ἅπαντι τῷ χρόνῳ συμβαινόντων παθημάτων τοῖς ἀνθρώποις, καὶ τῆς μεταβολῆς, τὸν Κάδμον φησὶν ἀκοῦσαι τοῦ Ἀπόλλωνος μουσικὰν ὀρθὰν, ἐπιδεικνυμένου, οὕτω καὶ Πίνδαρος τῆς ὀρθῆς μουσικῆς ἐραστής ἐστι. Hinc emendabis *Plutarchum* de Pyth. Orac. p. 397. A. ὁ Πίνδαρος ἀκοῦσαι φησὶ τοῦ θεοῦ τὸν Κάδμον οὐ μουσικὰν ὀρθὰν, οὐχ ἡδεῖαν, οὐδὲ τρυφερὰν, οὐδὲ ἐπικεκλασμένην τοῖς μέλεσιν. ubi negationem post Κάδμον ejiciendam esse conjecerat etiam Reiske Animadv. vol, ii. p. 250. qui præterea ὀρθὴν malebat. Conjunctissimus cum sensu prioris fragmenti locus est apud eund. *Plutarchum* de animæ procreat. Opp. moral. p. 1030. A. ὁ δὲ τῷ Πινδάρῳ ποιήσας τὸ ἐπικήδειον·

ἄρμενος ἦν ξείνοισιν ἀνὴρ ὅδε, καὶ φίλος ἀστοῖς.

εὐαρμοστίαν δῆλός ἐστι τὴν ἀρετὴν ἡγούμενος, ὥς που καὶ αὐτὸς ὁ Πίνδαρος τοῦ θεοῦ φησιν ἐπακούοντος οὐκ ἀνορέαν ἐπιδεικνύμενος τὸν Κάδμον. ubi ultima verba sunt corruptissima, quæ sine libris scriptis non facile est emendare. Apparet tamen ἐπακούοντα legendum esse; nec commode locum suum negatio tueri potest, postquam forte plures voces exciderunt. (f. fuit τοῦ θεοῦ φησιν ἐπακούοντα μουσικὰν ὀρθὰν ἐπιδεικνυμένου τὸν Κάδμον.). Utrobique vero Pindarus de nuptiis Cadmi loqui videtur, quibus Apollo cum Musis affuisse dicuntur. (Quod aliquoties in Epiniciis attigit, ut Pyth. iii. 156. sqq.) Quod denique epicedium istud a *Plutarcho* laudatum attinet, decerptus est versiculus ex eo carmine, quod in Anthol. Wechel. l. iii. p. 393. sub Leonidæ nomine legitur cum insigni verborum varietate:

Ἤπιος ἦν ξείνοισιν ἀνὴρ ὅδε, καὶ φίλος ἀστοῖς,
Πίνδαρος εὐφώνων Πιερίδων πρόπολος.

Salmasius in libro suo annotaverat: *Antipatro Sidonio tribuunt membranæ; eædem alio loco Platoni asserunt.* Inter *Platonis* epigrammata edidit ill. Brunck in Analect. gr. poetar. t. i. p. 174.

VII. (p. 36.)

Aristides t. ii. p. 125. πέπονθας ταὐτὸν τῷ Πινδάρου Πηλεῖ, ὃς τῆς τε θήρας διήμαρτε, καὶ τὸν Εὐρυτίωνα φίλον ὄντα αὐτῷ προσδιέφθειρε. ubi Scholiastes: μέμνηται ἐν Ὕμνοις Πίνδαρος, ὅτι τὸν Εὐρυτίωνα τὸν τοῦ Ἴρου τοῦ Ἀκτορος παῖδα, ἓν' ὄντα τῶν Ἀργοναυτῶν, σῦν θηρεύοντα ἄκων ἀπέκτεινε Πηλεύς· φίλον δὲ λέγει, ἐπειδὴ συγγενὴς τούτου ἦν· Πηλεὺς γὰρ περὶ Θέτιδος θυγατέρα Ἀκτορος τὴν Πολυμήλην (Πολυμήλην) εἶχε γυναῖκα. Ὁ δὲ Ἄκτωρ ἦν πατὴρ Ἴρου, ὃς παῖδα ἔσχε τὸν Εὐρυτίωνα. Actoris filiam Πολυμηλίδα appellat Tzetzes ad Lycophr. v. 175. Alias scripturæ varietates in hoc nomine reperies diligenter collectas apud Bachet de Meziriac *sur les Epitres d'Ovide* t. i. p. 41. Historiam Pelei illustrant loca *Nicandri* ap. *Anton. Liberalem* p. 38. *Pausan.* (ii. 29.) Argolicis p. 179. *Pindari* Nem. iv. 90. *Etymol. M.* v. Λύκιον, quæ diligens lector comparabit. SCHN. Propius ad rem spectant loca Apollodori iii. 13. pr. et Notæ p. 786. sq.

VIII.

Schol. Pindari ad Pyth. iv. 288. Pindarum ἐν Ὕμνοις Phryxi novercam Δημοδίκην (sic. corr. Δημωτικὴν) appellasse tradit.

IX.

Schol. ad Nem. vii. 116. ὡς καὶ αὐτὸς ἐν ἄλλοις·

Ὑφαίνω δ' Ἀμυθαωνίδαις
ποικίλον ἄνθημα.

X.

Schol. Aristoph. ad Plutum v. 9. καὶ τὰ μὲν περὶ τοῦ Πυθίου τρίποδος διαφόρως ἱστορούμενα ἐν τοῖς Πινδάρου Ὕμνοις εὐκαίρως ἡμῖν διείληπται. ubi auctor scholii, forte Didymus, commentarios suos in Hymnos Pindari respiciebat.

XI. (p. 37.)

Quintilianus viii. 6. p. 412. ed Gesn. "Exquisitam vero figuram hujus rei (*loquitur de hyperbole*) deprehendisse apud principem Lyricorum videor in libro eo, quem inscripsit Ὕμνους. Is namque Herculis impetum adversus Meropas, qui in insula Co dicuntur habitasse, non igni, nec ventis, nec mari, sed fulmini dicit similem fuisse, ut illa minora, hoc par esset."

Admoneo lectorem, ne sibi persuadeat, me omnia loca, quæcunque ex hymnis Pindari relata tradiderunt nobis grammatici, pro fragmentis hymnorum proprie dictorum venditare. Usus enim hujus nominis omnia carminum genera pervagatus est apud ipsos veteres auctores. Vide quæ Didymus in libro *de poetis lyricis* tradit in Etymol. M. v. Ὕμνος, v. προσῳδία, v. προσῴδιον. Schn. inprimis Menandr. rhet. de Encomiis in Rhetor. Ald. et seorsum ed. et illustr. ab Heeren. 1785. Latent forte in Hymnorum nomine comprehensa alia carmina lyrica, quæ Pindaro auctori apud Suidam tribuuntur, ut Δαφνηφορικά. Nihil superest ex Ἐνθρονισμοῖς et Βακχικοῖς.

[Ἀρχαιότερον. Πίνδαρος Ὕμνοις. Bekkeri Anecd. t. i. p. 80. 8. Herm.]

ΠΑΙΑΝΕΣ. (p. 38.)

(Poetæ, qui Pæanas composuerant, antiquiores erant Pindaro Thaletas, Xenodamus et Xenocritus. Xenodamum quidem alii ediderant Ὑπορχημάτων ποιητὴν καὶ οὐ Παιάνων, cujus etiam carmen memoratum, ait Plutarch. de Musica p. 1134. C. quod manifeste erat ὑπόρχημα. κέχρηται δὲ τῷ γένει τῆς ποιήσεως καὶ Πίνδαρος. ὁ δὲ Παιὰν ὅτι διαφορὰν ἔχει πρὸς τὰ Ὑπορχήματα, καὶ Πινδάρου ποιήματα δηλώσει. γέγραφε γὰρ καὶ Παιᾶνας καὶ Ὑπορχήματα.) De his Pindari carmini-

bus in universum hæc tradit Servius ad Æneid. x. 738. *unde Pindarus opus suum, quod et hominum et deorum continet laudes, Pæanas vocavit.*

I. Παιὰν τοῖς Δελφοῖς γραφείς.

Pausan. (Phocicis) x. 5. p. 810. extr. ubi de tertio Apollinis Delphici templo: τὰ δὲ εἰς τὸν τρίτον τῶν ναῶν, ὅτι ἐγένετο ἐκ χαλκοῦ, θαῦμα οὐδὲν—οὕτω καὶ ναὸν τῷ Ἀπόλλωνι οὐκ ἂν ἀπό γε τοῦ εἰκότος εἴη γενέσθαι χαλκοῦν· τὰ μέντοι ἄλλα οὐκ ἔπειθεν ὁ λόγος, ἢ Ἡφαίστου τὸν ναὸν τέχνην εἶναι, ἢ τὰ εἰς τὰς ᾠδὰς χρυσᾶς, ἃ δὴ Πίνδαρος ᾖσεν ἐπ' ἐκείνῳ τῷ ναῷ.

Χρύσειαι δ' ἐξ ὑπερῴου ἄειδον Κηληµόνες.

(em. Κηληδόνες.) *Aureæ e lacunari* (pro templo simpl.) *canebant Celedones* (tanquam Musæ effictæ cantantium habitu. Et versum cum Hermanno constitue:)

------ χρύσειαι
δ' ἐξ ὑπερῴου ἄειδον
Κηληδόνες.)

οὗτος µέντοι ταῦτα ἐς µίµησιν ἐµοὶ δοκεῖν τῶν παρ' Ὁµήρῳ Σειρήνων ἐποίησεν. Eundem locum tangit Athenæus vii. p. 290. E. πρὸς τῶν Θεῶν τί διαφέρειν οὗτος ὑµῖν δοκεῖ τῶν παρὰ Πινδάρῳ Κηληδόνων, αἳ κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ταῖς Σειρῆσι τοὺς ἀκροωµένους ἐποίουν ἐπιλανθανοµένους τῶν τροφῶν διὰ τὴν ἡδονὴν ἀπαναίνεσθαι. ubi Casaubonus ignorantiam suam fateri cum Eustathio ad Odyss. µ. p. 1709. [56.] cll. p. 1689. [37.] quam veritatem inquirere latentem maluit. Sic vero Eustathius: οὐ πάνυ δὲ δῆλον, εἴτε Κληδόνας ἐκεῖνος ἐπιθετικῶς τὰς Σειρῆνας λέγει, διὰ τὸν κατ' αὐτὰς κηληθµόν, εἴτε καὶ ἄλλα τινὰ ᾠδικὰ δαιµόνια. Nisi homo iste ubique impuros doctrinæ rivulos consectatus, ex alieno quam suo corde sapere maluisset, facile meliora discere poterat ex Philostrati V. A. vi. 11. p. 247. ubi de hoc ipso Apollinis templo tradit: καὶ ἄλλου ἰδεῖν ἦν ναοῦ, καὶ µεγάλων ἦν καὶ ἑκατοµπέδων. ἐνὸς δὲ αὐτῶν καὶ χρυσᾶς ἴυγγας ἀνάψαι λέγεται Σειρήνων τινὰ ἐπεχούσας (an ἐπιχεούσας?) πιθῷ. ubi Olearius noster præclare fuit de Pindari loco meritus, qui recte cum Kuhnio Κηληδόνες ex Athenæo præfert; contra vero Er. Schmid in Athenæo Κηληµόνες ex *Pausania* legi volebat. Priorem virorum doctissimorum sententiam confirmat locus Galeni in Hippocr. περὶ ἄρθρων III. t. iii. p. 615. l. 19. ed. Bas. unde sedem fragmenti cognoscimus: καὶ Πίνδαρος φησὶν ἐν ταῖς Πλειάσι· χρυσαῖ αἱ δ' ὀξυµατραὶ αἱ τοῦ ἄειδον Κληδόνες. (ex superioribus emendanda.) ubi legendum Παιᾶσι Fabricius jam olim monuit. Comparavit porro Olearius, nescio qua veritatis specie, ἴυγγας illas aureas, quas *Philostratus* V. A. i. 25. p. 34. in regia Persarum suspensas fuisse tradit, ubi iterum conferendus est Olearius, qui tamen nimis argutari in tota hac disputatione videtur. Schn. Κηληδόνας esse deas, Musis similes, dubitare non licet: firmatum id vides figura sedentis feminæ lyram pulsantis, adscripta antiquis literis voce Καλεδόνες in vase antiquo Locris reperto, edito et illustrato nuper a viro docto *Ardito* (*Illustrazione di un antico Vaso trovato nelle Ruine di Locri.* Napoli 1791. 4.) [v. Huschk. Anal. Crit. pag. 8. *Ex Schedis.*] Scripserat Pindarus Pæanem in Delphorum gratiam; ad quem versus iste spectasse videtur. Schol. ad Nem. vii. 94. diserte Pæanem memorat, ubi narrat, Æginetas ægre tulisse, quod Neoptolemum cum uno e Delphis de carnibus victimarum

rixas movisse narraverat: ἐκεῖνοι γὰρ ἠτιῶντο τὸν Πίνδαρον, ὅτι γράφων Δελφοῖς τὸν Παιᾶνα ἔφη·

ἀμφιπόλοισι μαρνάμενον μοιρίαν περὶ τιμᾶν

ἀπολωλέναι. pugnantem cum ministris super honore ex victimæ portione debita. (v. sup. in Prosodio p. 46.) Iterum ad v. 150. ὁ δὲ Ἀριστόδημος, ὅτι μεμφθεὶς ὑπὸ Αἰγινητῶν ἐπὶ τῷ δοκεῖν ἐν Παιᾶσιν εἰπεῖν, τὸν Νεοπτόλεμον ἐπὶ ἱεροσυλίᾳ ἐληλυθέναι εἰς Δελφούς.

II. (p. 39.)

Satis probabiliter ad Pæanas referri et cum præcedenti fragmento conjungi posse videtur locus apud *Plutarchum* Consolat. ad Apoll. p. 109. A. περὶ Ἀγαμήδους καὶ Τροφωνίου φησὶ Πίνδαρος, τὸν νεὼν τὸν ἐν Δελφοῖς οἰκοδομήσαντας αἰτεῖν παρὰ τοῦ Ἀπόλλωνος μισθὸν, τὸν δ' αὐτοῖς ἐπαγγείλασθαι εἰς ἑβδόμην ἡμέραν ἀποδώσειν, ἐν τοσούτῳ δὲ εὐωχεῖσθαι παρακελεύσασθαι. τοὺς δὲ ποιήσαντας τὸ προσταχθὲν τῇ ἑβδόμῃ νυκτὶ κατακοιμηθέντας τελευτῆσαι. (Transferuntur in seqq. hæc eadem ad placidam Pindari ipsius mortem.) Templum ab ipsis exstructum memorat Pausan. x. 5. p. 811. v. et notas Jo. Frid. Fischeri, viri maximopere mihi colendi, ad Æschinis Dialog. iii. §. 10.

III. (p. 40.)

Strabo ix. p. 642. C. 643. A. de Delphis: ἐκάλεσαν τῆς γῆς ὀμφαλὸν προσπλάσαντες καὶ μῦθον, ὃν φησι Πίνδαρος, ὅτι συμπίπτουσιν ἐνταῦθα οἱ αἰετοὶ οἱ ἀφιέντες ἀπὸ τοῦ Διὸς, ὁ μὲν ἀπὸ τῆς δύσεως, ὁ δ' ἀπὸ τῆς ἀνατολῆς· οἱ δὲ κόρακάς φασι. Fabulam copiose narrat Schol. Pindari ad Pyth. iv. 6. qui tamen ipsius Pindari non meminit, sed simpliciter ait: λόγος τὶς τοιοῦτος περιηχεῖ. Habet eandem Claudianus xvi. 11. ubi v. Gesn. cf. *Plutarchus* de def. orac. pr. p. 409. *Schol. Sophoclis* Œdip. Tyr. 489. *Pausanias* Phocicis (x. 16.) p. 835. τὸν δὲ ὑπὸ Δελφῶν καλούμενον ὀμφαλὸν λίθου πεποιημένον λευκοῦ, τοῦτο εἶναι τὸ ἐν μέσῳ γῆς πάσης αὐτοὶ λέγουσιν οἱ Δελφοὶ, καὶ ἐν ᾠδῇ τινι Πίνδαρος ὁμολογοῦντα σφίσιν ἐποίησιν. Schn. Respicit fabulam Pindar. P. iv. 7. χρυσέων Διὸς ὀρνίχων πάρεδρος Pythia. et ὀμφαλὸν vs. 134. et v. 6. add. P. viii. 85.

IV.

Ammonius de affinium voc. differentia voce Θηβαῖοι καὶ Θηβαγενεῖς, διαφέρουσιν, ait, καθὼς Δίδυμος ἐν ὑπομνήματι τῷ πρώτῳ τῶν Παιάνων Πινδάρου φησὶ, καὶ τὸν τρίποδα ἀπὸ τούτου Θηβαγενεῖς πέμπουσι τὸν χρύσεον εἰς Ἰσμήνιον πρῶτον. quæ si integriora exstarent, haberemus, unde obscurissimum Pyth. xi. locum, et *Pausan.* ix. 10. explicaremus. Quæcunque vero doceri poterant de hoc loco, præcepit cl. Valckenaer, qui malebat deleto πρῶτον legere εἰς τὸ Ἰσμήνιον. Kœnius autem ad Gregorium p. 225. emendabat ἱερόν. Schn. Turbas hac in re facile compesces, si distinxeris duoclipeorum genera, aliud antiquiorum, aliud serius ex ære. vid. ad Schol. Pyth. xi. 5.

V.

Schol. Sophoclis ad Trachinias v. 175. *de columbis Dodonæis*: Εὐριπίδης δὲ τρεῖς γεγονέναι φησὶν αὐτάς· οἱ δὲ δύο, καὶ τὴν μὲν εἰς Λιβύην ἀφικέσθαι Θήβηθεν εἰς τὸ τοῦ Ἄμμωνος χρηστήριον, τὴν δὲ εἰς τὸ περὶ τὴν Δωδώνην, ὡς καὶ Πίνδαρος Παιᾶσιν.

VI.

Schol. Apollonii ad i. 1084.

Ἡ δ' ἄρ' ὑπὲρ ξανθοῖο καρήατος Αἰσονίδαο
πωτᾶτ' ἀλκυονὶς λιγυρῇ ὀπὶ θεσπίζουσα
λῆξιν ὀρινομένων ἀνέμων· συνέηκε δὲ Μόψος,
ἀκταίης ὄρνιθος ἐναίσιμον ὅσσαν ἀκούσας.

annotat ad vocem ὅσσαν· εὐλόγως δὲ ὅσσαν εἶπε τὴν ἀλκυόνος φωνήν· ὑπὸ γὰρ Ἥρας ἦν ἀπεσταλμένη, ὡς φησι Πίνδαρος. ubi Pæanas eum respexisse patet ex iis, quæ ad v. 1086. monet: εἴληφε δὲ τὰ περὶ τῶν ἀλκυόνων παρὰ Πινδάρου ἐν Παιάνων. Hinc Philostratus Icon. ii. 15. p. 833. ea, quæ de Halcyonibus et Glauco Argonautis apparente tradit, ex Pindaro sumsisse videri debet. De Glauco enim diserte *Pausanias* Bœotic. (ix. 22.) p. 754. Πινδάρῳ δὲ καὶ Αἰσχύλῳ συνδαιμόνιος παρὰ Ἀνθηδονίων, τῷ μὲν οὐκ ἐπὶ πολὺ ἐπῆλθεν ᾄσαι τὰ εἰς Γλαῦκον, Αἰσχύλῳ δὲ ᾠδὴ εἰς ποίησιν δράματος ἐξήρκεσε. De Glauco v. Athen. vii. p. 296. Notæ ad Apollod. p. 416.

VII.

Strabo vii. p. 505. A. πότερον δὲ χρὴ λέγειν Ἕλλους ὡς Πίνδαρος, ἢ Σελλοὺς, ὡς ὑπονοοῦσι παρ' Ὁμήρῳ κεῖσθαι, ἡ γραφὴ ἀμφίβολος οὖσα οὐκ ἐᾷ διϊσχυρίζεσθαι. Similis varietas in Sophoclis Trachin. 1183. ubi cf. Schol. Etymol M. v. Σελλοὶ—καὶ οἱ μὲν Ἕλλους αὐτοὺς ἐξεδέξαντο, ὡς Πίνδαρος· δεῖ δὲ ἀπὸ τοῦ σ ἄρχεσθαι τὴν λέξιν, Σελλούς. Pindarum laudat etiam Schol. br. ad Iliad. π. 234. Σελλούς. Πίνδαρος δὲ Ἕλλους αὐτοὺς κληθῆναί φησι χωρὶς τοῦ πρώτου Σ, ἀπὸ Ἕλλου τοῦ δρυτόμου, ὡς φασι, πρώτου καταδείξαντος τὸ μαντεῖον. add. Schol. Ven. [et Eustath. p. 1057. 57.]

VIII.

In unum hic conjiciam locum, quæ passim veteres ad Musicam spectantia ex Pindari Pæanibus laudant. Primum igitur Plutarchus de Musica p. 1136. C. Πίνδαρος ἐν Παιᾶσιν ἐπὶ τοῖς Νιόβης γάμοις φησὶ Λύδιον ἁρμονίαν πρῶτον διδαχθῆναι. [ὑπὸ Ἀνθίππου. e Polluce iv. 78. Burette *Mémoir. de l' Acad. d. Inscr.* t. xiii. p. 231. *Ex Schedis.*] Deinde Schol. ad Olymp. i. 26. περὶ δὲ τῆς Δωριστὶ ἁρμονίας εἴρηται ἐν Παιᾶσιν ποστὶ Δώριον μέλος σεμνότατόν ἐστι. ubi pro ποστὶ videtur ὅτι legendum esse. Idem denique Schol. ad Pyth. xii. 45. εἴρηται δὲ καὶ ἐν Παιᾶσι περὶ αὐλητικῆς. Schn. Etiam in Pæane aliquo Apollinis templum Diræmis ad Abderam meminerat Schol. Lycophr. 440. οἱ μάντεις τοῦ ἐν Δηραίνοις, τόπῳ Ἀβδήρων, τιμωμένου Ἀπόλλωνος. οὗ μνημονεύει καὶ Πίνδαρος ἐν Παιᾶσιν. (Schn. xciv.)

[Fragmentum apud Stobæum. v. infra p. 130. *Ex Schedis.*]

ΑΣΜΑ ΕΙΣ ΗΛΙΟΝ ΕΚΛΕΙΨΑΝΤΑ.

Nobilissimum omnium multisque laudatum fragmentum in Solis defectum servavit nobis Dionysius Halic. de Demosth. t. ii. p. 273. unde tamen non satis

apparet, ad quod carminis genus referendum sit. (Referamus inter ea, quæ generali appellatione Ἄσματα nominabantur: ut in Pausan. iii. 25. pr. Debuere in iis latere alia aliis propriis nominibus passim frequentata; ut τὰ Παρθένια, in quorum recensum Nemeacam xi. referebat Didymus ap. Schol. ad eam Oden pr.) Ponam hic ipsa verba Lyrici, prouti fuerunt olim a summo viro, Scaligero, constituta ad Propertii iii. 4. non quod omnia in eo probem, sed ut operæ rescribendi, transponendi, immutandi parcamus; tum de ipso loco Barnesiique conatibus dicam. Ita igitur, ubi locum e Platonis Phædro recitaverat, doctissimus Rhetor: *ταῦτα καὶ τὰ ὅμοια τούτοις, ἃ πολλά ἐστιν, εἰ λάβοι μέλη καὶ ῥυθμοὺς, ὥσπερ οἱ διθύραμβοι καὶ τὰ ὑπορχήματα, σοῖς Πινδάρου ποιήμασιν ἐοικέναι δόξειεν ἂν τοῖς εἰς τὸν ἥλιον εἰρημένοις, ὡς γ' ἐμοὶ φαίνεται·*

Ἀκτὶς ἀελίου πολύσκοπε,
μή σε θεῶμ' ἄτερ ὀμμάτων.
ἄστρον ὑπέρτατον, ἐν ἀμέρᾳ
κλεπτόμενον, ἔθηκας ἀμάχανον
ἰσχὺν ποταίνιον ἀνδράσι,
καὶ σοφίας ὁδόν.
ἐπισκότειον ἁτραπὸν ἐσσυμένα
ἐλαύνεις τι νεώτερον ἢ πάρος.
Ἀλλά σε πρὸς Διὸς,
ἵππως θοὰς, ἱκετεύω,
ἀπήμον' ἐς ὄλβον
τραπόμενος Θήβαις,
ὦ πότνια, πάγκοινον τέρας.
πολέμου δ' ἢ σᾶμα φέρεις τινὸς,
ἢ καρποῦ φθίσιν,
ἢ νιφετοῦ σθένος ὑπέρφατον,
ἢ στάσιν οὐλομέναν,
ἢ πόντου κενέωσιν ἀνὰ πέδον,
ἢ παγετὸν χθονὸς, ἢ νότιον θέρος
ὕδατι ζακότῳ διερὸν,
ἢ γαῖαν κατακλύσασα θήσεις
ἀνδρῶν νέων ἐξαρχῆς
γένος ὀλοφυδνόν.

Solis lux multituens, ne te videam sine lumine! Sidus supremum, interdiu subductum, reddidisti inefficax (5) *robur vegetum hominum, et* (obstruxisti? sic) *sapientiæ viam. Per obscuram viam incedens currum agitas aliter quam antea.* (Esse hæc corrupta manifestum est.) *At te per Jovem* (10) *obtestor, equos celeres faustum in omen agas Thebis!*

O veneranda (Solis lux) commune prodigium (omnium terrarum) affers utique aut signum belli alicujus, (15) *aut frugum interitum, aut nivis vim ingentem, aut perniciosam seditionem, aut maris eluviem in agrum aut glaciem soli aut humidam æstatem,* (20) *imbre vehementi uvidam, aut terram diluvio obruens humanum iterum genus perdes.* (Subjiciam statim versus ex dimensione et emendatione Hermanni:

Ἀκτὶς Ἀελίου, τί, πολύσκοπ' ἐμοὶ
θεῶν μέτρ' ὀμμάτων
ἄστρον ὑπέρτατον ἐν ἀμέρᾳ
κλεπτόμενον, ἔθηκας ἀμάχανον ἰσχὺν
πτανὸν ἀνδράσι, καὶ σοφίας ὁδὸν,
ἐπίσκοτον ἀτραπὸν ἐσσυμένα
ἐλαύνειν τι νεώτερον ἢ πάρος ;
ἀλλά σε, πρὸς Διὸς, ἵπποις θοαῖς,
ἱκετεύω, ἀπήμον' ἐς ὅλ-
βον τράποιο Θήβαις,
ὦ πότνια, πάγκοινον τέρας.
πολέμου δ' εἰ σᾶμα φέρεις τινὸς, ἢ καρποῦ φθίσιν,
ἢ νιφετοῦ σθένος ὑπέρφατον,
ἢ στάσιν οὐλομέναν,
ἢ πόντου κενέωσιν ἅμ πέδον,
ἢ παγετὸν χθονὸς, ἢ
νότιον θέρος ὕδατι ζακότῳ διερὸν, ἢ γαῖ-
αν κατακλύσαισα θήσεις
ἀνδρῶν νέον ἐξ ἀρχῆς
γένος ὀλοφυδνὸν,
πάντων μέτα πείσομαι.

Versu primo Dionysius habet: *τί πολύσκοπ' ἰμῆς θεῶ μ' ἄτερ.* Barnesius, qui metrum a Scaligero constitutum servavit, inde effecit: *πολοσκόπι.* Equidem præeunte Philostrato, mox laudando, conjeceram olim legendum: *τί πολύσκοπον ἐρημώσαισα μέτρον ὀμμάτων, ἄστρον ὑπέρτατον ἐν ἀμέρᾳ κλεπτόμενον, ἔθηκας ἀμάχανον* etc. Male enim Barnesius ἔθηκας, quod Dionysius et Scaliger habent, vi ejecit, suumque ἔθηκεν substituit; sed multo ineptius etiam verba hæc Barnesius de ipso interpretatur: *robur ingens illud renovabile mortalibus.* Scilicet hic est ille Barnesius, quem in græcis omnium mortalium doctissimum locuples ipse testis Hudson prædicavit! Quod vero supra de Philostrato mentionem injeci, habeto nunc tibi locum ex epistola 72. p. 949. unde emendationem meam duxi: *ἐκ τῆς περὶ τὸ πρόσωπον γαλήνης, ἣν εἰ μὴ θολώσεις, ἄστρον ὑπέρτατον ἐν ἀμέρᾳ βλεπόμενον δόξεις· εἰ δὲ ἐκ Πινδάρου ταῦτα, καὶ κεῖνό που κατὰ Πίνδαρον τὸ*

τὴν ἀκτῖνα τὴν ἀπό σου πηδῶσαν εἶναι τῶν ἐμῶν ὀφθαλμῶν μέτρα. Videtur Pindaricum κλειπτόμενον a Philostrato paulum immutatum, et ad alium sensum traductum fuisse. Olearius ibi tutius tacuisset. Verba ἄστρον ὑπέρτατον laudat et Schol. Arati ad Phænom. v. 10. λέγεται δὲ καὶ ὁ ἥλιος ἄστρον ἰδίως, παρὰ δὲ Πινδάρῳ ἄστρον ὑπέρτατον. Versu 7. ἐπισκότιον a Scaligero positum servavit Barnesius. In Dionysio est ἐπισκόπτειν. H. Stephanus nescio unde et quo sensu recepit ἐπισκώπτειν in Fragm. Pindaricis. Post ἐσυμένα Barnesius assuit γε, et corruptum ἐσσαμένα cum Scaligero retinuit. Dionysius enim habet: στανὸν ἀνδράσι — ἄτροπον ἐσσαμένα ἐλαύνειν τι νεώτερον. unde Scal. et Barn. effinxerunt ποσταίνιον — ἀτραπὸν — ἐλαύνεις. Equidem olim conjeceram: ἐπεὶ σκότους ἀτραπὸν ἐσσυμένα ἐλαύνεις τι νεώτερον etc. Versu 9. Dionys. ἵππος i. e. ἵππως, Barnes. ἵπποις. Vulgatum τρόπαιο Sylburgius in τράπολο recte mutavit. Scaliger τρέποιο habet. Barnesius hæc suo more vertit. Versu 13. Dionysius habet πολέμου δὶς ἅμα φέρεις. unde Scaliger nostram lectionem effinxit. Vix tamen ferri posse mihi videtur hæc viri summi emendatio, quod ἀκτὶς ἀελίου, quam poëta usque ad finem fragmenti alloquitur, dici πάγκοινον τέρας vix potest. Vide, an propius ad vestigia corruptæ lectionis conjecerim: πάγκοινον τέρας δυσάμερον φέρεις. In Homero quidem πολέμοιο τέρας Iliad. λ. 4. interpretantur grammatici σημεῖον. Cf. ad Hesych. v. πολέμου τέρας. (Scabra oratio. τέρας Sol propter deliquium dici potuit. Interpungo: — τράπολο Θήβαις, ὦ πότνια, πάγκοινον τέρας. Πολέμου δὴ σᾶμα φέρεις τινός, ἦ —). Versu 16. Dionysius habet: πόντου κινῆσιν ἀλλὰ πέδον. unde Scaliger effecit, quod supra posuimus. Barnesius vero admodum eleganter, si diis placet, emendavit; ἢ πόντου πλημμύραν ἀμπεδίον. Tentaveram olim πόντου ἀνάπτωσιν ἀλλοδαπόν. Versu 31. vulgatum ἱερὸν Scaliger et Sylb. recte in διερὸν mutarunt. Versu 21. H. Stephanus nescio unde καταλύσασα prodidit. Barnesius κατακαύσασα suum nobis offert; rectius deinde θήσει in θήσεις mutavit. Versu 20. νέων Scaliger et Barnesius nescio quibus rationibus adducti scripserunt: (cum esset νέον. quod esset respectu hominum ante Deucalionem.) Ultimum ὀλοφυδνὸν debetur Scaligero; in Dionysio erat: ὀλοφυρ... ubi suspicatus sum olim aliam ab ὀλοφύρομαι ductam formam latere. Ecce enim Plutarchus de Facie in Luna p. 931. E. οὗτος Μίμνερμον ἐπάξει καὶ Κυδίαν, (?) καὶ τὸν Ἀρχίλοχον, πρὸς δὲ τούτοις Στησίχορον καὶ τὸν Πίνδαρον ἐν ταῖς ἐκλείψεσιν ὀλοφυρομένους τὸν φανερώτατον κλειπτόμενον, καὶ μέσῳ ἅμα (ἅματι fuisse suspicor) νύκτα γινόμενον καὶ τὴν ἀκτῖνα τοῦ ἡλίου σκότους ἀτραπὸν * * φάσκοντας. quo quidem testimonio conjectura nostra ἐπεὶ σκότους ἀτραπὸν egregie confirmari videtur. Denique idem Pindari carmen laudat Philo in fragmentis ex Eusebio t. ii. pag. 643. ed. Mang. ubi de defectu solis: αἱ δὲ μηνύματά ἐστιν ἢ βασιλίων τελευτῆς ἢ πολίων φθορᾶς, ὃ καὶ Πίνδαρος ἠνίξατο γενομένης ἐκλείψεως διὰ τῶν πρόσθεν εἰρημένων. ubi apparet verba Pindari a Philone laudata omisisse Eusebium. Adde Plinii locum ii. 12. sect. 9. *misera hominum mente in defectibus scelera aut mortem aliquam siderum pavente, quo in metu fuisse Stesichori et Pindari vatum sublimia ora palam est deliquio solis.*

ΕΓΚΩΜΙΑ. (p. 44.)

Laudatur hoc nomine Pindari scriptum aliquod a Suida, cujus auctoritate per-

motus J. Nicol. Loensis Epiphyll. vii. 18. ad verba illa Porphyrionis in istud Horatii: *Quem virum aut heroa* etc. *Hæc a Pindaro sumsit. Continet autem hæc ode laudes deorum ac Principum Romanorum*: existimabat respexisse grammaticum Pindari locum eum, quem paulo post ex Plutarcho ponam, quemque ex libro Ἐγκωμίων sumtum esse suspicabatur vir doctissimus. Verum satis clarum est Porphyrionem innuere Olymp. ii. τίνα θεὸν, τίν' ἥρωα, τίνα δ' ἄνδρα κελαδήσομεν. Plutarchi vero locus est de Gloria Atheniensium p. 347. E. 348. A. ἡ δὲ Κόριννα τὸν Πίνδαρον ὄντα νέον ἔτι καὶ τῇ λογιότητι σοφῶς χρώμενον ἐνουθέτησεν ὡς ἄμουσον ὄντα, καὶ μὴ ποιοῦντα μύθους, ὃ τῆς ποιητικῆς ἔργον εἶναι συμβέβηκε· γλώσσας δὲ, καὶ καταχρήσεις, καὶ μεταφράσεις, καὶ μίλη, καὶ ῥυθμοὺς ἡδύσματα τοῖς πράγμασιν ὑποτίθεται. σφόδρα οὖν ὁ Πίνδαρος ἐπιστήσας τοῖς λεγομένοις ἐποίησεν ἐκεῖνο τὸ μέλος·

Ἰσμηνὸν ἢ χρυσαλάκατον Μελίαν,
ἢ Κάδμον, ἢ Σπαρτῶν ἱερὸν γένος ἀνδρῶν,
ἢ τὸ πάνυ σθένος Ἡρακλέος,
ἢ τὰν . . . . .

διεξαμένου δὲ τῇ Κορίννῃ, γελάσασα ἐκείνη τῇ χειρὶ διῆν ἔφη σπείρειν, ἀλλὰ μὴ ὅλῳ τῷ θυλάκῳ· τῷ γὰρ ὄντι συγκεράσας καὶ συμφορήσας πανσπερμίαν τινὰ μύθων ὁ Πίνδαρος τὸ μέλος ἐξέχεεν. Schn.

Plenior est locus ap. Lucian. Demosth. Encom. 19. unde totum locum Schneider sic constituerat:

Ἰσμηνὸν ἢ χρυσαλάκατον Μελίαν,
ἢ Κάδμον, ἢ Σπαρτῶν ἱερὸν γένος,
ἢ τὰν κυανάμπυκα Θήβαν,
ἢ τὸ πάντολμον σθένος Ἡρακλέος,
ἢ τὰν Διονύσου πολυγαθέα τιμὰν,
ἢ γάμον λευκωλένου Ἁρμονίας
ὑμνήσομεν.

(Hermannus monet, versui secundo esse addendum:

. . . . . γένος ἢ
τὰν κ.

et mox scribendum:

ἢ τὰν Διωνύσου . . .)

Interpolavi *Plutarchi* locum ex *Luciano* t. iii. p. 505. qui v. 2. ἀνδρῶν post γένος, quod est in *Plutarcho*, omisit. Versu 4. *Plutarchus* habet: τὸ πάνυ σθένος Ἡρακλέους ἦσαν, quod ultimum verbum ex seq. versu adhæserat, quem tamen una cum sexto librarii omiserunt. *Scholiastes Luciani* mire sibi sapere visus est, cum eo loco adderet: ἀρχαὶ ταῦτα τῶν Πινδάρου τοῦ μελοποιοῦ ὕμνων. Schol. Pindari

ad Nem. x. 1. primum versum affert: *καθὼς ἐν τῇ ᾠδῇ, ἧς ἡ ἀρχή· Ἰσμηνὸν ἣ χρυσηλάκατον Μελίαν.* Habet eundem Dio Chrysost. Tarsica i. p. 394. Quod vero ad sensum carminis, et certamen Pindari cum Corinna passim memoratum attinet, vide quæ disputavimus olim in libro *de vita et scr. Pindari* p. 5. sqq. SCHN. Ad *Encomia* refero Horatii *reges* iv. 2. 13. *seu deos regesve canit, deorum sanguinem, per quos cecidere justa Morte Centauri, cecidit tremendæ Flamma Chimæræ.* Fuere adeo in Encomiis laudes Pirithoi et Bellerophontis. Forte et de Cæneo, qui, cum vulnerari nequiret, in terram est depressus. Plutarch. de Stoicor. absurd. p. 1057. D. *ὁ Πινδάρου Καινεὺς ὑβύνναν ὑπεῖχεν ἀπιθάνως ἄῤῥηκτες σιδήρῳ καὶ ἀπαθὴς τὸ σῶμα πλασσόμενος, εἶτα καταδὺς ἄτρωτος ὑπὸ γῆν—*

. . . σχίσας ὀρθῷ ποδὶ γᾶν.

cum recto pede scidisset terram.

ΔΙΘΥΡΑΜΒΟΙ. (p. 46.)

Primo statim loco proponam verba Etymol. M. quæ dithyrambos Pindari spectare non vana conjectura est. Sic igitur Grammaticus in voce διθύραμβος p. 274, 50: *Πίνδαρος δὲ φησι Λυθίραμβον· καὶ γὰρ Διὸς τικτομένου αὐτοῦ ἐπεύδοα λύθι ῥάμμα, ἵν' ᾖ λυθίραμμος.* Etymol. Gudianum Mtum apud virum rev. L. Kulenkamp mutilata habet ea verba: *Πίνδαρος δὲ ὅτι τίκτων αὐτὸς ἐπεύδοα ὁ Ζεύς.* SCHN. Proclus Chrestomath. Excerpt. ap. Sylb. ad calc. Apollonii p. 344. *εὑρεθῆναι δὲ τὸν Διθύραμβον Πίνδαρος ἐν Κορίνθῳ λέγει.* Spectat ad Ol. xiii. 25.

Laudem Pindari e Dithyrambis attigit Aristides in Platonica p. 295. tom. ii. extr. Locum v. sup. p. 30.

I.

Etymol. M. p. 460. 38. v. *θώρηξ—ἀφ' οὗ καὶ τὸ ἰμπίπλασθαι οἶνον θωρᾶσθαι λέγεται—καὶ Πίνδαρος Διθυράμβων πρώτῳ·*

ἀλόχῳ ποτὲ θωρη-
χθεὶς ἐπ' ἀλλοτρίᾳ.

temulentus aliquando mulieri alienæ (f. vim intulit.)—ubi nescio cur Fabricius cum Sylburgio librum primum dithyramborum nobis obtrudant. SCHN. [cum sit Carmen i. Notat etiam Larcher *Hist. de l'Acad. des Inscr.* t. xlvii. p. 205. *Ex Schedis.*]

Versum eundem recitat, sed memorabili cum varietate lectionis, Meletius de nat. hom. p. 86. (ex lat. versione, quam solam habemus a Nic. Petreio. Venet. 1532. 4.) ubi de pectore: "*Thorax igitur locus, qui alimentum accipit, est. Quidam autem vino madentem θωρήξασθαι dixerunt; ut Hippocrates: λιμὸν θώρηξις λύει. ebrietas,* inquit, *famem solvit.* Et Pindarus in Dithyrambis: *ἀλόχῳ ποτὲ*

θωραχθεὶς ἐπέχευεν ἀλλότρια.

quod facit: uxorem, vino quandoque madidus falsis insimulavit." Non dubito hanc lectionem veriorem censere.

II.

Schol. Pindari ad Ol. xiii. 25. ὁ Πίνδαρος δὲ ἐν μὲν τοῖς Τπορχήμασιν ἐν Νάξῳ φησὶν εὑρεθῆναι πρῶτον διθύραμβον, ἐν δὲ τῷ πρώτῳ τῶν Διθυράμβων, ἐν Θήβαις.

III. (p. 46—48.)

Secundi dithyrambi ipsum initium, satis illud longum, ut specimen ἁρμονίας αὐστηρᾶς refert Dionysius Halic. de composit. verbor. Huds. t. ii. pag. 41. quod, ut chartæ parcam, ponam hic prouti olim a Barnesio metro restitutum fuit: ἀρχέτω δὲ Πίνδαρος, καὶ τούτου Διθύραμβος, οὗ ἐστιν ἀρχή·

Δεῦτ' ἐν χορὸν Ὀλύμπιοι,
ἐπί τε κλυτὰν πέμπετε Χάριν, θεοί,
πολύβατον οἵτ' ἄστεος ὀμφαλὸν θυόεντα
ἐν ταῖς ἱεραῖς Ἀθήναις
οἰχνεῖτε, πανδαίδαλόν τ' εὐκλέα ἀγοράν·
ἰοδέτων λάβετε στεφάνων
τῶν ἐαροδρέπτων λοιβάν,
Διόθεν τέ μ' ἐσὺν ἀγλαΐᾳ ἴδετε
πορεύσαντες ἀοιδαῖς δεύτερον
ἐπὶ κισσοδέταν θεὸν,
ὃν Βρόμιον, ὃν Ἐριβόαν βροτοὶ καλέομεν.
Γόνον ὑπάτων πατέρων μέλπωμεν,
γυναικῶν τε Καδμείαν Σεμέλαν.
Ἐν Ἀργείᾳ Νεμέᾳ μάντιν οὐ λανθάνει
φοίνικος ἔρνος, ὁπότ'
οἰχθέντος Ὥρᾶν θαλάμου
εὔοδμον ἐπαΐωσιν ἔαρ
φυτὰ νεκτάρεα.
τότε βάλλεται,
τότ' ἐπ' ἄμβροτον χέρσον
ἐρατά τ' ἴων φόβα,
ῥόδα τε κόμαισι μίγνυται.
Ἄχεῖτε ὀμφᾷ μελέων σὺν αὐλοῖς,
ἀχεῖτε Σεμέλαν ἑλικάμπυκα χοροί.

Adeste ad chorum, Olympii, et adducite inclytam Gratiam dii, vos qui frequentem populo urbis umbilicum ture odoratum in sacris Athenis (5) invisitis et insigne ornamentis et illustre forum: violis revinctarum coronarum, vere decerptarum, accipite libationem, et

aspicite me divinitus cum honore carminum incedentem altera vice (10) *ad deum hedera redimitum, quem Bromium Eriboamque mortales appellamus. Prolem summi parentis canamus, et e mulieribus Cadmeam Semelen. Apud Nemeam Argivam vatem non latet* (15) *palmæ germen, quando, recluso Horarum thalamo, odoratum persenserint vêr plantæ nectareæ. Tunc, tunc spargitur* (20) *super immortalem terram amabilis violarum crinis, rosæque comis miscentur. Canite voce carminum cum tibiis; canite Semelen redimitam diademate, o chori.*—Singula nunc videamus verba. Igitur v. 1. Hudsoni codd. male præferebant ἴδιτ'. Versum 5. vertit H. Stephanus: *loco aprico situm*, ut adeo εὐάλιον legisse videatur Uptono ad h. l. Potius παιδίλιον dixisset! v. 6. cod. Hudsoni ἰοδίτην λάχιτι, et v. 7. ἰαριδρόπων præferunt. v. 9. malim ϖορευθέντα —ἀοιδᾶν ex vulgato ϖορευθέντες efficere, quod pessime mutavit Barnesius. (f. ϖορευθέντ' ἐν ἀοιδαῖς pro σὺν, Pindarico more.) Ex voce δεύτερον recte Uptonus conjecturam duxit de ordine, quo olim fragmentum hoc inter reliquos Pindari dithyrambos legebatur. v. 10. codd. ἐπὶ τὸν κισσοδότην. malim κισσόδιτον. v. 11. codd. τὸν βρόμιον ἐριβόαν τε. quam lectionem probaverim. v. 12. codd. ὑπάτων μὲν—μέλπε γυναικῶν τε Καδμείαν ἔμολον. Vulgo ὑπάτων τε—μέλπομεν. (fuisse videtur ὑπάτου ϖατέρος.) v. 14. codd. νεμέᾳ. (qui *vates ad Nemeam* sit, non intelligo.) v. 20. codd. ἀμβρόταν χθόν' ἐρώταν ἴον φοβερά τε κέμαισι μίγνυται. v. 23. Dionysii edd. habent ὑμνεῖτ' ὄμφᾳ—ὑμνεῖτε Σεμέλαν. Codices vero, qui οἰχνεῖτ' ὀμφαῖς—οἰχνεῖτε præferunt, vestigia conservarunt veræ lectionis, quam nos Pindaro ex Apollonii Dyscoli Syntaxi p. 223. l. 8. restituimus. cf. ibi Sylburg. Laudat is ex Lyrico nostro verba: ἀχεῖται ὀμφαὶ μελέων σὺν αὐλοῖς, quod ex Bœotorum more dictum vult pro ἀχοῦνται. [V. Fragm. Inc. liii.] Sed decipi vir bonus se passus est ab exemplaris sui vitio. Tenemus igitur cubile corruptelæ, ubi caput monstrosi illius οἰχνεῖτε latet; legendum enim in Pindaro ἀχεῖτε, quod et in altero versu repetendum est. Apollonium errantem secutus est *Politus* ad Eustathii t. iii. p. 1072. Schn. Videndus de hoc carmine Hermannus ad Olymp. viii. [et nunc Schaefer. in edit. Dionys. Halic. de V. C. *Ex Schedis.*]

IV. (p. 49.)

Strabo vii. pag. 494. C. 495. A. ubi docet Bœotos olim etiam Ταντας dictos fuisse: ὡς δὲ Πίνδαρος φησί·

Ἦν ὅτε ὗας Βοιώτιον ἔνθος ἔνεπον.

quem eundem locum Schol. ad Olymp. vi. 152. ex dithyrambis afferens σύας—ἔλεγον habet, quorum prius legitur etiam apud Galenum Suasoria ad Artes c. 7. Cf. Schol. Apollonii ad iii. 1241.

V. (p. 48.)

Strabo ix. p. 620. A. ἔστι δὲ τῷ ἐκ Θηβῶν εἰς Ἄργος ἀπιόντι ἐν ἀριστερᾷ ἡ Ταναγρα, ἐν δεξιᾷ κεῖται ἡ Τρία. καὶ ἡ Τρία δὲ τῆς Ταναγραίας νῦν ἐστι, πρότερον δὲ τῆς Θηβαΐδος, ὅπου ὁ Τριεὺς μεμύθευται, καὶ τοῦ Ὠρίωνος γένεσις, ἣν φησι Πίνδαρος ἐν τοῖς Διθυράμβοις. quem locum nescio quo jure invertit Eustathius t. ii. pag. 528. ed. Politi. (ad B. 496. p. 264. extr. Rom.) Nam reliquarum urbium, præter Thespias et Tanagram, vix vestigia obscura et nomina Strabonis ætate restabant, quod et ipse testatus est. Cum Strabonis testimonio vide qua ratione conciliari possit Hyginus Astron. c. 34. *Aristomachus autem dicit quemdam Hyriea fuisse Thebis, Pindarus autem in insula Chio.* Denique ad Pindarum auctorem referendum

esse mihi persuasi locum ap. Lucianum pro Imag. c. 19. ὡς τὸν Ὠρίωνος κύνα ἐπαινῶν ἴδοι ποιητὴς λεοντοδάμαν αὐτόν.

VI. (p. 51.)

Strabo x. p. 719. A. B. ubi de Corybantibus: (ut doceret Græca et Phrygia a poetis esse confusa, Bacchum cum Cybele) [cf. Zoega *Bassirilievi* p. 86, 19. 20. p. 94, 64. *Ex Schedis.*]: ὅτε γὰρ Πίνδαρος ἐν τῷ διθυράμβῳ, οὗ ἡ ἀρχή·

Πρὶν μὲν εἶρπε σχοινοτονίαστ' ἀοιδαὶ διθυράμβω.

μνησθεὶς δὲ τῶν περὶ τὸν Διόνυσον ὕμνων, τῶν τε παλαιῶν καὶ τῶν ὕστερον, μεταβὰς ἀπὸ τούτων φησί·

Σοὶ μὲν κατάρχει, μᾶτερ, πάρα
μεγάλοι ῥόμβοι κυμβάλων,
ἐνδέκ' ἀχλάδων κρόταλα,
αἰθομένα δὲ δαῖς ὑπὸ ξανθῇσι πεύκαις.

τὴν κοινωνίαν τῶν περὶ τὸν Διόνυσον ἀποδεχθέντων νομίμων παρὰ τοῖς Ἕλλησι, καὶ τῶν παρὰ τοῖς Φρυξὶ περὶ τὴν Μητέρα τῶν θείων συνοικιῶν ἀλλήλοις. De posteriore loco prius dicam. Igitur in editione Almelovenii leguntur hi versus ex Casauboni emendatione ita restituti: σοὶ μὲν καταρχαὶ [defendit Huschk. Anal. Crit. p. 111. *Ex Schedis*], μᾶτερ, πάρα—ἐν δὲ καχλάδων κρόταλα, αἰθομένα τε δαῖς ὑπὸ ξανθῇς πεύκαις. (*sunt tibi, Mater, initia, magni rhombi, cymbalorumque crepitacula, et fax ardens fulvæ pinus.*) quæ quidem viri summi conjecturæ cum nondum satisfecissent Ez. Spanhemio, ipse ad Callimach. pag. 299. emendari jussit: ἐν δὲ παλλακῶν κρόταλα, ut sint παλλακοὶ *cinædi*; quod quidem commentum, licet satis ambitiosis verbis exoruatum, ipsi relinquimus. Felicius evenit conjiciendo magnus ille Jac. Reiske in Notis ad Antholog. Cephalæ p. 37. ubi legit:

Σοὶ μὲν καταχεῖ, μᾶτερ, πάρα
μεγάλοι ῥόμβοι κυμβάλων,
ἐν δὲ καχλάσδον κρόταλον,
αἰθομένα τε δαῖς ἐπὶ ξανθαῖσι πεύκαις.

Apud te, o mater deum, circum sonant aures magni rhombi (orbes) *cymbalorum, et simul crepitans crotalum, et ardens flamma super flavis tædis pineis.*—Initio καταχεῖ pro καταχοῦσι defendit ex schemate Pindarico, quod Grammatici tradiderunt; sed σοὶ πάρα καταχεῖ nimis mihi durum videtur. Alterum καχλάσδον mire animo meo abblanditur.

Priora dithyrambi verba laudat etiam Dionysius Hal. de Structura Orat. s. Composit. verb. (p. 23. Huds.) p. 100. ed. Uptoni 1747. ἄχαρι δὲ καὶ ἀηδὲς τὸ σίγμα—εἰσὶ δὲ, οἱ ἀσίγμους ᾠδὰς ὅλας ἐποίουν. δηλοῖ δὲ τοῦτο Πίνδαρος ἐν οἷς φησι· πρὶν μὲν ἤρπε σχοινοτενὴ φωνήεντα διθυράμβων, καὶ τὸ σὰν κίβδαλον ἄνθρωποι. ubi Hudsoniana codicum collatio nihil nos adjuvat. Athenæus vero xi. p. 467. A. B. ita: οἱ γὰρ μουσικοὶ, καθάπερ πολλάκις Ἀριστόξενός φησι, τὸ σίγμα λέγειν παρητοῦντο διὰ τὸ σκληρόστομον εἶναι καὶ ἀνεπιτήδειόν αὐλῷ—καὶ Πίνδαρος δέ φησι· πρὶν μὲν ἤρπε σχοινοτενία σὰ οἶδα καὶ τὸ σὰν κίβδηλον

ἀπὸ στομάτων. Clearchus ibid. x. p. 448. D. καθάπερ οἱ ἄσιγμοι τῶν γρίφων, ὅθεν καὶ Πίνδαρος πρὸς τὸ Σ ἐποίησεν ᾠδὴν, οἱονεὶ γρίφου τινὸς ἐν μελοποιΐᾳ προβληθέντος. Tertium laudatur Lyrici hic locus x. p. 455. C. Πίνδαρος δὲ πρὸς τὴν ἀσιγμοποιηθεῖσαν ᾠδὴν, ὡς ὁ αὐτός φησι Κλέαρχος, οἱονεὶ γρίφου τινὸς ἐν μελοποιΐᾳ προβληθέντος, ὡς πολλῶν τούτῳ προσκρουόντων διὰ τὸ δυνατὸν (an ἀδύνατον?) εἶναι ἀποσχίσθαι· πρὶν μὲν ἤρπε σχοινοτενίᾳ τὰ οἴδα καὶ τὸ σὰν κίβδηλον ἄνθρωποι· quæ quidem verba ne Casauboni quidem ingenium satis emendata dare potuit. Pindari tamen locum vir summus ita constituebat: πρὶν μὲν ἤρπε σχοινοτενής τ' ἀοιδὰ καὶ τὸ σὰν κίβδαλον, ἄνθρωποι, ἀπὸ στομάτων, *Prius tamen cadebant prolixæ dithyramborum vocales et impurum Σὰν, o mortales.* Sed ipse vir doctus sibi non satisfecit; quare et nos aliorum acumini emendandum difficillimum locum relinquimus. SCHN.

Non video, quid reprehendas in antiqua lectione: πρὶν μὲν εἶρπε σχοινοτενὴς τ' ἀοιδὰ διθυράμβω. *Olim incedebat in longum extenta, soluta, oratio dithyrambi*; tum altero versu: καὶ τὸ Σὰν κίβδαλον ἀπὸ στομάτων, *et male procusum San ore prolatum.* De Pindari ᾠδῇ ἀσίγμῳ, usu τοῦ Sigma, et controversia super ejus usu inter Atticos et Thebanos, nota res ex Eurip. Medea 476. et Sch. ad e. l. ubi v. laudd. a Barnes. Muret. Sylb. et Upton. ad Dionys. l. c. cum Merrick. multisque aliis, et disputata nuper a Böttigero in *Attic. Museo* tom. ii. pag. 346. Eustath. ad Hom. p. 1335, 52.

Hermannus monuit et ipse scribendum esse:

πρὶν μὲν εἶρπε σχοινοτενὴς τ' ἀοιδὰ διθυράμβω
καὶ τὸ σὰν κίβδαλον ἀνθρώ-
ποισιν ἀπὸ στομάτων.

De altero autem fragmento se dicturum esse significat ad Ol. viii.

Locum ex *Meletio* de Nat. hom. quem Schneider. ad calcem Fragmentorum Dithyrambi memoraverat, mox libro inspecto in præfat. ad Analecta critica p. xxvii. accuratius apposuerat. v. sup. ad no. i. p. 46. Alium locum ex Aristid. tom. ii. p. 52. v. inf. Fr. Inc. (clxiv. Schn.)

VII. (p. 48.)

Harpocration voce παλιναίρετος.—ἐπὶ δὲ τῶν καθαιρεθέντων οἰκοδομημάτων, καὶ ἀνοικοδομηθέντων Πίνδαρος ἐν Διθυράμβοις. (proprie de eo quod iterum fuit probatum, adeoque reparatum.) Eadem Suidas h. v. Cf. doctiss. Ruhnken. ad Timæi Glossar. Platonic. pag. 147. Photius in Lexico Mto [p. 272.]: Πίνδαρος δὲ ἐν διθυράμβοις—ἐχρήσατο τῇ λέξει.

VIII. (p. 49.)

Etymol. M. p. 675. 33. v. Πλειάς·—λέγει δὲ Πίνδαρος περὶ τοῦ καταστερισμοῦ αὐτῶν, ὅτι, τῆς Πληϊόνης πορευομένης μετὰ τῶν θυγατέρων κατὰ τὴν Βοιωτίαν, συνήντησεν αὐτῇ Ὡρίων, εἶτα ἐρασθεὶς ὥρμησε πρὸς τὸ ἁρπάσαι, τὴν δὲ φεύγουσαν μετὰ τῆς θυγατρὸς Ὡρίων ἐδίωκε· γενέσθαι δὲ αὐτῶν τὸν δρόμον πέντε ἔτη ἀδιάλειπτον· τὸν δὲ Δία διὰ τὴν κακοπάθειαν αὐτῶν οἱονεὶ μνήματα κατηστερίσαι τὰς Πλειάδας φευγούσας τὸν Ὡρίωνα, ὅς ἐστιν ἐνιαυτός. quorum partem habet etiam Eustathius ad Homer. pag. 1155. Hinc vero intelliges Schol. Pindari ad Nem. ii. 16.

τρεχέτω (Ὠρίων) δὲ μετὰ Πληϊόναν, ἅμα δὲ αὐτῷ κύων.

δοκεῖ γὰρ κατ' αὐτὸν τὸν Πίνδαρον ἐρασθῆναι αὐτῆς ὁ Ὠρίων, καὶ διώκειν αὐτὴν ἐπὶ πολλοῖς χρόνοις, i. e. ἔτεσι, qui erat tum loquendi usus. [Cf. Creuzer. Dionys. p. 276. *Ex Schedis.*]

IX. (p. 50.)

Schol. Pindari ad Pyth. ii. pr. καὶ γὰρ καὶ ἄλλας πλείους λιπαρὰς καλεῖ, ὥσπερ τὴν Σμύρναν·

Καὶ λιπαρῷ Σμυρναίων ἄστει.

καὶ τὴν Αἴγυπτον ἐν Διθυράμβοις·

Τὰν λιπαρὰν μὲν Αἴγυπτον ἄγει κνήμων.

καὶ τὰς Θήβας δέ που εἶπε λιπάρας·

Λιπαρᾶν τε Θηβᾶν μέγαν σκόπελον.

ubi illud ἄγει κνήμων sanum præstare nolim. (f. μνάμων.) [Delevit Heynius hanc parenthesin, ejusque loco adscripsit: " ἀγχίκρημνον. Schol. Pindar. Pyth. ii."]

X. (p. 51.)

Schol. Aristoph. ad Acharn. v. 637. Πρῶτον μὲν ἰοστεφάνους ἐκάλουν.—παρὰ τὰ ἐκ τῶν Πινδάρου Διθυράμβων· [v. Zonar. p. 1114. ibique Tittm.]

Αἱ λιπαραὶ καὶ ἰοστέφανοι Ἀθῆναι.

Splendidæ et violaceis sertis coronatæ. (Non enim accipiam *pingues* e joco Aristophanis, aut ex Sophistæ Philostrati acumine. λιπαρᾶν εὐνόμων τ' ἀπ' Ἀθανᾶν Pindar. dixit Nem. iv. 29. et idem Thebas λιπαρὰς, ut modo ix.) add. ibid. 639. Iterum Equit. v. 1326. ὦ ταὶ λιπαραὶ καὶ ἰοστέφανοι καὶ ἀριζήλωτοι Ἀθῆναι. Schol. ait: ἀπὸ Πινδάρου παρῴδηται. Idem denique ad Nubes v. 298. ubi est: ἔλθωμεν λιπαρὰν χθόνα Παλλάδος, εὐάνδρου γᾶν Κέκροπος ὀψόμεναι πολυήρατον. Schol. Πίνδαρος· λιπαραὶ καὶ ἀοίδιμοι, Ἑλλάδος ἔρεισμα, κλειναὶ Ἀθῆναι. Suidas voc. ἰοστέφανοι· Πίνδαρος· λιπαραὶ καὶ ἰοστέφανοι Ἀθῆναι. Eodem allusit *Philostratus* Icon. ii. 12. p. 830. (cf. Wesseling. Probab. p. 42.) Lucianus in Demosth. Encom. 10. p. 498. οὐκ Ἀθῆναι μὲν αὐτῷ πατρὶς, αἱ λιπαραὶ καὶ ἀοίδιμοι, καὶ τῆς Ἑλλάδος ἔρεισμα; Libanius Apol. Socratis t. i. p. 657. et adv. Æschin. t. ii. p. 688. Athen. v. p. 187. D. Pleniorem locum ante oculos habuit, modo quæ Pindari sunt illibata apposuisset. *Plutarchus* de Gloria Athen. p. 350. A. ταῦτα τὴν πόλιν ἤγειρεν εἰς δόξαν, ταῦτα εἰς μέγεθος. ἐν τούτοις Πίνδαρος ἔρεισμα τῆς Ἑλλάδος προσεῖπε τὰς Ἀθήνας,—ὕστερον, ὥς φησιν αὐτὸς, ἐπ' Ἀρτεμισίῳ παῖδες Ἀθηναίων ἐξάλοντο φασιν ἣν κρηπῖδ' ἐλευθερίας, ἐπί τε Σαλαμῖνι καὶ Μυκάλῃ καὶ Πλαταιαῖς, ὥσπερ ἀδαμάν-

τινοι, (quasi ipsi pro adamantinis fulcris essent) στηρίξαντες τὴν ἐλευθερίαν τῆς Ἑλλάδος, παρέδοσαν τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις. cf. inf. Fr. Inc. e Plutarch. p. 552. B. Aristid. in Panath. t. i. p. 96. Himerius Or. xv. 2. v. Wernsd. Præterea memorabilis est locus *Pausaniæ* in Atticis (l. 8.) p. 20. καὶ Πίνδαρος, ἄλλα τε ὑφ' ἁμέτερος παρὰ Ἀθηναίων καὶ τὴν εἰκόνα, ὅτι σφᾶς ἐπήνεσεν ἅσμα ποιήσας. Ne vero de justo carmine cogites, quo Pindarus Athenarum laudes celebraverit, impediunt verba Libanii in Apol. Socr. t. i. p. 657. μισθὸς τοῦτό γε τῶν εἰς τὴν πόλιν ἐπαίνων βραχίων δὴ τινῶν ὄντων. Sed plura etiam Pindarus ab Atheniensibus præter imaginem obtinuerat, ut constat ex his epistolæ quartæ Æschineæ (jam sup. in Carmen ad Diagoram memoratæ) verbis: ἐν ταῖς ἐκκλησίαις Μιλανίππου ἐκάστοτε ἀκούεις λέγοντος· αἵ τε λιπαραὶ καὶ ἀοίδιμοι, Ἑλλάδος ἔρεισμα, Ἀθῆναι, καὶ ὅτι Πινδάρου τοῦ Θηβαίου τὸ ἔπος τοῦτ' ἔστι λέγοντος, καὶ ὅτι ἐζημίωσαν αὐτὸν Θηβαῖοι τοῦτο ποιήσαντα τὸ ἔπος. οἱ δὲ ἡμέτεροι πρόγονοι διπλῆν αὐτῷ τὴν ζημίαν ἀπέδοσαν μετὰ τοῦ εἰκόνι χαλκῇ τιμῆσαι, καὶ ἦν αὕτη καὶ εἰς ἡμᾶς ἔτι πρὸ τῆς βασιλείας στοᾶς, καθήμενος ἐνδύματι καὶ λύρᾳ ὁ Πίνδαρος, διάδημα ἔχων, καὶ ἐπὶ γουνάτων ἀνειλιγμένον βιβλίον etc. Multam definit nescio quo auctore Tzetzes ad Hesiod. pag. 104. b. ἀμοίως καὶ Πίνδαρος χιλίας δραχμὰς ἐξέτισε Θηβαίοις, ὅτι τὰς Ἀθήνας Ἑλλάδος ἔρεισμα γεγράφηκεν. Contra negarunt ei Thebani statuæ honorem, ut est apud Athenæum i. p. 19. De tempore, quo scripta hæc in laudem Athenarum credibile est, disputavimus olim *de vita et scriptis Pindari* p. 38. sqq. Cf. etiam Erasm. Schmid. ad Isthm. pag. 21. Schn. Collegit iterum loca vir doctus in Bibl. Crit. P. ix. pag. 49. In Pindaro scriptum esse debuit Ἀθᾶναι. Nec vero fragmentum laudatum locus est unicus: nam Ἀθᾶναι λιπαραὶ occurrunt quoque in Isthm. ii. 30. et Nem. iv. 29.

ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΙΑ ΑΔΗΛΑ.

FRAGMENTA

QUÆ UNDE PETITA SINT INCERTUM EST.

I.

(*Herodotus* iii. 38. καὶ ὀρθῶς μοι δοκέει Πίνδαρος ποιῆσαι, νόμον πάντων βασιλέα φήσας εἶναι. *Lex omnium rex est.* Alludit idem ad dictum hoc lib. vii. 104. ubi Demaratus ad Xerxen de Lacedæmoniis: ἐλεύθεροι γὰρ ἐόντες, οὐ πάντα ἐλεύθεροι εἰσι. ἔστι γάρ σφι δεσπότης νόμος. Dictum vulgatissimum: de cujus sensu inter veteres et recentiores est disputatum. Laudatum hinc a multis, primo loco a Platone.)

II.

(Apud *Platon.* in Gorgia p. 484. B. (t. iv. p. 81.) Callicles ait, naturæ lege fortiorem jus facere: δοκεῖ δέ μοι καὶ Πίνδαρος ἅπερ ἐγὼ λέγω ἐνδείκνυσθαι ἐν τῷ ᾄσματι, ἐν ᾧ λέγει, ὅτι νόμος ὁ πάντων βασιλεὺς θνατῶν τε καὶ ἀθανάτων. οὗτος δὲ δή, φησίν, ἄγει βιαίως τὸ δικαιότατον ὑπερτάτᾳ χειρί. τεκμαίρομαι ἔργοισιν Ἡρακλέους· ἐπεὶ ἀπριάτας—λέγει οὔτω πως. τὸ γὰρ ᾄσμα οὐκ ἐπίσταμαι. λέγει δὲ, ὅτι οὔτε πριάμενος, οὔτε δόντος τοῦ Γηρυόνου, ἠλάσατο τὰς βοῦς· ὡς τούτου ὄντος τοῦ δικαίου φύσει, καὶ βοῦς καὶ πᾶλλα κτήματα εἶναι πάντα τοῦ βελτίονός τε καὶ κρείττονος τὰ τῶν χειρόνων καὶ τῶν ἡττόνων. Eodem redit Socrates p. 488. B. πῶς φὴς τὸ δίκαιον ἔχειν καὶ σὺ καὶ Πίνδαρος, τὸ κατὰ φύσιν ἄγειν βίᾳ τὸν κρείττω τὰ τῶν ἡττόνων καὶ ἄρχειν τὸν βελτίω τῶν χειρόνων, καὶ πλεῖον ἔχειν τὸν ἀμείνω τοῦ φαυλοτέρου. Secundum hæc in Gorgia verba sententia Pindari fuit: Νόμον esse jus fortioris erga imbellem ab ipsa natura constitutum; idque Herculis exemplum Geryonem aggressi declarare. Hoc tamen adversatur sensui, quem alii tribuunt verbis a se laudatis: Νόμος ὁ πάντων βασιλεὺς θνατῶν τε καὶ ἀθανάτων, ut *legis summam esse auctoritatem et imperium* innuant. Venit itaque Fraguerio in mentem, Pindari verba in aliam sententiam esse detorta: quod parum probabile visum Reiskio, etsi ei, illum refutanti, non omnino assentiar, Animadvv. vol. iii. p. 435. 6. ubi miro modo Pindari locum refingit e Clementis loco infra adscribendo. Enimvero nec verba Pindari integra Plato eo loco apposuit. Vide ea, quæ apud Aristidem leguntur adversus Platonem disputantem loco infra adscribendo, et in Schol. Pindari ad Nem. ix. 35.

Νόμος ὁ πάντων βασιλεὺς θνατῶν τε καὶ ἀθανάτων ἄγει δικαιῶν τὸ βιαιότατον ὑπερτάτᾳ χειρί.

Diversis modis verba jungi possunt: l. *ὁ νόμος ἄγει τὸ β.* h. e. *τὸ βίαιον, lex regit vim.* Ita vulgo accipitur. l. ut *τὸ β.* sit pro *βιαίως.* l. ut subjectum sit *τὸ βιαιότατον* (h. *τὸ βίαιον, ἡ βία*), *νόμος, τὸ πάντων βιαιότατον,—ἄγει ὑπερτάτᾳ χερὶ, δικαιῶν, justum esse censens hoc.* Ita adducaris forte in eam opinionem, in Gorgia ut censeas ejiciendam esse vocem *τὸ δικαιότατον* post *ἄγει βιαίως.* At in Gorgia est inverse *νόμος ἄγει τὸ δίκαιον, regit,* facit, *jus, βιαίως, per vim.* Convenit alter locus de LL. iv. p. 714. E. *καὶ ἔφαμέν που κατὰ φύσιν τὸν Πίνδαρον ἄγειν δικαιοῦντα τὸ βιαιότατον, ὡς φάναι.* de LL. iii. p. 690. C.—*κατὰ φύσιν δὲ τὴν τοῦ νόμου ἐκόντων ἀρχήν, ἀλλ' οὐ βίαιον, πεφυκυῖαν.* In Protagora p. 337. D. Hippiæ verba: *ὁ δὲ νόμος, τύραννος ὢν τῶν ἀνθρώπων, πολλὰ παρὰ τὴν φύσιν βιάζεται.* Conviv. p. 196. C. (t. x. p. 215.) *ἃ δ' ἂν τις ἑκὼν ἑκόντι ὁμολογήσῃ, φασὶν οἱ πόλεως βασιλεῖς νόμον δίκαια εἶναι.* Placuit hoc aliis in sententiam generalem convertere: *legi omnia parere.*

Secundum hæc Chrysippus *περὶ Νόμων* apud Marcianum in Digestis lib. i. tit. iii. de Legibus: *ὁ νόμος πάντων ἐστὶ βασιλεὺς θείων τε καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων.* Inde plures versu Pindarico modo palam modo tecte usi sunt. Et primo loco Euripid. Hec. 799. *Ἡμεῖς μὲν οὖν δοῦλοί τε κἀσθενεῖς ἴσως· Ἀλλ' οἱ θεοὶ σθένουσι χ' ὧ κεῖνον κρατῶν Νόμος.*—Aristot. Rhet. iii. 3. *τοὺς τῶν πόλεων βασιλεῖς νόμους.* Commentatur in eum Dio Chrysost. Or. lxxv. de Lege; ubi et: *ὅθεν οἶμαι καὶ βασιλεὺς εἰκότως ἀνθρώπων καὶ θεῶν κέκληται.* et Jamblichus in Epistola ap. Stob. Serm. xliv. p. 535. Wech. Plutarch. in Demetr. p. 909. E. *νόμος δὲ πάντων βασιλεύς, κατὰ Πίνδαρον, ἐστί.* Et t. ii. p. 780. C. ad Princip. indoct. *τίς οὖν ἄρξει τοῦ ἄρχοντος; ὁ νόμος, ὁ πάντων βασιλεὺς θνητῶν τε καὶ ἀθανάτων, ὥς φησι Πίνδαρος.* Add. Clemens Alex. Strom. i. p. 427. l. 5. Pott. *ὁδοὺς βιαιότητος ἐλέγχει παιδεία.*

Νόμος ὁ πάντων βασιλεὺς θνητῶν καὶ ἀθανάτων,

λέγει Πίνδαρος. Non sequar Reiskium l. c. ut priora pro Pindari verbis habeam, et cum eo locum interpolare velim, ut Pindarus scripserit: *ὁδοὺς βιαιότητος ἐλέγχει παιδεία νόμος*—. Idem lib. ii. p. 438. l. 30. *νόμος ὁ πάντων βασιλεὺς θνατῶν τε καὶ ἀθανάτων.* Origenes contra Celsum s. 34. adscripsit tantum locum Herodoti.)

Integriorem locum Pindari affert *Aristides* Orat. Platonic. t. ii. pag. 52. (ubi contra Platonem disputat, maxime ad locum in Gorgia, contendens, rhetorica ipsas leges et judicia indigere:) de Rhetorica: *οὐ τὸν Πινδάρου νόμον τιμῶσα—οὐδὲ ταῦτ' ἐπᾴδουσα· νόμος ὁ πάντων βασιλεὺς θνατῶν τε καὶ ἀθανάτων λέγει* (leg. *ἄγει*) *δικαιῶν τὸ βιαιότατον ὑπερτάτᾳ χειρί· τεκμαίρομαι ἔργοισιν Ἡρακλέος· ἐπεὶ ἀπριάτας· οὐ γὰρ φῆς ὅλου μεμνῆσθαι· ἐχρῆν δὲ ἴσως μηδὲ τούτων, μὰ οὖν ἐπὶ ῥητορικῇ γε· ἀλλ' ἄχρι μὲν τούτου καὶ ἡ ῥητορικὴ λέγει· "νόμος ὁ πάντων βασιλεὺς θνατῶν τε καὶ ἀθανάτων." τὰ δὲ ἑξῆς οὐκ ἴστι ταὐτὰ—ἀλλὰ πᾶν τοὐναντίον, ἄγει τὰ δίκαια πρισεΐνων, καὶ τοὺς ἐν ὕβρει θρασεῖς νουθετῶν· εἰ γὰρ ἀξιώ-*

σει τὸ βιαιότατον (legem violentissimum quodque æquum reddere) νόμον εἶναι τὸν δικαιοῦντα, καὶ τὴν ὑπερτάτην χεῖρα κρατεῖν Ἡρακλέους, ᾧ μετὰ τῆς χειρὸς τῶν δικαίων ἐμέλησεν, αὐτὴ τοῖς ἑαυτῆς λόγοις ἀπολεῖται· τίς γὰρ τόπος λοιτὸν ἢ χρεία ῥητορικῆς ἢ λόγων, εἰ τὸ δίκαιον ἡ χεὶρ ὁριεῖ, καὶ μηδὲν πλέον ἔσται τῷ δυναμένῳ διδάξαι περὶ τοῦ πράγματος—δοκεῖ δέ μοι Πίνδαρος, εἴ τι δεῖ περὶ τοῦ ᾄσματος εἰπεῖν, οὐκ εἰσηγούμενος, οὐδὲ συμβουλεύων σπουδῇ ταῦτα λέγειν τοῖς ἀνθρώποις, ἀλλ' ὡσπερεὶ σχετλιάζων· "τεκμαίρομαι ἔργοισιν Ἡρακλέους αὐτοῖς" ὅτι καὶ ἑτέρωθι μεμνημένος περὶ αὐτῶν ἐν Διὸς ἀέθλοις τινί· σὲ δ' ἐγὼ παρ' ἁμὶν, φησὶν, αἰνέω μὲν, Γηρυόνη· Τὸ δὲ μὴ Διὶ φίλτερον σίγημι πάμπαν. (Editi libri σιγῶμι, scripti μὴ πάμπαν.) οὐ γὰρ εἰκὸς, φησὶν, ἀριθμουμένων τῶν ὄντων καθῆσθαι παρ' ἑστίᾳ, καὶ κακὸν εἶναι. καί τοι τό γε πρὸς νόμον, καὶ ταῦτα ἀνθρώπων ἅμα καὶ θεῶν βασιλέα, μάχεσθαι, οὐκ ἦν ἐπαινεῖν πρὸς Πινδάρου, οὐδὲ συμβουλεύειν πρὸς κέντρα λακτίζειν· αὐτὸς γοῦν τὸ τοιοῦτον κέκληκεν ὀλισθηρὸν εἶμον, καὶ κελεύει φυλάττεσθαι. Scholiastes ad h. l. σὲ δὲ, ὦ Γηρυόνη, ἐπαινῶ παρ' αὐτὸν τὸν Ἡρακλέα· ὁ μὲν γὰρ τὰ οὐκ ὄντα αὐτοῦ ἀφείλετο ἐν βιαίᾳ χειρὶ, σὺ δ' ὡς ἀδικούμενος μάχην πρὸς αὐτὸν ἦρας, καὶ διὰ τοῦτο μᾶλλον ἀπόδεικτος. ἵνα δὲ μηδεὶς αὐτῷ εἴπῃ, ὡς Διὸς βουλῇ τοῦτο γέγονε, πῶς οὖν αὐτὸς πρὸς Ἡρακλέα δυσχεραίνεις; ἐπάγει· ὁ δὲ Ζεὺς οὐκ ἀποδέχεται, καὶ αὐτὸς σιγῶ. Schn. Collegere loca intpp. ad Hesych. in Νόμος ὁ πάντων βασιλεύς. item Potter. ad Clement. p. 427. Alios Wetstein. ad Ep. Jacobi ii. 8. laudat. Item Fraguier in *Hist. de l'Acad. d. Inscr.* t. iii. pag. 165. sq. Valken. ad Herodot. iii. 38. p. 205. [Add. De Geer Diatribe in Politices Platon. principia 1810. p. 22. *Ex Schedis.*] Adde inter deos relatum Νόμον.

Jam versus habe constitutos ab Hermanno:

νόμος ὁ πάντων βασιλεὺς
θνατῶν τε καὶ ἀθανάτων ἄγει
δικαιῶν τὸ βιαιότατον ὑπερτάτᾳ
χειρί· τεκμαίρομαι
ἔργοισιν Ἡρακλέος.

Ex sequentia:

.... σὲ δ' ἐγὼ παρ' ἁμῖν
αἰνέω μὲν, Γηρυόνη· τὸ δὲ μὴ Διὶ
φίλτερον σίγημι πάμπαν.

Scribendum est Διΐ sine punctis diæreseos, quia monosyllabum hic est, ut alibi sæpius.

III.

Plato de Rep. i. p. 330. E. 331. A. τῷ μηδὲν ἑαυτῷ (ἄδικον addit Stobæus, qui h. l. exscripsit p. 756.) ξυνειδότι ἡδεῖα ἐλπὶς εἰς πάρεστι, καὶ ἀγαθὴ γηροτρόφος, ὡς καὶ Πίνδαρος λέγει. Χαριέντως γάρ που τοῦτ' ἐκεῖνος εἶπεν, ὅτι, ὃς ἂν δικαίως καὶ ὁσίως τὸν βίον διαγάγῃ,

γλυκεῖα οἱ καρδίαν ἀτιτάλλοισα γηροτρόφος ξυναορεῖ ἐλπὶς, ἃ μάλιστα θνατῶν πολύστροφον γνώμαν κυβερνᾷ.

Quicunque juste sancteque vitam exegerit, dulcis eum cor nutriens, senectutem fovens, comitatur spes, quæ maxime mortalium volubilem animum gubernat.—Ad hunc locum alludunt Plutarch. Moral. p. 477. B. αἱ καλαὶ πράξεις ἴσχυσι τὴν μνήμην ἡδίονα καὶ βεβαιοτέραν τῆς Πινδαρικῆς γηροτρόφου ἐλπίδος. pag. 480. B. Synesius de Insomniis p. 149. ed. Petav. ubi κουροτρόφος ἐλπὶς legitur; Nicephorus Gregor. in Annal. viii. 8. t. i. p. 207. ad Andromachum sen. Imp. καὶ κυβερνᾷς, κατὰ Πίνδαρον, τὰν πολύστροφον γνώμαν ἐκάστων, καὶ διατίθης, ὅπως ἂν σχοίη τὰ πράγματα βέλτιστον. Ex Platone sua hausit Themistius Orat. viii. pr. p. 101. καὶ ἐπαινῶ Πίνδαρον τὸν ποιητὴν, ὡς ἄρα οὐ πᾶσιν ἀνθρώποις ὁμοίως ἐν ἀγαθῇ μοίρᾳ τὸ προελθεῖν εἰς χρόνον πλεῖν τὸν βίον, ἀλλὰ μόνοις τοῖς ζῆν μετὰ δικαιοσύνης προαιρουμένοις, καὶ τούτοις ἐλπὶς γλυκεῖα συνδιαιτᾶται, καὶ ἀγαθὴ γηροτρόφος παραπέμπουσα μετ' εὐφροσύνης εἰς τὸ τῆς φύσεως καταγώγιον. Suspicor, hoc fragmentum ad Θρήνους referendum esse. SCHN. Versus restituit Hermann.

γλυκεῖά οἱ καρδίαν ἀτιτάλλοισα γη-
ροτρόφος ξυναορεῖ
ἐλπὶς, ἃ μάλιστα θνατῶν
πολύστροφον γνώμαν κυβερνᾷ.

IV.

Plato de Rep. ii. p. 365. B. ubi adolescens quis audierit dicta de virtutis vitiique præmiis — λίγοι γὰρ ἂν ἐκ τῶν εἰκότων πρὸς αὐτὸν κατὰ Πίνδαρον ἐκεῖνο τό·

πότερον δίκας τεῖχος ὕψιον ἢ σκολιᾶς ἀπάτας ἀναβὰς καὶ ἐμαυτὸν οὕτω περιφράξας διαβιῶ;

utrum justitiæ conscendam altum murum, (munimentum, turrim) *an obliquæ fraudis? et ita munitus vitam agam?* — Hæc respiciens Cicero ad Att. xiii. 38. *nunc me juva, mi Attice, consilio* πότερον δίκας τεῖχος ὕψιον, *id est, utrum aperte hominem asperner et respuam.* (Non quasi ὑψίον per *aperte* declaretur. ὕψιος est quod vulgo ὑψηλός.) ἢ σκολιᾶς ἀπάτας. ut enim Pindaro, sic δίκα μοι νόος ἀτρέκειαν εἰπεῖν. Sunt et hæc Pindarica; habet ea quoque Dionys. Hal. de composit. verb. t. ii. p. 40. l. 4. et Maximus Tyrius Dissert. xviii. pr. p. 208. (aliis xv. et ii.)

πότερον δίκα τεῖχος ὕψιον ἢ σκολιαῖς ἀπάταις
ἀναβαίνει ἐπιχθόνιον γένος ἀνθρώπων,
δίκα μοι νόος ἀτρέκειαν εἰπεῖν.

Ubi vulgo δίκας — σκολιᾶς ἀπάτας. sed Davisius ex Harlei. et Reg. mutavit;

cui favet Attici Platonici locus ap. Eusebium P. E. xv. 5. *placitum de providentia regere vitam humanam εἴγε μὴ μέλλοιμεν ἀγνοεῖν, πότερον δὴ κατ' ἴχνος* (leg. *πότερον δίκᾳ τεῖχος*) *ἢ σκολιαῖς ἀπάταις ἀναβαίνει ἐπιχθονίων γένος ἀνδρῶν.* Plato Republ. ii. p. 424. E. (f. p. 365. B unde sup. jam locus Pindaricus fuit appositus pag. 81.) et Cicero ad Att. xiii. 38. habent *πότερον δίκας τεῖχος ὕψιον ἢ σκολιᾶς ἀπάτας*, verbis Pindari ad rem suam deflexis. H. Stephanus malebat *ἐπιχθονίων*, ut est in Eusebio; sed Davisius contra stat.

Extrema fragmenti verba

δίχα μοι νόος ἀτρέκειαν εἰπεῖν

respicit Dionysius Halic. loco laudato a Victorio V. L. xxii. c. ix. p. 406. Schn. p. 54. I. Cf. supra in Platonicis locis: de Rep. ii. Dionys. Halic. de composit. verb. p. 40. l. 4. ed. Huds. Hermann. metrum sic disponit:

. . . . . πότερον δίκας
τεῖχος ὕψιον ἢ σκολιᾶς ἀπάτας
ἀναβαίνει ἐπιχθονίων γένος ἀνθρώ-
πων, δίχα μοι νόος ἀτρέκειαν εἰπεῖν.

V. (p. 96. cxxix.)

Plato in Theæteto t. i. p. 173. D. de eo, cujus animus in rerum abditarum et subtilium investigationem implicitus est, a rebus, quæ in sensus cadunt, avocatus: *ἡ δὲ διάνοια ταῦτα πάντα ἡγησαμένη σμικρὰ καὶ ἀτιμάσασα, πανταχῇ φέρεται κατὰ Πίνδαρον*

τά τε γᾶς ὑπένερθε καὶ τὰ ἐπίπερθεν γεωμετροῦσα,
οὐρανοῦ τε ὕπερ ἀστρονομοῦσα,

καὶ πᾶσαν πάντη φύσιν ἐρευνωμένη τῶν ὄντων ἑκάστου ὅλου, εἴς τι τῶν ἐγγὺς οὐδὲν αὑτὴν συγκαθιεῖσα. Mens — quaquaversum volat, secundum Pindarum, quæ sub terra et quæ supra, dimetiens, et supra cælum sidera exquirens, et omnem ubique rerum uniuscujusque totius naturam perscrutans, in eorum, quæ prope sunt, nihil se demittens. — Ubique editur et legitur *τὰ ἐπίπερθεν*, quod esse debet *ὕπερθεν* vel *ἐφύπερθεν*. Porro pro *πανταχῇ φέρεται* vera lectio Pindari fuit *πίταται*: quæ etiamnum servata est apud Eusebium P. E. xii. pag. 602. (353. Steph.) et xiii. pag. 672. Porphyrius de Abst. i. 36. pag. 62. ed. Rhoer. *πίτεται*, quod etiam præfert Codex Mtus Jamblichi Protreptic. p. 85. Lipsiæ a Schneidero collatus. Verum Pindarica vox est *πίταται*. Clemens Alex. Strom. v. (p. 249. ed. Victor.) p. 707. Pott. lin. 4. in loco e Platone adscripto laudat h. l. ita: *αὐτὸς δὲ πίταται κατὰ Πίνδαρον τᾶς τε γᾶς ὑπένερθεν, οὐρανοῦ τε ὕπερ ἀστρονομῶν, καὶ πᾶσαν πάντη φύσιν ἐρευνώμενος.* Sic etiam Theodoret. Sermo xii. de Virtut. Act. pag. 667. B. ed. Par. tom. iv. ubi pro *ἐπίπερθεν* est *ἐπίσπεδα γεωμετροῦσα.* quod et Jamblichus habet l. c. et *πᾶσαν.* sed Cod. Ms. *πάντη.* Porro Theodoret. *οὐρανούς τε ὑπεραστρονομοῦσα.* In Porphyrio Codex Meermannianus et Lipsiensis præbent *καὶ κατὰ Πίνδαρον*, quasi *πίταται* Platonis etiam esset. Antoninus Philosophus ii. 13. *οὐδὲν ἀθλιώτερον τοῦ πάντα κύκλῳ ἐκπεριερχομένου καὶ τὰ νέρθεν γᾶς, φησὶν, ἐρευ-*

νῶντος καὶ τὰ ἐν ταῖς ψυχαῖς τῶν πλησίον διὰ τεκμάρσεως ζητοῦντος, μὴ αἰσθομένου δὲ, ὅτι ἀρκεῖ πρὸς μόνῳ τῷ ἥδον ἑαυτοῦ δαίμονι εἶναι καὶ τοῦτον γνησίως θεραπεύειν. ad quem locum plura recitat Gataker. Galenus in Suasoria ad Artes cap. 1. ἀλλὰ χ τὰ τῆς γῆς νέρθεν καὶ τὰ ὕπερθε τοῦ οὐρανοῦ κατὰ Πίνδαρον ἐπισκοπεῖν. De reliquis Platonis verbis in loco supra allato vide Rhoer. ad Porphyr. l. c. Valken. Diatribe in Fragm. Euripid. p. 27. Schn. Valkenarius locum Platonis laudans φέρεται non attigit, et ἐπίπερθεν recitat; at in fine mutat: — τῶν ὄντων, ὅλως εἴς τι —.

VI.

Idem Plato passim e Pindari Carminibus Epiniciis, quæ habemus, recitat: in Euthydemo p. 304. B. ἄριστον τὸ ὕδωρ. de Rep. iii. p. 408. B. de Æsculapio narrata Pyth. iii. 96 sq. in Phædro pr. ἀσχολίας πρᾶγμα ὑπέρτερον ποιήσασθαι ex Isthm. i. pr.

VII. (p. 54. II.)

Polybius Hist. iv. 31. 6. et pleniora *Stobæus* Serm. ccxxiv. de Vita quieta p. 742. ed. Wechel. Serm. lvi. p. 373. Gesn.

Τὸ κοινόν τις ἀστῶν ἐν εὐδίᾳ καταθεὶς,
ἐρευνασάτω μεγαλάνορος ἀσυχίας
ἱερὸν φάος, στάσιν ἀπὸ πραπίδος
ἐπίκοπον ἀνέμων, πενίας δότειραν,
ἐχθρὰν κουροτρόφον.

Civitatem unus civium quisque in tranquilla constituere studens exquirito magnanimæ quietis almum jubar, discordiam ex animo evellens infestam, egestatem adferentem, inimicam nutricem puerorum. — Polybius præmittit hæc: οὐδὲ γὰρ Θηβαίους ἐπαινοῦμεν κατὰ τὰ Μηδικὰ, διότι τῶν ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος ἀποστάντες κινδύνων τὰ Περσῶν εἵλοντο διὰ τὸν φόβον· οὐδὲ Πίνδαρον τὸν συνταποφηνάμενον αὐτοῖς ἄγειν τὴν ἡσυχίαν διὰ τῶνδε τῶν ποιημάτων·

τὸ κοινόν τις ἀστῶν ἐν εὐδίᾳ τιθεὶς
ἐρευνασάτω μεγαλάνορος ἀσυχίας
τὸ φαιδρὸν φάος.

δόξας γὰρ παραυτίκα πιθανῶς εἰρηκέναι, μετ' οὐ πολὺ πάντων αἰσχίστην εὑρίθη καὶ βλαβερωτάτην πεποιημένος ἀπόφασιν. Quæ hæc eventa fuerint, non subjecit. Versu 4. H. Stephanus ἐπικόπτων, et v. 5. κουροτρόφων edidit in fragmentis Pindari; utrumque male. Arcesilaus apud Stobæum p. 772. huc alludere videtur, cum dicit πενίαν ἀγαθὴν κουροτρόφον. Pro ἀνέμων legendum olim conjeceram ἀνέλκων de Vita et Scriptis Pindari p. 38. Schn. ἀλάλκων Jacobs *Bibl. d. alten Litterat.* ii. St. p. 43. Lenior medela erit ἀνελών. ipse civis. Et nunc video sic jam legisse Grotium, in quo etiam ἐπίκοτον, *infestam.* in Florileg. p. 223. Herm. ita disponit:

τὸ κοινόν τις ἀστῶν ἐν εὐδίᾳ καταθεὶς

ἐρευνασάτω
μεγαλάνορος ἀσυχίας ἱερὸν φάος,
στάσιν ἀπὸ πραπίδος ἐπίκοπον ἀνελὼν,
πενίας δότειραν ἐχθρὰν κουροτρόφον.

VIII.

Apollodorus: in Biblioth. ii. 4. 2. laudatur Pindarus: sed in loco interpolato. v. Notas ad e. l. p. 300.

IX. (p. 81. lxxiii.)

Dionysius Halic. de Orator. antiquis t. ii. p. 128. ἀλλὰ γὰρ οὐ μόνον

..... ἀνδρῶν δικαί-
ων χρόνος σωτὴρ ἄριστος

κατὰ Πίνδαρον, ἀλλὰ καὶ τεχνῶν.

X. (p. 75. lx.)

Apollonii Lexicon Homericum p. 582. (t. ii. p. 482.) ξεινοδόκος. ξενοδόχος, ὁ τοὺς ξένους ὑποδεχόμενος. ὁ δὲ Πίνδαρος

ξεινοδόκησέν τε δαίμων

ἀντὶ τοῦ ἐμαρτύρησεν — φησὶν οὖν Σιμωνίδης· "ξεινοδοκῶν δ' ἄριστος ὁ χρυσὸς ἐν αἰθέρι λαμπρὸς" ἀντὶ τοῦ μαρτυρῶν. Etymol. M. et Gudianum Mtum [Zonar. p. 1415.] ξενοδόκον — Σιμωνίδης δὲ καὶ Πίνδαρος καὶ ἄλλοι τινὲς τὸν ἐπιμάρτυρα ἐξεδέξαντο. Σιμωνίδης· ξεινοδόκησε Τελαμώνα· ἀντὶ τοῦ ἐμαρτύρησε· καὶ Πίνδαρος·

ξεινοδοκῶν δ' ἄριστος χρυσὸς ἐν αἰθέρι λάμπων

ἀντὶ τοῦ μαρτυρῶν. ubi Etymologicum Mtum Askewii apud S. R. Kulenkamp habet αἰὲν pro ἐν. Male. Photius in Lexico inedito recte cum Apollonio priorem locum Pindaro, posteriorem vero Simonidi tribuit, itidemque τε δαίμων exhibet, ut monuit Alberti ad Hesychii ξενοδοκῶν — μαρτυρῶν. Sententiam meam de possessione prioris loci Simonidi adjudicanda confirmat Epigramma Simonidis ap. *Plutarch.* de Herodoti Malign. p. 872. (nunc et in Analect. t. i. p. 129. xxiii.)

Οἵτε πόλιν Γλαύκοιο Κορίνθιον ἄστυ νέμοντες,
οἳ τὸν κάλλιστον μάρτυν ἔθεντο πόνων
χρυσοῦ τιμήεντος ἐν αἰθέρι .....

Eodem modo usi sunt veteres quidam scriptores verbo ἐπιξενοῦσθαι. Vide ad Hesych. h. v. Schn. In altero versu Simonidi vindicato lege: ξεινοδοκῶν δ' ἄρ' ἄριστος. Nisi fuit ξεινοδοκῶν χρυσὸς δ' ἄρ' ἄριστος ἐν αἰθέρι λάμπων.

XI. (p. 91. cix.)

Strabo iii. p. 232. B. de Lusitanis: *ποιοῦσι δὲ καὶ ἑκατόμβας ἑκάστου γένους Ἑλληνικῶς, ὡς καὶ Πίνδαρος φησί·*

Πάντα θύειν ἑκατόν.

omnia centena immolare. quem locum exscripsit Eustath. ad Iliad. α. p. 49. Rom. Schn.

XII. (p. 91. cviii.)

Strabo iii. p. 258. D. *καὶ τὰς Πλαγκτὰς καὶ τὰς Συμπληγάδας ἐνθάδε μεταφέρουσί τινες, ταύτας εἶναι νομίζοντες στήλας, ἃς Πίνδαρος καλεῖ πύλας Γαδειρίδας, (portam Gadiridem,* seu Gaditanam) *εἰς ταύτας ὑστάτας ἀφῖχθαι φάσκων τὸν Ἡρακλέα.* Hunc quidem locum exscripsit Eustath. ad Dionysii Perieg. v. 64. Deinde vero Strabo addit p. 260. *καὶ ὁ Πίνδαρος οὕτως ἂν ὀρθῶς λέγοι πύλας Γαδειρίδας, εἰ ἐπὶ τοῦ στόματος νοοῖντο αἱ σπῆλαι· πύλαις γὰρ ἔοικε τὰ στόματα.* Schn. [H. l. Strabo Γαδειρίτας. Male Γαδειρικὰς Berkel. ad Steph. Byz. pag. 255. seq. Herm.]

XIII. (p. 98. cxxxv.)

Strabo vii. p. 506. A. *καὶ οἱ Τραγικοί τε καὶ Πίνδαρος Θεσπρωτίδα ἱρήκασι τὴν Δωδώνην. ὕστερον δὲ ὑπὸ Μολοττοῖς ἐγένετο.* *Dodonam Thesprotidem.*

XIV.

Strabo ix. p. 630. A. B. de Copaide palude: *ὕστερον δὲ ἡ πᾶσα Κωπαὶς ἐλίχθη κατ' ἐπικράτειαν. κοιλότατον γὰρ τοῦτο τὸ χωρίον, φησὶ Πίνδαρος.* *est enim hæc paludis pars* (ad Copas) *omnium cavissima,* ut Pindarus ait. *καὶ Κηφισίδα καλεῖ ταύτην. παρατίθησι γοῦν τὴν Τιλφῶσσαν κρήνην ὑπὸ τῷ Τιλφωσσίῳ ὄρει ῥέουσαν πλησίον Ἁλιάρτου καὶ Ἀλαλκομενῶν, ἐφ' ᾗ τὸ τοῦ Τειρεσίου μνῆμα. αὐτοῦ δὲ καὶ τὸ τοῦ Τιλφωσσίου Ἀπόλλωνος ἱερόν.* cf. inf. fragm. e Stephano Byz. in Τιλφοῦσσα.

XV. (p. 91. cvii.)

Strabo ix. p. 632. C. *οἱ δὲ ποιηταὶ κοσμοῦσιν ἄλση καλοῦντες τὰ ἱερὰ πᾶντα, κἂν ᾖ ψιλά. τοιοῦτόν ἐστι καὶ τὸ τοῦ Πινδάρου περὶ Ἀπόλλωνος λεγόμενον·* [ex hymno in Apollinem. *Ex Schedis.*]

Κινηθεὶς ἐπῆλθε γῆν τε καὶ θάλασσαν,
καὶ σκοπιαῖσι μεγάλαις ὀρέων ὕπερ ἔστα,
καὶ μυχοὺς δινάσσατο βαλλόμενος κρηπῖδας ἀλσέων.

Commotus [*profectus.* v. Matthiæ in Hymn. Homer. p. 31. *Ex Schedis.*] *obiit terram et mare, et scopulis magnis montium institit, et antra, silvarum substructiones, concussit agitatus.*—Ubi forte legendum *τινάξατο.* Strabonem exscripsit Eustathius ad Homer. p. 204. 43. [Bas. 270. 21. Rom.] De usu vocis ἄλσος multa Scholiastes Pindari ad Olymp. iii. 31. vii. 89. x. 53. v. 24. Abresch ad Hesych. h. v. Schn. Reddidi, ac si scriptum esset: *καὶ μυχοὺς τινάσσετο παλλόμενος κρηπῖδας ἀλσίων.* Hermanno ita scribendum videtur:

κινηθεὶς ἐπῆλθε
γᾶν τε καὶ θάλασσαν,

καὶ σκοπιαῖσι μεγάλαις ὀρέων ὕπερ ἕστα,
καὶ μυχοὺς διανίσσετο βαλλόμενος κρηπῖδας ἀλσέων.

Nisi scribendum ἰδύσατο. Ἀλσίων bisyllabum est.

XVI. (p. 90. cvi.)

Strabo ix. p. 659. A. ὁ μὲν οὖν ποιητὴς οὐδαμοῦ μέμνηται Δολοπικῆς στρατιᾶς κατὰ τοὺς περὶ Ἴλιον ἀγῶνας—ἄλλοι δὲ εἰρήκασι, καθάπερ Πίνδαρος, μνησθεὶς τοῦ Φοίνικος·

Ὃς Δολόπων ἄγαγε θρασὺν ὅμιλον σφενδονᾶσαι
ἱπποδάμων Δαναῶν βέλεσι πρόσφορον.

Qui Dolopum duxit audax agmen, ut funda pugnaret, ex curru pugnantium Danaorum telis utile.—Ubi Casaubonus oblitus erat Eustathii ad Homer. p. 311. ubi ait: Πίνδαρος δὲ τοὺς ὑπὸ Φοίνικι Δόλοπάς φησι θρασὺν ὅμιλον σφενδονῆσαι, ὡς καὶ Δολόπων δεξιῶν ὄντων σφενδονητῶν.

XVII. (p. 89. ciii.)

Strabo xii. p. 819. C. ubi de Leucosyris: καὶ Πίνδαρος φησὶν, ὅτι αἱ Ἀμαζόνες

Σύριον εὐρυαίχμαν
διεῖπον στρατόν.

τὴν ἐν τῇ Θεμισκύρᾳ κατοικίαν οὕτω δηλῶν. *Syrium pugnacem equestrem exercitum.* —ubi vulgo ante Casaubonum διέπτον legebatur. Schn. Præferam ἰΐπτον. Nec habet διεῖπον τὸν στρατὸν, a quo pendeat. [Quidni scribamus δίΐπτον? ut δίλογχος, δικάρηνος. Duo equos simul agebant, ut, altero deficiente, insiderent alteri. *Ex Schedis.*]

Ex eodem fonte profluxit, quod habet *Pausanias* in Achaicis (vii. 2.) p. 525. πολλῷ δὴ πρεσβυτέρα ἔτι ἢ κατὰ Ἴωνας τὰ ἐς τὴν Ἄρτεμιν τὴν Ἐφεσίαν ἐστίν· οὐ μὴ πάντα γε τὰ ἐς τὴν θεὸν ἐπύθετο, ἐμοὶ δοκεῖν, Πίνδαρος, ὃς Ἀμαζόνας τὸ ἱερὸν ἵδρυσασθαι στρατευομένας ἐπὶ Ἀθήνας τε καὶ Θησέα. *Pindari* narrationem expressit etiam Etymol. M. v. Ἔφεσος. Schn.

XVII. (p. 89. cii.)

Strabo xiv. p. 952. C. λέγει δὲ Πίνδαρος καὶ Πολύμναστον τινὰ τῶν περὶ τὴν μουσικὴν ἐλλογίμων·

Φθέγμα μὲν πάγκοινον ἔγνωκας
Πολυμνάστου, Κολοφωνίου ἀνδρός.

Dictum vulgatum nostri Polymnesti, Colophonii hominis. Respiciebat h. l. Pindarj *Plutarchus* de Musica p. 1133. ubi ridiculum Buretti errorem (*Mém. de l'Acad. d. Inscr.* t. x. pag. 228.) merito mireris. De Polymnasto plura dicentur in *Antiquitatibus Colophoniacis*, quas paro. Schn. Ad metrum redegit Hermann.

Φθέγμα μὲν πάγκοινον ἔγνω-
κας Πολυμνάστου, Κολοφωνίου ἀνδρός.

Laudat præterea Strabo locum ex Pyth. i. 31. de Typhone lib. xiii. p. 930. A. et alia alibi.

XIX. (p. 70. xlvi.)

Plutarchus pag. 550. A. de sera Num. vind. (p. 11. ed. Wytt.) ὅτι γὰρ ἡ περὶ τὴν ψυχὴν ἰατρεία, δίκη δὲ καὶ δικαιοσύνη προσαγορευομένη, πασῶν ἐστι τεχνῶν μεγίστη, πρὸς μυρίοις ἑτέροις καὶ Πίνδαρος ἐμαρτύρησεν ἀριστοτέχναν ἀνακαλούμενος τὸν ἄρχοντα καὶ κύριον ἁπάντων θεόν, ὡς δὴ δίκης ὄντα δημιουργόν. Eundem locum repetit Quæst. Conviv. i. pag. 618. B. et alludit An seni ger. sit resp. p. 807. C. et de Facie in Luna p. 927. A. B. et advers. Stoicos p. 1065. F. Locum integriorem habet Dio Chrysostom. Orat. xii. p. 217. D.

Δωδωναῖε μεγάσθενες,
ἀριστοτέχνα πάτερ.

quos quidem versus Pindaro primus vindicavit Th. Canterus Var. Lect. ii. 11. Cf. Clem. Alex. Strom. v. p. 710. l. 4. qui postquam adscripserat locum ad Nem. vi. pr. ἓν ἀνδρῶν, subjicit:—καὶ ἕνα τὸν τούτων δημιουργὸν, ὃν ἀριστοτέχναν πατέρα λέγει, τὸν καὶ τὰς προκοπὰς κατ' ἀξίαν εἰς θεότητα παρισχημένον. Reliqua, quæ ad h. l. dici poterant, petes ex Albertio ad Hesych. v. ἀριστοτέχνης, et notis Wyttenb. ad Plutarchi l. c. Schn. Monet Hermann. versus binos in unum esse contrahendos et scribendum ἀριστότεχνα.

Δωδωναῖε μεγάσθενες, ἀριστότεχνα πάτερ.

XX.

Plutarchus Opp. vol. i. in Vita Thesei p. 13. D. τῆς δὲ Ἀντιόπης ἀποθανούσης (Theseus) ἤγημι Φαίδραν, ἔχων Ἱππόλυτον ἐξ Ἀντιόπης, ὡς δὲ Πίνδαρός φησι, Δημοφῶντα.

XXI. (p. 66. xxxviii.)

Plutarchus in Lycurgo t. i. p. 53. C. (p. 114. Bryan.) ubi de poeticis Lacedæmoniorum studiis agit: Πίνδαρος δέ φησιν·

ἔνθα βουλαὶ γερόντων, καὶ νέων ἀνδρῶν ἀριστευόντων
αἰχμαὶ, καὶ χοροὶ καὶ Μοῦσα καὶ ἀγλαΐα.

Ibi consilia senum, et juniorum virtute excellentium pugnæ, et chori et Musæ et festa hilaritas.—Eodem allusit Opp. moral. An seni sit ger. resp. p. 789. E. καὶ μάλιστα σώζεται πόλις, ἔνθα

βουλαὶ γερόντων καὶ νέων ἀνδρῶν ἀριστεύουσιν αἰχμαί τε.

Tertiumque p. 787. B. ὅπου καὶ θίασοι καὶ πομπαὶ καὶ νομήσεις, καὶ χοροὶ καὶ

μοῦσα καὶ ἀγλαΐα, καὶ θεοῦ τινος ἀεὶ τιμὴ τὰς ἁρμοὺς λύουσα. SCHN. Sic scribenda censet Hermann.

.... ἔνθα βου-
λαὶ γερόντων καὶ νέων ἀν-
δρῶν ἀριστεύοντι αἰχμαὶ
καὶ χοροὶ καὶ Μοῦσα καὶ ἀγλαΐα.

XXII. (p. 98. cxxxvi.)

Plutarchus in Marcello p. 315. C. (t. ii. p. 279.) ἀλλὰ γὰρ

τὸ πεπρωμένον οὐ πῦρ, οὐ σιδηροῦν σχήσει τεῖχος

κατὰ Πίνδαρον. SCHN. *Fatum nec ignis, nec ferreus tenet murus.*

XXIII. (p. 99. cxxxvii.)

Plutarchus in Mario p. 422. D. (tom. ii. p. 519.) τὸν δὲ Μάρκελλον εἰδὼς βέβαιον· ἄνδρα καὶ τὴν

ἀλήθειαν ἀρχὴν μεγάλης ἀρετῆς

κατὰ Πίνδαρον ἡγούμενον. ἀρχὰ μεγάλας ἀρετᾶς ἄνασσ' Ἀλήθεια ap. Clem. Alex. Strom. vi. tom. ii. p. 781. Pott. Locum ipsum habet Stobæus Serm. lix. p. 230. Wech. (xi. Gesn.) de Veritate:

Ἀρχὰ μεγάλας ἀρετᾶς, ὤνασσ' Ἀλάθεια,
μὴ πταίσῃς ἐμὰν σύνθεσιν τραχεῖ ποτὶ ψεύδει.

SCHN. *Principium magnæ virtutis, regina Veritas, ne meam fidem affligas aspero mendacio,* sc. tanquam scopulo.—Grot. xi. Florilegii sic ordinavit et vertit:

Ἀρχὸς μεγάλας ἀρετᾶς,
ὤνασσ' ἀλάθεια,
μὴ πταίσῃς ἐμὴν σύνθεσιν
τραχεῖ ποτὶ ψευδεῖ.

Diva, virtutum veneranda princeps,
Veritas, tu me rege, tu tuere,
Ne fidem fallam, neque pacta mendax
Fœdera fallam.

Elegans carmen! sed nulla versio græcorum verborum. Disposuit Hermann.

Ἀρχὰ μεγάλας ἀρετᾶς, ὤνασσ' Ἀλά-
θεια, μὴ πταίσῃς ἐμὰν
σύνθεσιν τραχεῖ ποτὶ ψεύδει.

XXIV. (p. 58. xiii.)

Plutarchus in Nicia p. 523. C. (tom. iii. p. 204.) ex Pindaro affert:

. . . . . παρὰ Λύδιον ἅρμα
πεζὸς ἰχνεύων.

(ut versus dirimit Hermann.) *juxta Lydium currum pedes incedens.*—ubi Codd. Bodlei. bene οἰχνεύων. Eundem locum laudat de Discrim. amici et adulat. p. 65. B. Gregorius Naz. Orat. xx. p. 331. εἰ καὶ πεζοὶ παρὰ Λύδιον ἅρμα ἰθίομεν. cf. *Pantinus* ad Apostol. Proverb. xii. 38. Permutatio vocum ἰχνεύειν et οἰχνεύειν in libris scriptis fere est perpetua. Ita in Æschyli Prometh. v. 122. pro εἰσοιχνεῦσι Mscr. Arundel. editio Roberti et Schol. legunt εἰσιχνεῦσι. Poeta nescio quis apud Eustath. ad Homer. p. 773. τῷ σφετέρῳ γρυσμῷ περιοιχνεῦσα τὸν κυζηθμὸν τοῦ βρέφους. de Jove a sue educato. Schn. Eadem permutatio in Homericis occurrit, et apud Pindar. Pyth. v. 116. add. viii. 48.

XXV. (p. 74. lviii.)

Plutarchus de Discrim. p. 68. C. D. ὅτι μὲν οὖν ἐν οἴνῳ καὶ μέθῃ τὸ τοιοῦτο φυλακτέον, (cavendam esse libertatem dicendi) εὔδηλόν ἐστιν. εὐδίᾳ γὰρ ἐπάγει νέφος ὁ κινῶν ἐν παιδιᾷ καὶ φιλοφροσύνῃ λόγον, ὀφρὺν ἀνασπῶντα καὶ συνιστάντα τὸ πρόσωπον, ὥσπερ ἀντιπαττόμενον τῷ

Λυδίῳ θεῷ, καὶ λύοντι τὸ τῶν δυσφόρων σχοινίον
καὶ μεριμνῶν

κατὰ Πίνδαρον. ubi Xylander ex Codd. recte σχοινίων μεριμνῶν legit: porro emendandum recte censet. Λυσίῳ λύοντι δὴ τὸ τῶν etc. (ut sic scribendum: τῷ Λυσίῳ θεῷ, λύοντι τὸ τῶν δυσφόρων σχοινίον μεριμνῶν. *solventi funem molestarum curarum.* H.) De Lysio deo cf. V. D. ad Apostol. xii. 35. Reiskius p. 143. Λυαίῳ probabat. Schn.

XXVI. (p. 73. lvi.)

Plutarchus de utilitate ex inimic. capienda p. 88. B. νικώμενοι, φησὶ Πίνδαρος, ἄνδρες ἀγρυξίᾳ δέδενται. Scholiast. Pindari ad Olymp. viii. 92. h. l. ita habet:

νικώμενοι γὰρ ἄνδρες ἀγρυξίᾳ δέδενται, οὐ φίλων ἐναντίον ἐλθεῖν.

Verborum posteriorum structura cum sequentibus conjuncta fuisse videtur. Iterum laudat Schol. Pindari ad Pyth. ix. 160. Forte etiam h. l. respexit Hesychius in voce ἀγρυξία. Schn. Sensus: *victi enim homines tenentur, tanquam vinculis, pudore, dum ne hiscere quidem audent; ita ut in conspectum amicorum venire nec audeant*: (ὡς) οὐκ ἐλθεῖν. Versus sic metire cum Hermanno:

νικώμενοι γὰρ ἄνδρες ἀγρυξίᾳ δέδενται,
οὐ φίλων ἐναντίον ἐλθεῖν.

XXVII. (p. 73. lv.)

Ibidem pag. 91. E. καὶ πᾶσα φύσις ἀνθρώπου φέρει φιλονικίαν καὶ ζηλοτυπίαν καὶ

φθόνον κενεοφρόνων ἑταῖρον ἀνδρῶν,

ὡς φησι Πίνδαρος. Cf. Reiske Animadv. vol. ii. p. 155. SCHN. *Invidiam vanorum hominum comitem*, ait Pindarus.

XXVIII. (p. 72. liii.)

Plutarch. Consolat. ad Apollon. p. 104. A. ἅπερ οὐκ ἔστι φυγεῖν βροτὸν οὐδ' ὑπαλύξαι τοπαράπαν,

ἀλλὰ Ταρτάρου πυθμένα πιέζεις ἀφανοῦς σφυρηλάτοις ἀνάγκαις,

ὡς φησι Πίνδαρος. Fere similis est locus Æschyli Prometh. v. 1050. εἰς πελαινὸν Τάρταρον ἄρδην ῥίψει δέμας τοὐμὸν ἀνάγκης στερρᾶις δίναις. SCHN.

Vix sana græca: esse debuit

... ἀλλὰ Ταρτάρου πυθμὴν πιέζει σ' ἀφανοῦς σφυρηλάτοις ἀνάγκαις.

Tartari fundus obscuri coercet te ferrea necessitate. Et nunc video ap. Wyttenb. sic legi in codd. Constituit quoque verba Hermann.

———ἀλλὰ Ταρτάρου
πυθμένα πιέζεις ἀφανὴς
σφυρηλάτοις ἀνάγκαις.

XXIX. (p. 73. lvii.)

Ibidem p. 116. D. ὁ δὲ Πίνδαρος Σοφοὶ δὲ, φησὶ, καὶ τὸ μηδὲν ἄγαν ἔπος αἴνησαν περισσῶς. *Sapientes hanc vocem*, Ne quid nimis, *magnopere laudarunt.* Eundem locum habet Hephæstio de Metris p. 52. ed. Pauw. Schol. Euripid. ad Hippolyt. v. 265. de dicto hoc ita: ἅπερ Χείλωνι ἀνατιθέασιν, ὡς Κριτίας καὶ Πίνδαρος. οἱ δὲ Σωδάμῳ etc. SCHN.

XXX. (p. 73. liv.)

Plutarch. de Superstit. p. 167. E. dii—

κεῖνοι γὰρ ἄνοσοι καὶ ἀγήραοι, πόνων τε ἄπειροι, βαρυβόαν πορθμὸν πεφευγότες Ἀχέροντος,

ὁ Πίνδαρος θεοὺς φησι. τὰ δὲ ἀνθρώπινα πάθη καὶ πράγματα μίμικται συντυχίαις ἄλλοτε ἄλλως ῥεούσαις. *Deos*, ait Pindarus, *esse morborum et senii et ærumnarum expertes, raucumque sonans fretum Acherontis effugisse.*—Iterum h. l. sine auctoris nomine habet adv. Stoicos p. 1075. A. SCHN. Versus constituit Hermann.

κεῖνοι γὰρ ἄνοσοι καὶ ἀγήραοι
πόνων τ' ἄπειροι βαρυβόαν
πορθμὸν πεφευγότες Ἀχέροντος.

XXXI. (p. 82. lxxvi.)

Plutarchus de Fort. Roman. p. 318. A. ἐ μὲν γὰρ ἡ Τύχη ἀπευθὴς, κατὰ Πίνδαρον, οὐδὲ δίδυμον στρέφουσα πηδάλιον, ἀλλὰ μᾶλλον Εὐνομίας καὶ Πειθοῦς ἀδελφὴ, καὶ Προμηθείας θυγάτηρ, ὡς γενεαλογεῖ Ἀλκμάν. ubi Cod. Petav. μεγαπευθὴς—στρέφουσα. Xylander vulgatum *incerta* vertit. Quid in illa lectione μεγαπειθὴς lateat, nondum exputo. (Mart. Gottfr. Hermann. in Enchirid. Mythol. t. iii. p. 151. visus sibi est reperisse in hoc Atargatin, quæ et Tyche est, velato capite; nec tamen verba Plutarchi alio quam ad ἀπειθὴς ducunt. H.) Reiske pag. 190. legebat ἀπειθής. (quod et Wyttenb. recepit. In latinis tamen est: *Non enim incerta est.* Immo vero: *non enim illa est pervicax*, ut Pindarus eam appellat, ita vero ea est *Fortuna Obsequens* apud Romanos, *neque geminum versat gubernaculum*, scil. ut omnia ad unum ejus arbitrium gerantur.) Animadvertes duplex a Pindaro Fortunæ gubernaculum tribui, quod in vetustis monumentis vix (interdum tamen) reperietur. Schn.

XXXII. (p. 82. lxxvii.)

Eodem pertinet locus *Plutarcho* laudatus eod. lib. p. 322. C. τὴν δὲ Τύχην καὶ οἱ μετὰ Νουμᾶν ἐθαύμασαν βασιλεῖς, ὡς πρωτόπολιν καὶ πειθηνὸν καὶ φερέπολιν τῆς Ῥώμης ἀληθῶς κατὰ Πίνδαρον. Pariter *Pausanias* in Messeniac. (iv. 30.) pag. 355. ἦσι δὲ καὶ ὕστερον Πίνδαρος ἄλλα τε ἐς τὴν Τύχην, καὶ δὴ καὶ φερέπολιν ἀνεκάλεσεν αὐτήν. Male igitur Reiske p. 193. corrigebat φερεσίπολιν. Schn. Redditur: *quæ urbem ferret*, ulnis gestaret. [ut nutrix. Cf. Hirt *Bilderb.* p. 95. *Ex Schedis.*]

XXXIII. (p. 70. xlv.)

Plutarch. de Iside p. 365. A. (p. 88. ed. Squir.) ὅτι δὲ οὐ μόνον τοῦ οἴνου Διόνυσον, ἀλλὰ καὶ πάσης ὑγρᾶς φύσεως Ἕλληνες ἡγοῦνται κύριον καὶ ἀρχηγὸν, ἀρχεῖ Πίνδαρος μάρτυς εἶναι λέγων·

Δενδρέων δὲ νομὸν Διόνυσος πολυγαθὴς
αὐξάνει, ἀγνὸν φέγγος ὀπώρας.

Squire videtur τροφὴν legi voluisse; Reiske p. 227. γόνον malebat. Respiciebat *Plutarchus* cognomen Bacchi δενδρίτης, quod exstat apud ipsum Conviv. Serm. v. Probl. 3. In Erotico p. 593. B. (p. 757. F. Frf. et Par.) legitur (etiam corrupte):

δενδρέων δὲ τρόπον Διόνυσος πολύ τε φέγγος αὐξάνει φέγγος ἁγνὸν ὀπώρας.

Tertium Sympos. Quæst. ix. 14. p. 745. A. καὶ γὰρ ἡμῖν ἐστι Δημήτης ἀνησιδώρα, (v. Hesych. h. v.) καὶ

Διόνυσος δενδρέων νόμον πολυγαθὴς αὐξάνων ἁγνὸν φέγγος ὀπώρας.

ubi Codd. πολυθαλὴς præferunt. Locum ipsum nondum penitus intelligo. Schn. In priore loco δένδρον δὲ νόμον Δ. retinuit Wyttenb. quæ non intelligo, cum versione Xyl. *gratis frugibus arbores fecundet.* Δενδρέων verum est, sed νόμον leg. νομὸν, h. e. νομὴν, τροφήν. nec κόμαν, *frondem*, desidero: lætitiæ dator Bacchus arborum auctum seu nutritionem, splendentem fructuum proventum, servat incrementa dando. Herm. metra constituit:

δενδρέων δὲ νομὸν Διόνυ-
σος πολυγαθὴς αὐξάνει
ἀγνὸν φέγγος ὀπώρας.

Ultimus locus vertitur, ac si δενδρέων νόμον prorsus abesset: *Bacchus qui arborum curam gerens castum auget frugum splendorem.*

XXXIV. (p. 74. lix.)

Plutarchus de ει apud Delphos p. 394. A. Apollo et Pluto diversi: καὶ ὁ μὲν Θηβαῖος, ὁ δὲ Σκότιος. καὶ παρ' ᾧ μὲν αἱ Μοῦσαι καὶ ἡ Μνημοσύνη, παρ' ᾧ δὲ ἡ Λήθη καὶ Σιωπή. καὶ ὁ μὲν Θεώριος καὶ Φαναῖος, ὁ δὲ "νυκτὸς ἀΐδνας ἀεργηλοῦ τε ὕπνου κοίρανος" καὶ ὁ μὲν "βροτοῖσι θεῶν ἔχθιστος ἁπάντων," πρὸς ὃν δὲ Πίνδαρος εἴρηκεν οὐκ ἀηδῶς,

κατεκρίθη δέον αὐτοῖς ἀγονώτατος ἔμμεν.

ubi Reiske p. 246. legebat: κατεκρίθη ὅδε θνατοῖς ἀγανώτατος ἔμμεν. Cf. Valken. ad Euripid. Phœniss. pag. 12. et Hippol. p. 275. Equidem malo: κατεκρίθη θεῶν θνατοῖς ἀγανώτατος ἔμμεν. (Iterum *Plutarchus* de Def. Or. p. 413. C. παῦε, ἔφην, παροξύνων θεόν· εὐόργητος γάρ ἐστι καὶ οὐ πρᾷος.

κατεκρίθη δὲ θνατοῖς ἀγανώτατος ἔμμεν,

ὥς φησι Πίνδαρος. ubi Codd. male ἀγενώτατος. Tertium laudat adv. Epicur. p. 1102. E. ὁ δὲ Ἀπόλλων

κατεκρίθη θνατοῖς ἀγανώτατος ἔμμεν,

ὡς ὁ Πίνδαρος πτηνὸν ἅρμα ἐλαύνων φησί. ubi Cod. Petav. male ἀθανάτοις. Patet adeo lectionem Pindari esse:

κατεκρίθη θνατοῖς ἀγανώτατος ἔμμεν.

uti et editum est a Wyttenb. *Placitum est, ut* Apollo *sit mortalibus mitissimus.* H.) Ex priore Plutarchi loco apparet, quisnam sit Apollo Φαναῖος; quam quidem auctoritatem adhibere poterant Intpp. ad Hesychii Φαναῖος· Ἀπόλλων· Ἀχαιὸς Ὀμφάλῃ· παρὰ Χίοις οὕτω λέγεται. Usus erat Ion Chius cognomine Apollinis patrio. *Phanæ* enim promontorium et portus Chiorum est, quem Livius dicit, ubi Strabo xiv. p. 645. templum Apollinis et lucum palmarum fuisse tradit. Adde Stephan. Byz. Φάναι ἀκρωτήριον τῆς Χίου ἀπὸ τοῦ ἐκεῖθεν ἀναφῆναι τῇ Λητοῖ τὴν Δῆλον. Plutarchus aliam et longe diversam hujus cognominis derivationem secutus esse videtur. — Obiter vicinam glossam φαντάζομαι, συκοφαντοῦμαι, ubi intpp. tacent, Aristophani vindicabo, cujus in Acharn. v. 822. est: Δικαιόπολι, φαντάζομαι. quem locum recte Bergler. noster explicat. — Denique huc referam lacerum

Plutarchi locum de Pyth. Orac. p. 403. A. Πίνδαρος δὲ καὶ περὶ τρόπου μελῳδίας ἀμελουμένους καθ' ἑαυτὸν ἀπορεῖν ὁμολογεῖ καὶ θαυμάζειν ἔστι... Reliqua deficiunt. Sed Reiske p. 258. eum locum ex fragmentis Pindaricis relegandum esse censebat. SCHN.

XXXV. (p. 62. xxi.)

Plutarchus Opp. Moral. p. 405. B. de Pyth. orac. οὐ γὰρ εἶχεν Ὅμηρος τὴν αὐτὴν Πινδάρῳ διάνοιαν, εἴγε Πίνδαρος ἦν ὁ ποιήσας·

Θεοῦ θέλοντος, κἂν ἐπὶ ῥιπὸς πλέοις.

Deo volente, naviges vel vimine seu stipula — Utitur Aristoph. in Pace v. 698. de Cratino:

Ὅτι γέρων ὢν καὶ σαπρὸς κέρδους ἕκατι κἂν ἐπὶ ῥιπὸς πλέοι.

ubi Schol. λέγεται δὲ καὶ ἄλλως·

Θεοῦ θέλοντος, κἂν ἐπὶ ῥιπὸς πλέοις.

Scholiasten Comici exscripsit auctor scholii Barocciani ad Euripid. Phœniss. v. 398. SCHN. Apud Stobæum Ecl. phys. c. iii. 19. p. 38. ed. Heeren. Simonidis nomen præscriptum est versui: ubi v. Heeren. Apud S. Theophilum ad Autolyc. lib. ii. p. 108. 110. occurrit sub Thestii seu obscuro seu corrupto nomine. Obvius versus sine nomine est passim, corrupte ap. Suidam in ῥιπός. conf. Gataker. Advers. misc. 10. Erasmi Adagia pag. 14. Translata sunt verba mox ad alia, in quibus studium pertinax aut audacia vel fiducia animi adhibetur, ut in Aristoph. l. l.

XXXVI. (p. 59. xv.)

Plutarchus de Def. Orac. p. 417. C. ἑορτὰς δὲ καὶ θυσίας ὥσπερ ἡμέρας ἀποφράδας καὶ συνθρώπας, ἐν αἷς ὠμοφαγίαι τε καὶ διασπασμοὶ νηστεῖαί τε καὶ κοπετοί, πολλαχοῦ δὲ πάλιν αἰσχρολογίαι πρὸς ἱεροῖς,

μανίαι τε ἄλλαι ὀρινόμεναι ῥιψαύχενι σὺν κλόνῳ.

ubi Turnebus et Xylander ἄλαλαὶ emendant, licet Eusebius vulgatam sequatur. Ea Pindari esse, apparet ex altero loco. Iterum enim *Plutarch.* Quæst. Conviv. i. p. 623. B.

μανίαι τε ἀλαλαί τε ὀρινομένων ἐριαύχενι σὺν κλόνῳ

κατὰ Πίνδαρον. *Furores et clamores concitatorum cum jactatione capitis.*—ubi Ald. Basil. male ἄλλαι τε. Pro ἐριαύχενι recte Cod. T. V. ῥιψαύχενι. Tertium habet l. vii. p. 706. E. οὕτως ἡμεῖς ἐν τοῖς τοιούτοις πεπεισμασι καὶ σκιρτήμασι,

μανίαις τ' ἀλαλαῖς τε ὀρινόμενοι ῥιψαύχενι σὺν κλόνῳ.

ubi Ald. Basil. μανίαι ἀλάλαι τ' ὀρινομένοι. Cod. T. V. μανίαις ἄλλαις ὀρινομέναις vel μανίαις ἀλάλαις ἐν τῷ πότῳ ὀρινομένων. Pro ἄλλαι posset quis obvertere Gregorii rationem ex Æolica dialecto petitam (cf. Kœn. ad Greg. p. 271.); sed vereor, ne sit observatio ea vana et falsa. Præterea Xylander Pindaro videtur tribuere, quæ habet *Plutarchus* de frat. amore p. 483. D.

Κλῦθ', Ἀλαλὰ, Πολέμου θυγάτηρ, ἐγχέων προοίμιον.

quæ eadem verba Eustath. ad Homer. pag. 994. veluti Dorici scriptoris laudat. Sed de hac viri eruditissimi conjectura judicium penes lectorem est Schn. Disponit versus Hermann.

μανίαι τ' ἀλαλαί τ' ὀρινομένων
ῥιψαύχενι σὺν κλόνῳ.

et mox:

κλῦθ', Ἀλαλὰ, Πολέμου θύγατερ,
ἐγχέων προοίμιον.

XXXVII. (p. 59. xiv.)

Plutarch. Virtutem doceri posse p. 451. D. et de animi tranquill. p. 472. E.

Ὑφ' ἅρμασιν γὰρ ἵππος,
ἐν δ' ἀρότρῳ βοῦς, παρὰ ναῦν δ'
ἰθύει τάχιστα δελφίς·
κάπρῳ δὲ βουλεύοντα φόνον κύνα χρὴ τλάθυμον ἐξευρεῖν.

(Versus dispositi ab Hermanno.) *Sub curru equus, in aratro bos* (adhibendus est,) *juxta navem incedit celerrime delphin; aprum autem qui vult venari, eum oportet canem laboris tolerantem parare.* Cod. Petavii βουλιύοντι præfert, quod probavit Reiske p. 291. [V. 3. scribendum videtur δελφὶς τάχιστα. Herm.]

XXXVIII. (p. 67. xl.)

Plutarchus de Ira cohibenda p. 456. E. ex scriptore innominato laudat:

σκιδναμένης ἐν στήθεσιν ὀργῆς πεφυλάχθαι γλῶσσαν μαψυλάκταν.

quod quidem fragmentum Guil. Xylander animi conjectura ductus *Sapphonis* esse credebat, (scilicet ex antecedentibus: ἐν ὀργῇ δὲ οὐδὲν σιμνότερον ἡσυχίας οὐσης, οὐκ ἄμφω παραινεῖν δυναμένης ἐν στήθεσιν—debuit ille legere ὡς Σαπφὼ παραινεῖ, σκιδναμένης.—Sic quoque nunc legi video in edit. Wyttenb. e codd. H.] quam secutus est etiam Wolf in Fragm. poetriarum gr. Ego vero ad Pindarum auctorem referendum esse existimabam ob vocem μαψυλάκταν, quæ quanquam paulo aliter scripta occurrit in Nem. vii. 155. ταὐτὰ δὲ τρὶς τετράκις π'

Aliis non est aperiendum, quæ ærumna nobis obtingit. Hoc te admoneo. Bonarum quidem rerum et jucundarum coram licet omni populo declarare; sin vero divinitus adversa fortuna obvenerit, eam occultare consultum est.—Pro καλῶν, quod editur v. 3. Gesnerus et H. Steph. recte καλῶν emendarunt. Porro v. 6. θεόσδοτος pro vulg. ἀθεόσδοτος eidem Stephano debetur, qui etiam ἀθλίοις κακότης corrigi jussit, quo quidem nos contenti erimus, dum quis meliora docuerit. Schn. ἀθλιότης pro ἀθληκηκότα, [edd. vett. ἀτληκηκότα.] aut simile quid requirit sensus. Prius illud Grotio p. 459. Florilegii video jam expressum esse. Hermann. sic versus disponit:

ἀλλοτρίοισι μὴ προφαίνειν, τίς φέρεται
μόχθος ἄμμιν; τοῦτό γέ τοι ἐρέω·
καλῶν μὲν ὤν μοῖράν τε τερπνῶν
ἐς μέσον χρὴ παντὶ λαῷ δεικνύναι·
εἰ δέ τις ἀνθρώποισι θεόσδοτος ἀνταία κακότας
προστύχῃ, ταύταν σκότει κρύπτειν ἔοικεν.

CXIII. (p. 106. clxi.)

Anonymus apud *Stobæum* Serm. cclxii. de Insperatis event. p. 855. ed. Wech. (Gesn. cx.) Πίνδαρος εἶπε τὰς ἐλπίδας εἶναι ἐγρηγορότων ἐνύπνια. *Spes vigilantium somnia.* Aliter *Ælianus* V. H. xiii. 29. ἔλεγεν ὁ Πλάτων τὰς ἐλπίδας ἐγρηγορότων ἀνθρώπων ὀνείρους εἶναι. ubi Interpp. monent, Diogenem Laertium idem dictum Aristoteli tribuere.

CXIV. (p. 106. clxii.)

Hesychius ἀληθεῖς· οἱ μηδὲν ἐπιλανθανόμενοι, ὡς Πίνδαρος. Locus an exstet, dubito. Quid si huc referam ejusdem Hesychii ἀλαθίας ὥρας· λέγει γὰρ ὡς ὕστι κυκλισμῷ πάντα (addo φανερὰ) ποιοῦσιν.

Alius præterea locus est *Hesychii* in καταπίμπρασθαι· κατακαίεσθαι, κατὰ Πίνδαρον. qui an ad Pindarum pertineat, magna dubitatio virorum doctorum est.

CXV. (p. 106. clx.)

Hesychius: Ῥώσκω, γνώμαι· Καλλίστρατος ἀντὶ τοῦ αἰσθάνομαι νῦν κεῖσθαι λέγει· τινὲς δὲ ἀντὶ τοῦ ὁρῶσαι κατὰ τὸ πληθυντικόν. Auctoritatem glossæ depravatissimæ ex Pindaro repetit divinus ille Hemsterhusius, cujus hæc sunt verba: "Legendum auguror τινὲς δὲ ἀντὶ τοῦ ὁρῶ. Reliqua σαι κατὰ τὸ πληθυντικόν, quæ nihil huc faciunt, cum versu uno forte alteroque, qui periit, apte cohærebant. Hæc esse *Pindari* verba suspicor, *quem Callistratus enarravit.*"

CXVI. (p. 66. xxxvi.)

Suidas v. ἀράχνη monet, Pindarum pro eo ἀράχνης dixisse. Sic etiam Æschylus ap. Hesych. v. ἀράχνου.

Suidas in αἰθὴρ—Πίνδαρος

ἐρήμας δι' αἰθέρος,

διότι πυρσώδης ὢν οὐ τρέφει. καὶ αὖθις·

ἀστεροειδέα νῶτα διφρεύουσ' αἰθέρος.

Kusterus ad h. l. affirmabat, se verba Suidæ laudata legisse alicubi ap. Sophoclem; sed ipse postea ad Aristophan. Thesmoph. v. 1075. rectius animadvertit ex Schol. Theocriti ad Idyll. ii. 166. esse locum ex Euripide desumtum (et post cum Toup. ad Suid. vol. i. p. 150. docet.)

CXVII. (p. 65. xxxv.)

Suidas Ἥρας δεσμοὺς ὑπὸ υἱέως ex Clemente nescio quo hæc affert: Πλάτων πολιτείᾳ β. (p. 378. D.) οὕτω γραπτέον· παρὰ Πινδάρῳ γὰρ ὑπὸ Ἡφαίστου δεσμεύεται ἐν τῷ ὑπ' αὐτοῦ κατασκευασθέντι θρόνῳ. Eandem fabulam Epicharmus tradiderat, ut Suidas eodem loco addit; alii vero in Platone Διὸς emendandum censebant. Pindari meminit etiam *Photius* in Lexico inedito, [p. 69.] qui addit: ὅ τινες ἀγνοήσαντες γράφουσιν ὑπὸ Διός, καί φασι δεθῆναι αὐτὴν ἐπιβουλεύουσαν Ἡρακλεῖ. Κλήμεντος ἱστορία, καὶ παρ' Ἐπιχάρμῳ ἐν Κωμασταῖς ἢ Ἡφαίστῳ. De qua Epicharmi fabula *Kœn.* ad Gregorium. Clemens nescio an sit idem, quem grammaticum indigitat *Etymolog. M.* v. ζάλη.

CXVIII. (p. 96. cxxviii.)

Suidas in titulo τὸ Ἡσιόδειον γῆρας—φέρεται γὰρ καὶ ἐπίγραμμα Πινδάρου τοιοῦτον·

Χαῖρε, δὶς ἡβήσας, καὶ δὶς τάφου ἀντιβολήσας,
Ἡσίοδ', ἀνθρώποις μέτρον ἔχων σοφίης.

ut est ap. Brunck. t. ii. p. 523. cf. ad Thucyd. iii. 96. Hinc *Tzetzes* ad Hesiod. pag. 3. ubi Grævius ex Codice Vossiano restituit μίτρα χέων σοφίης. (Vix nostri Pindari carmen.) [v. Jacobs. Anthol. ed. prior. tom. i. pag. 81.]

CXIX. (p. 65. xxxiv.)

Suidas κατωκάρα· οἱ Ἀττικοὶ ὑφ' ἓν ἀναγινώσκουσι. Πίνδαρος·

..... οἱ μὲν
κατωκάρα δεσμοῖς δέδενται.

(sic Hermann.) Idem fragmentum habet *Gregor.* de dialectis p. 51. [124. ed. Schaef.] uterque vero ex plenioribus scholiis ad Aristoph. Pacem v. 152. vel ad Acharn. v. 944. Cf. *Kœn.* ad Gregor. l. c.

CXX. (p. 64. xxix.)

Etymologicum Magnum pag. 60. l. 37. Ἀλίρα καὶ Ἐλάρα. Ἐλάρας γενικά· οὕτω παρὰ Σιμωνίδῃ· Ἀλίρα δὲ παρὰ Πινδάρῳ, οἷον Ἀλίρας ὡσόν. ὅτι δὲ τὸ

πρῶτόν ἐστιν ἀληθὲς, πίστις τοὐτου ἐκ τοῦ παρ' Ἡσιόδῳ μετὰ προσθήκης τοῦ ι λέγεσθαι τὸ πατρωνυμικόν· Εἰλαριάδην γάρ φησι Τιτυόν. καθ' ὑπέρθεσιν ἄρα τὸ Ἀλέρα γέγονεν· οὕτως Ἡρωδιανός. Dubitat Sylburg. an pro ὡσὸν legendum sit υἱόν. SCHN. Etiam Ἐλάρα apud Apollod. Apollon. i. 762. et Schol.

CXXI.

Etymol. M. p. 171. in αὐτίκα—Δωρικῶς τουτάκι. ὡς παρὰ Πινδάρῳ· τουτάκι πεξαμένης.

CXXII. (p. 65. xxxi.)

Etymol. M. p. 178. 10. ἄφενος—παρὰ τὸ ἄφενος γίνεται ἄφνος κατὰ συγκοπὴν, ᾧ κέχρηται Πίνδαρος·

οἱ δ' ἄφνει πεποίθασιν.

Hinc ergo ἀφνειὸς, ἀφνῶ, ἀφνήμων, ducta sunt. Veteres Attici scriptores ἄφενος, et ὁ et τὸ ἄφενος dixerunt, monente Eustathio ad Homer. p. 73. 31. ed. Rom. (t. i. p. 149. ed. Politi.) SCHN. Fuisse censet Hermann.

..... οἱ δ' ἄ-
φνει πεποίθασιν.

CXXIII. (p. 98. cxxxiv.)

Etymol. M. p. 277. 40. v. Διόνυσος—οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ Διὸς καὶ τῆς Νύσης τοῦ ὄρους ὠνομάσθαι, ἐπεὶ ἐν τούτῳ ἐγεννήθη, ὡς Πίνδαρος, καὶ ἀνετράφη.

CXXIV. (p. 99. cxxxviii.)

Etymol. M. pag. 354. l. extr. v. ἐπέτειος ἀπὸ τοῦ νῦν ἔτους· ἔπετος γὰρ δεῖ λέγειν τὸν ἐνιαυτοῦ καιρὸν οὐχὶ διὰ τοῦ φ, ἀλλὰ διὰ τοῦ π, ὥς φησι Πίνδαρος καὶ Δημοσθένης. Eandem glossam habet Suidas h. v.

CXXV. (p. 65. xxx.)

Etymol. M. pag. 404. 21. ἰχέτης ὁ πλούσιος, ὡς Πίνδαρος.

CXXVI. (p. 64. xxvii.)

Etymol. M. pag. 504. 1. Κέφος, κοῦφος καὶ ἐλαφρὸς ἄνθρωπος ἀπὸ τοῦ ὀρνίου, ὅ ἐστι κοῦφον, καὶ ἐπιτηδειότατον τοῖς ὕβρεσιν. Tum novus incipit titulus: [v. Zonar. p. 1185. ibique Tittm.] Κεραβάτης ὁ τὰς ἀκρωτήρια τῶν ὀρῶν τουτέστι τὰς κορυφὰς βαίνων, οἱονεὶ ὀρειβάτης· κέρατα γὰρ καλοῦσι πάντα τὰ ἄκρα, ὥς φησι Πίνδαρος·

ὑψικέρατα πέτραν,

ἀντὶ τοῦ ὑψηλὰ ἀκρωτήρια ἔχουσαν. Ita enim recte h. l. constituit maximus ille *Hemsterh.* ad Aristoph. Plutum pag. 311. qui præclare etiam docuit, locum in Nubib. Aristoph. v. 591.

Δηλίαν Κυνθίαν ἔχων ὑψικέρατα πέτραν,

esse ex Pindaro sumtum. Emendationem Hemsterhusii confirmat Lexicon Mtum Alberti ad Hesych. voc. κίρατα laudatum, Etymol. Gudianum, ubi tamen male κιραβὰς legitur, et Etymol. Askewianum, quorum usum Gœttingæ a viro rever. et doct. L. Kulenkamp habui. Comparari potest Bacchylidis πυργοκίρατα in *Apollonii* Gramm. inedita apud Kœn. ad Gregor. D. D. p. 208. Schn.

Hermann. fuisse putat apud Pindarum :

Δηλίαν Κύνθου ἔχων
ὑψικέρατα πέτραν.

CXXVII. (p. 63. xxvi.)

Etymol. M. p. 513. 19. Κιδαλία, οἷον Κιδαλίης κρουνίδος ἐπλανήθης. ἐκ Πινδάρου χεῖρα Κιδαλίας, εἰς τὴν χεῖρα, αἰτιατικὴν, μὴ ποιήσης ἔκθλιψιν. Κιδαλία γάρ ἐστιν. Scilicet lectorem admonet, ne legatur χεῖρ' Ἀκιδαλίας.

CXXVIII. (p. 64. xxviii.)

Etymol. M. p. 517. 25. Κλέος. Πίνδαρος, οὐκ οἶδα ποῦ, φησὶ κλέος κλέεος, καὶ συγκοπῇ, κλεός. Bene succurrit Schol. Pindari ad Nem. ii. 77. ubi est; ὀρεινᾶν ἔνιοι διὰ τὸ ἐπὶ τῆς οὐρᾶς τοῦ Ταύρου κεῖσθαι κατὰ ὕφεσιν τοῦ υ, ὡς καὶ τό· κλεὸς ἕκατι.

CXXIX. (p. 102. cxlvi.)

Etymol. M. pag. 577. 15. v. μέλος· κατὰ σύγκρισιν τοῦ ἵπους τὸ μεμελισμένον. ἢ ἀπὸ τῆς τοῦ μέλιτος γλυκύτητος. Μύσιμβλος δὲ τὰς ἐν Λέσβῳ γενομένας παρθένους Μούσας ἐπὶ τὰ πένθη φοιτᾶν καὶ θρηνεῖν· ὅθεν ἐπεκράτησε τὰ ᾄδόμενα μέλεα κληθῆναι. οἱ δὲ ἀπὸ τῆς μελιγήρυος·

μελισσοτεύκτων κηρίων ἐμὰ γλυκερωτέρα ὄμφακος.

καὶ ἔστι τὸ μέλος τῷ ἑκάστῳ μεμελημένον. ubi Etymol. Gudianum Mtum habet: Μόρσιλος δὲ—οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ μελιγόρου Πινδάρου μελισσοτευκηρίων, ὅ ἐστι τὸ μέλος τὸ ἑκάστῳ μεμελημένον. Unde apparet, recte Sylburg. conjecisse, nomen auctoris esse *Myrsilum*, qui patriæ Lesbi historiam scripserat, unde, quæ hic de Musis Lesbiacis traduntur, integriora habet *Clemens Alexandr.* Cohort. ad Gentes t. i. p. 27. Ex posterioribus Etymologici Gudiani verbis mire licet corruptis lucramur tamen Pindari auctoritatem, cujus verba Sylb. ita restituenda censebat:

μελισσοτεύκτων κηρίων ἐμὴ κρέκει ἡδύτερα φόρμιγξ
καὶ γλυκερώτερ' ὄμφακος.

Sed bene succurrit Etymologicum Mtum Askewianum, cujus apographum ex Anglia relatum mecum benigne communicavit S. R. Kulenkamp, ubi locus Pindari multo senior exstat. Primum statim recte liber Askewii habet Μύρσιλος, deinde pergit: παρθενομούσας—μελιγήρου. Πίνδαρος·

Μελισσοτεύκτων κηρίων ἐ-
μὰ γλυκύτερος ὀμφά.

CXXX. (p. 63. xxv.)

Etymol. M. p. 579. l. 3. μεμνέωτο—Πίνδαρος δὲ Δωρικώτερον διὰ τῆς αι μεμναίατο.

CXXXI. (p. 101. cxliv.)

Etymol. M. pag. 808. 40. v. χέραδος—ὡς κίναδος· οὐδέτερον γάρ ἐστιν τὸ συναγόμενον ἐν τῇ ῥύσει τοῦ ποταμοῦ πλῆθος ἰλύος καὶ ἀστράκων καὶ λίθων. καὶ Πίνδαρος τὴν δοτικὴν εἶπε χεράδει σποδέων. Ἀρίσταρχος δέ φησι χεράδας καλεῖσθαι τοὺς ποταμοὺς καὶ τοὺς ἐν αὐτοῖς λίθους. Vide quæ de voce hac traduntur ad Pyth. vi. 13.

Οὔτ' ἄνεμος ἐς μυχοὺς ἁλὸς
Ἄξοι παμφόρῳ χεράδι τυπτόμενος.

quem ipsum locum ab Etymol. M. respici suspicabatur Barnesius, improbante Dawesio Misc. crit. p. 42. Mihi tamen admodum probabilis videtur Barnesii sententia, persuasumque mihi habeo, in voce σποδίων latere absconditam veram illius loci Pindarici scripturam. Satis enim disputatum est, vulgatam τυπτόμενος commode apteque explicari vix posse. Præterea monet Eustath. ad Hom. p. 1238. ibi olim χεράδει lectum fuisse. Totum illum Eustathii locum more suo exscripsit Philemon Grammaticus, cujus annotationem ex Codice Regio cum plurimis aliis primus edidit doctiss. *d'Ansse de Villoison* ad Apollon. Lexic. Homer. p. 854. Quodsi vero plura de Philemonis ætate, ejusdemque *Lexico Technologico* cognoscere cupis, vide quæso quæ disputavimus olim in *Biblioth. Philol. Gœtting.* vol. ii. p. 521. sqq.

CXXXII. (p. 100. cxlii.)

Etymolog. Gudianum Mtum apud S. R. *Kulenkamp*: ἐξεστηκὼς διχῶς λέγεται παρὰ Θουκυδίδῃ καὶ Πινδάρῳ, ὁτὲ μὲν τὸ μαίνεσθαι καὶ ἔκφρονα εἶναι, ὁτὲ δὲ τὸ ὑπαναχωρεῖν καὶ ὑπεξέρχεσθαι ἢ ἀφίστασθαι.—Huc etiam referam quæ ex Etymologico Mto Biblioth. Reg. Paris. retulit cel. Ruhnken. in Epistola sæpius jam laudata ad Heynium (Virgil. t. iv. p. 237.), ubi in Etymologico Mto tradi ait de forma ἀὲς pro ἀεὶ Doribus propria, deinde statim addi: ἐπειδὴ καὶ τὸ ἀὲ παρὰ Πεισάνδρῳ. ubi vir doctissimus recte emendat Πινδάρῳ, atque eodem refert Hesychii glossam; ἀὲ ἐπὶ τοῦ ἀεὶ καὶ ἴως. Ex Dorico ἀὲς pro ἀεὶ, ἴως, fluxisse videtur altera forma ἄς pro ἴως, qua utitur Pindarus Olym. x. 61. ad quem locum plura olim dicemus.

CXXXIII. (p. 106. clix.)

Etymologicum Gudianum in Specimine Emendat. in Etymol. M. a S. R. *Kalenkamp* edito p. 36. κίνυς ἡ δύναμις. Ἀπολλόδωρος ἱκμάς· "ἀλλ' οὐ γάρ οἱ ἔτ' ἦν ἴς ἴμπεδος οὐδ' ἔτι κίνυς." (Homer. Odyss. xi. 392.) ἀπὸ τοῦ ἀνακινύειν· "πολὺς δ'

ἀνεκίκυειν ἱδρώς.'" (Iliad. vii. 262. xxiii. 507.) καὶ Αἰσχύλος ἐν Σισύφῳ· "καὶ θανόντων εἰσὶν οὐκ ἐνεστιγμασει, τα σοι δ' οὐκ ἔνεστι κίκυς, οὐδ' αἱμόῤῥυτοι φλέβες." θανόντων φησὶν ἀψύχοις· καὶ παρὰ Πινδάρῳ·

ἔστι δέ τοι χεκων ἀκύει καπνός.

ὁ δὲ Ὅμηρος κατὰ τοὐναντίον τὸν ἀσθενῆ ἄκικυν λέγει· "νῦν δέ μ' ἐὼν ὀλίγος τε καὶ οὐτιδανὸς καὶ ἄκικυς" (Odys. iii. 515.) ὁ δὲ Ἀλκαῖος ὁμοίως Ὁμήρῳ τὸν ἰσχυρὸν κίκυν καλεῖ. *Æschyli* locum ab initio lego: οἷσιν οὐκ ἔνεστι φθίγμα. Pindari verba corruptissima non extrico; videtur tamen ἀνακικύει καπνὸς ibi latitare. Schn.

Forte ἔτι δέ τοι νεκύων ἀνακικύει καπνός. *cadaverum.* Jacobs Animadv. p. 187. in Æschylo legit: "καὶ θανόντων, οἷσιν οὐκ ἔνεστ' ἰγμὰ, σκιαστὴ δ' οὐκ ἔνεστι κίκυς." *quibus neque vox neque munita inest vis.*

CXXXIV.

Tzetza Chil. i. 5. ὡς γὰρ ὁ Πίνδαρός φησιν, υἱὸς τοῦ Δαϊφάντου. Narratur de Alcmæone ad Crœsum profecto et auri copia donato.

CXXXV. (p. 99. cxxxix.)

Eustathius ad Homer. Iliad. p. 9. ed. Rom. (p. 23. ed. Politi) τὴν τοιαύτην προγνωσιν ὑπεμφαίνει καὶ Πίνδαρος εἰπὼν, ὡς κατωτέρω ῥηθήσεται, μαντεύεο Μοῖσα—ἀνεγείρων τὸ φίλον ἦτορ κατὰ Πίνδαρον, καὶ ἀναῤῥιπίζων τὸ ἐν αὐτῷ τῆς φιλοσοφίας ζώπυρον. οὐ ἀνάπαλιν Πίνδαρος ποιεῖ ἐν τῷ·

μαντεύεο Μοῖσα, ἀνέηκέ με,

ἦγουν ἀνέπεισε—καὶ Πίνδαρος, ὁ κατὰ τὸ ἐπ' αὐτῷ προγραμμα μουσοποιὸς, λέγει [v. infra p. 152. clx.]

μαντεύεο Μοῖσα, προφατεύσω δ' ἐγώ.

(Idem. p. 21. 14. ὡς δὲ Ἀτρείδης Πινδαρικῶς κατὰ διάστασιν Δωρικόν ἐστι, δηλοῦσιν οἱ παλαιοί. ad Pyth. xi. 47. et al.—p. 25. 4. χρυσοῦς Ἀπόλλων—διὰ τὸ καὶ τὸ μέταλλον χρυσοῦ ἠλίῳ παρὰ τῶν παλαιῶν ἀνατίθεσθαι, ὡς τῇ σιλήνῃ τὸν ἄργυρον, καὶ ἑτέρῳ τῶν πλανήτων ἄλλο τι, καθάπερ ἐν τοῖς τοῦ Πινδάρου φέρεται. Similia p. 1401. 30.—p. 25. 11. quod σκᾶπτον pro σκῆπτρον.—p. 32. 14. καὶ τὸ φρασὶ Δωρικῶς παρὰ Πινδάρῳ pro φρεσί.)

Iterum p. 179. 14. Rom. (p. 339. Polit.) Πίνδαρος φησὶν,

ὅτι ἀνέηκέ με ἡ Μοῖσα,

ἦγουν ἀνέπεισε. et ὁ Πίνδαρος στρατόν φησι νεφελῶν Pyth. vi. 11.

CXXXVI. (p. 94. cxix.)

Idem. p. 75. (?) ἐπεὶ καὶ οἱ γυμνικοὶ ἀγῶνες ἔσχον ἔλαιον, ἐξ οὗ τινος ἐλαιοῦντο, εἰπεῖν κατὰ Πίνδαρον. Verbo ἐλαιοῦσθαι usus etiam Sophocles ap. Hesych. h. v.

CXXXVII.

Idem p. 128. l. 9. ab extr. καὶ ὁ ἐκ τοῦ παρὰ Πινδάρῳ διάβολος, κοινῶς διαβολεύς.—pag. 1406. 14. καὶ ὁ παρὰ Πινδάρῳ διάβολας ἄνθρωπος.

CXXXVIII. (p. 87. xcv.)

Aristophanes grammaticus ap. *Eustath.* ad Iliad. λ. p. 877. 55. εἶτα φησὶν, ὅτι καὶ Πίνδαρός που τοὺς Διομήδους ἵππους προβάτα καλεῖ, τὴν φάτνην αὐτῶν λέγων προβάτων τράπεζαν. οὕτω δέ που, φησὶ, καὶ ἐπὶ τοῦ Πηγάσου ποιεῖ. Iterum h. l. respicit p. 1649. 5.

CXXXIX. (p. 94. cxviii.)

Eustathius ad Hom. Iliad. p. 1221. 35. Ἕτεροι δὲ τὸ, ἄλλοι, νοοῦσι κατὰ διαφορὰν εἰδους, ὡς τῷ γένει μὲν ἰχθύων ὄντων καὶ τῶν δελφίνων, τῷ δὲ εἴδει διαφερόντων· διὸ, φασὶ, καὶ Πίνδαρος ἰχθῦν παιδοφάγον τὸ κῆτος φησί.

CXL.

Idem ad Odyss. pag. 1430. 61. καὶ ἀργᾶντες ταῦροι, παρὰ Πινδάρῳ. Itidem pag. 1286. 3. cf. ad Hesych. in ἀργαίνειν. [Hoc pertinet ad Olymp. xiii. 99. Herm.]

CXLI. (p. 83. lxxix.)

Idem p. 1657. 12. ὥσπερ καὶ οἱ δελφῖνες ἐξ ἀνθρώπων γενόμενοι

φιλάνορα οὐκ ἔλιπον βιοτάν.

κατὰ Πίνδαρον.

CXLII. (p. 101. cxlv.)

Idem pag. 1917. 39. ὡς δηλοῖ ὁ γράψας ἐν ἐπιγράμματι Πινδάρου περὶ τοῦ Πανὸς τὸ

νομίων λησάμενος δονάκων,

ἤγουν ἐκλαθόμενος τῆς σύριγγος. Sumtum est fragmentum ex Epigrammate *Antipatri* Anthol. iv. p. 506. ed. Wech. Analect. ii. 19.

(Ex Epiniciis multa sunt loca laudata, quæ videre licet in Catalogo auctorum ab Eustathio laudatorum in Fabric. B. Gr. tom. i.)

CXLIII.

Eustathius ad Dionys. Perieg. v. 467. Sicilia Τρινακρίη—οἱονεὶ Τρινακρίας, ὅ ἐστι, τρία ἐχούσης ἄκρα. διὸ καὶ ὁ Λυκόφρων (v. 986.) τρίδειρον νῆσον λέγει αὐτὴν, καὶ ὁ Πίνδαρος τριγλώχινα.

CXLIV. (p. 95. cxxiii.)

Auctor vitæ Homeri in *Galei* Opusc. myth. p. 283. Ὅμηρον τοίνυν Πίνδαρος μὲν ἔφη Χῖόν τε καὶ Σμυρναῖον γενέσθαι. Schn. Ejiciendum est Χῖόν τε καὶ, quod jam monuit Wassenb. ad Iliad. α. p. 9.

CXLV. (p. 88. xcvi.)

Schol. Æschyli ad Choephor. 323. πυρὸς μαλερὰ γνάθος] ἡ γνάθος συνήθως, ὡς καὶ ὁ κρημνὸς παρὰ Πινδάρῳ, καὶ ἡ ἠχὼ παρὰ Σιμωνίδῃ. Forte Schol. lectorem

monere volebat de singulari vocis κρημνὸς usu, quem Pindarus frequentaverit. Eam enim pro præruptis litorum riparumque marginibus positam reperimus a Lyrico Ol. iii. 39. ζαθέοις ἐπὶ κρημνοῖς Ἀλφεοῦ. Iterum Pyth. iii. 60. παρὰ Βοιωτιάδος κρημνοῖσιν ὤρκει παρθένος. Eadem ratione explicandus videtur κρημνὸς θαλάσσας ἔσχατος supra in Fragm. lxxxiv. p. 78. (xii. 58.) quem locum ibi carpebat Aristides, nescio quam recte. cf. etiam Isthm. iv. 96. βαθυκρήμνου ἁλός. et Nem. ix. 95. βαθυκρήμνοισιν ἀκταῖς Ἑλώρου.

CXLVI. (p. 72. lii.)

Schol. Æschyli ad Eumenid. v. 2. πρωτόμαντιν Θέμιν. Πίνδαρος φησὶ πρὸς βίαν κρατῆσαι Πυθοῦς τὸν Ἀπόλλωνα. διὸ καὶ παρταρῶσαι ἐζήτει αὐτὸν ἡ Γῆ. Fabulam eadem satis obscuris verbis indigitare videtur *Euripides* Iphig. in Tauris v. 1260. sqq.

CXLVII. (p. 72. li.)

Idem ad Eumenid. v. 11. de Apolline, qui, Delo Delphos proficiscens, deverterat Athenas, illinc vero Delphos adierat: χαριζόμενος Ἀθηναίοις, καταχθῆναί φησιν (Æschylus) αὐτὸν ἱκέτιν Ἀπόλλωνα, κἀκεῖθεν τὴν περιστομὴν (παραπομπὴν) αὐτῷ εἶναι. ὁ δὲ Πίνδαρος ἐκ Ταναγρας τῆς Βοιωτίας.

Ephorus ap. Strab. ix. p. 646. καθ' ὃν χρόνον τὸν Ἀπόλλωνα τὴν γῆν ἐπιόντα ἡμεροῦν τοὺς ἀνθρώπους—ἐξ Ἀθηνῶν ὁρμηθέντα ἐπὶ Δελφοὺς ταύτην εἶναι τὴν ὁδὸν, ἣν νῦν Ἀθηναῖοι τὴν Πυθιάδα πέμπουσι. γενόμενον δὲ κατὰ Πανοπίας, Τιτυὸν καταλῦσαι, ἔχοντα τὸν τόπον, βίαιον ἄνδρα καὶ παράνομον.

CXLVIII. (p. 75. lxi.)

Schol. Apollonii ad Argonaut. i. 61. ὁ δὲ Ἀπολλώνιος παρὰ Πινδάρου εἴληφε λέγοντος·

Ὁ δὲ χλωρῇς ἐλάτῃσι τυπεὶς
ὤχετο Καινεὺς, σχίσας ὀρθῷ ποδὶ γᾶν.

Cod. Reg. no. 2727. in Scholiaste habet: τυπεὶς ὤχετ' ἐς χθόνα, reliquis omissis. *Plutarch.* Comp. Stoicor. et Poet. p. 1057. D. ὁ Πινδάρου Καινεὺς εὐθύναν ὑπεῖχεν ἀπαθάνατος ἄῤῥηκτος σιδήρῳ καὶ ἀπαθὴς σῶμα πλασσόμενος, εἶτα καταδὺς ἄτρωτος ὑπὸ γῆν

σχίσας ὀρθῷ ποδὶ γᾶν.

ὁ δὲ Στωϊκὸς Λαπίθης, ὥσπερ ἐξ ἀδαμαντίνης ὕλης, ὑπ' αὐτῶν, τῆς ἀπαθείας, κεχαλκευμένος, οὐκ ἄτρωτός ἐστι—(de his v. ad Fragm. e Scoliis ii. p. 11.) καὶ ὁ μὲν Πινδάρου Καινεὺς βαλλόμενος οὐ τιτρώσκεται.—De fabula cf. etiam Schol. brev. ad Iliad. α. 264. Observ. Misc. x. p. 380. Eustath. ad Homer. p. 101. (t. i. p. 200. ed. Polit.) Hic vero Pindari locus satis firmum nobis argumentum suppeditat, quo demonstrari possit, auctorem Orphicorum Argonauticorum ad sequiorem ætatem pertinere, in quibus eadem de Cæneo leguntur, quæ Scholiastes Apollonii et Plutarchus a Pindari ingenio ficta atque excogitata esse perhibent. Quodsi vero carmina illa Orphica tum ætatis prodita exstabant et legebantur:

quidni Scholiastes Apollonii potius Apollonium sua ex Orphicis duxisse posuisset, ocive Orphici obiter tamen mentionem injecisset? Nec prætereundum hic est, quod nuper in Epistola ad Heynium a Dav. Ruhnkenio positum reperi (Virgilii t. iv. p. 237.), in Indice eorum scriptorum, quorum testimonia in Scholiis Apollonii afferuntur, nullum occurrere, qui non Augusti et Tiberii ætate superior sit. Locus Orphicorum Argonauticorum est v. 168. seqq.

ἦ νειὸς Καινῆος ἀφίκετο, τόν ῥά τε φασὶ
μισγόμενον Λαπίθαις ὑπὸ Κενταύροισι δαμῆναι,
θεινόμενον πεύκαισι τανυφλοίοις τ' ἐλάτῃσι·
καί ἑ ἀναπλῆσαι, καὶ ἀκαμπέα γοῦνατ' ἰρεῖσαι,
ζωόν τ' ἐν φθιμένοισι μολεῖν ὑπὸ κεύθεα γαίης.

Voces ἦ νειὸς initio corruptæ sunt; sed quomodo corrigendæ sint, mihi nondum liquet. SCHN. (f. καὶ υἱὸς Καινῆος. *Coronus.*)

CXLIX. (p. 76. lxii.)

Idem ad i. 411. Αἰσωνὶς, πόλις τῆς Μαγνησίας, ἀπὸ τοῦ πατρὸς Ἰάσονος, ὡς καὶ Πίνδαρός φησι καὶ Φερεκύδης.

CL. (p. 77. xliii.)

Idem ad ii. 479. ex Charone Lampsaceno refert narrationem de *Rhœco*, quam habet etiam cum multa lectionis varietate Etymol. M. v. Ἀμαδρυάδες. cf. Schol. Theocriti ad Idyll. iii. 13. et Tzetz. ad Lycophr. v. 480. Deinde vero addit Schol. Apollonii: καὶ Πίνδαρος δέ φησι περὶ Νυμφῶν ποιούμενος λόγον·

Ἰσοδένδρου τέκμαρ αἰῶνος λαχοῦσαι *.

Hinc *Plutarch.* Erotic. (p. 593. B.) p. 757. F. Δρυάδες

ἴσον δένδρου τέπμαρ αἰῶνος λαχοῦσαι *.

Iterum de Defect. Oracul. p. 415. D. Πίνδαρος εἶπε τὰς Νύμφας ζῆν

ἰσοδένδρου τέκμαρ αἰῶνος λαχούσας,

διὸ καὶ καλεῖν αὐτὰς Ἀμαδρυάδας. Ex narratione antecedenti de Rhœco facile patet, explicandum esse locum, quem *Fr. Schmid.* ex *Plutarchi* Quæst. Natural. nr. 36. retulit latine:

Tu parva molitrix favorum, perfidum
Quæ puniens Rhœcum stimulo pupugisti eum.

Disputat Plutarchus, quare apes impudicos præcipue petant; sed verba græca deficiunt in vulgatis editionibus Plutarchi ad finem; nec latina habemus, nisi in

[* Heynius adscripsit λαχοῖσαι.]

Gysberti Longolii versione, qui postremas quæstiones ex libro Mediceo transtulisse dicitur. Inde igitur Er. Schmid. fragmentum hoc duxisse videtur. Neque enim adhuc librum illum rarissimum videre mihi contigit.

CLI. (p. 93. cxxxiii.)

Schol. Aristoph. ad Plutum v. 210. de Lynceo: τοσοῦτον δὲ ὀξυωπέστατος ἦν, ὡς καὶ δι' ἐλάτης ἰδεῖν Κάστορα δολοφονήσαντα τὸν ἀδελφὸν, ὥς φησι Πίνδαρος. Eadem habet Suidas v. Λυγκέως. Dubitat summus Hemsterhusius ad h. l. p. 68. an referenda sit annotatio ad Nem. x. 115.

Ἀπὸ Ταϋγέτου πιδυ-
γάζων ἶδεν Λυγκεὺς δρυὸς ἐν στιλέχει.

Equidem persuasum mihi habeo, verbum δολοφονήσαντα, in quo vir summus adhæsit, a Scholii auctore esse, adeoque ipsum illum Pindari locum paullo ante allatum respici. Quare aliud ad hunc numerum referendum est fragmentum, quod indigitat Hyginus fab. 37. de Argo nave: *Hanc navim factam Pindarus ait in Magnesiæ oppido, cui Demetrias est nomen.*

CLII. (p. 85. lxxxviii.)

Schol. Aristoph. ad Nub. 223. ubi Socrates loquitur:

Τί με καλεῖς, ὦ 'φήμερε;

ἐλέγετο δὲ Σωκράτης τὴν ὄψιν Σιληνῷ παρεμφαίνειν· σιμός τε γὰρ καὶ φαλακρὸς ἦν. περιέθηκεν οὖν αὐτῷ οἷον τοῦ παρὰ Πινδάρῳ Σιληνοῦ φωνήν· ὁ γάρ τοι Πίνδαρος διαλιγόμενον παραγαγὼν τὸν Σιληνὸν τῷ Ὀλύμπῳ τοιούτους αὐτῷ περιέθηκε λόγους·

Ὦ τάλας ἐφήμερε, νήπιε,
βάζεις μοι χρήματα διακομπῶν.

Ita enim hunc locum integriorem, quam in editis exstat, ubi est βαδίζεις—διαπομπεύων, servavit Suidas in voce ὦ 'φήμερε. Schn. Forte fabulæ de Marsya et Olympo, de Sileno et Mida, e Pindaro fuere deductæ: v. c. apud Philostr. Imag. i. 20. 21. 22. Versus sic constituit Herm.

ὦ τάλας ἐφήμερε νήπιε, βά-
ζεις μοι χρήματα διακομπέων.

CLIII. (p. 97. cxxxi.)

Scholiastes ad *Aristophanis* Equites 623. 4.

Ὁ δ' ἄρ' ἐλασίδρονθ' ἁναρρήγνυς ἵππ
τεραυτεύόμενος ἔρειδε κατὰ τῶν ἱππίων.

τὸ δὲ ἐλασίδροντα παρὰ τὰ ἐκ τῆς ἀρχῆς Πινδάρου. Auctius hoc scholium in codice suo legerat Suidas, qui sub voce ἐλασίδροντα docet: Ἀριστοφάνης ἐκ τῆς ἀρχῆς Πινδάρου·

ἐλασίβροντε παῖ Ῥέας,

ἀντὶ τοῦ ὡς ὑπὸ βροντῆς ἐλαυνόμενε. Sed fallitur Suidas in eo, quod ἐλασίβροντε Pindaro tribuit, in quo sine dubio ἐ λ α σ ί β ρ ο ν τ α lectum fuit. Similiter Olymp. iv. ἐλατὴρ ὑπέρτατε βροντᾶς.

CLIV. (p. 97. cxxxii.)

Scholiastes ad *Aristoph.* Acharn. v. 61. Ἱέρωνα μὲν β α σ ι λ έ α Πίνδαρος καλεῖ τὸν Συρακουσίων τύραννον. Etiam hunc locum exscripsit Suidas in v. *βασιλεύς*. Nescio an hæc observatio commode ad locum aliquem carminum residuorum possit referri, ut Pyth. i. 116.

CLV. (p. 86. xc.)

Schol. Aristoph. ad Vespas 307. sqq.

—— πόθεν ὠνη-
σόμεθ' ἄριστον; ἔχεις ἐλ-
πίδα χρηστήν τινα ναῦν, ἢ
πόρον Ἑλλὰς ἱερόν;

νῦν πόρον τὸν πορισμόν φησιν. ἐπήνεγκε δὲ τοῦτο παρὰ τὸ Πινδαρικόν·

παυδείματι μὲν ὑπερπόντιον Ἑλλὰς πόρον ἱερόν.

quem locum aliis restituendum relinquo.

CLVI. (p. 86. xci.)

Schol. Euripidis ad Oresten 1621. *ἱππίου τ' Ἄργους κτίται*] οἰκήτορες· τοιοῦτόν ἐστι καὶ τὸ σ υ ὸ ς ὀ ρ ι κ τ ί τ ο υ παρὰ Πινδάρῳ, ἀντὶ τοῦ ὀρεσιοίκου. ὀρεσκῷος ap. Homer.

Idem ad Phœniss. 689. ἐκτίσαντο ἀντὶ τοῦ ᾤκησαν, ὡς τὸ ὀ ρ ι κ τ ί τ ο υ σ υ ὸ ς παρὰ Πινδάρῳ, ἀντὶ τοῦ ὀρεσιοίκου. In Scholiis ad Pindari Pyth. ii. 31. male legitur: ὀρικτίτου υἱὸς τοῦ ἐν ὄρεσι τεθραμμένου (pro υ ὸ ς.)

CLVII. (p. 93. cxvii.)

Proclus ad Hesiodum p. 103. a. ubi explicat *ἀκριώτατοι ἰστοδοκῆες*, hæc habet: Ὁ δὲ Πλούταρχος ἐξηγήσατο τὴν αἰτίαν, λέγων εἶναί τι θηρίδιον, ὃ καλεῖται κὶς, διεσθίον τὰ ξύλα· τοῦτο καὶ Πίνδαρον οὕτω καλεῖν περὶ τοῦ χρυσοῦ λέγοντα·

Κεῖνον οὐ σὴς, οὐ κὶς δάμναται.

ὡς ἄσηπτον. Codd. Paris. omnes, quod Gœttingæ testatus mihi est cel. *Köhlerus*, habent h. l. *κείνου σὴς οὐ κὶς*, unde vulgatum *κεῖνο σὴς οὐ κὶς* correximus. Ecce vero *Scholiasten Pindari*, qui ad Pyth. iv. 408. ex *Sapphone* laudat:

ὅτι Διὸς παῖς ὁ χρυσός·
κεῖνον οὐ σὴς οὐδὲ κὶς
δάπτει.

Unde necesse est, alteruter in auctoritate hac adhibenda memoria falsus fuerit; quem quidem errorem in Plutarchum cadere posse vix credo. Potuit etiam locus Scholiastæ Pindarici librariorum negligentia mutilari atque corrumpi. Equidem Wolfii diligentiam hic desidero. Schn. Pleniorem Sapphus locum v. in Schol. Pind. l. c. quem jam Valken. attigerat ad Ammon. p. 102.

CLVIII. (p. 92. cxii.)

Auctor brevium Scholiorum ad Iliad. *κ*. 435. [v. ibi Schol. Ven. et Eust. p. 817. 28.] *Ῥῆσος γένει μὲν ἦν Θρᾷξ, υἱὸς δὲ Στρυμόνος τοῦ αὐτόθι ποταμοῦ καὶ Εὐτέρπης μιᾶς τῶν Μουσῶν. διάφορος δὲ τῶν καθ' ἑαυτὸν γενόμενος ἐν πολεμικοῖς ἔργοις, ἐπῆλθε τοῖς ἄλλοις, ὅτως Τρωσὶ συμμαχήσῃ· καὶ μίαν ἡμέραν συμβαλὼν πολλοὺς τῶν Ἑλλήνων ἀπέκτεινε. Δείσασα δ' Ἥρα περὶ τῶν Ἑλλήνων Ἀθηνᾶν ἐπὶ τὴν τούτου διαφθορὰν πέμπει. κατελθοῦσα δὲ ἡ Θεὸς Ὀδυσσέα καὶ Διομήδην ἐπὶ τὴν κατασκοπὴν ἐποίησε προελθεῖν· ἐπιστάντες δὲ ἐκεῖνοι κοιμωμένῳ τῷ Ῥήσῳ, αὐτόν τε καὶ τοὺς ἑταίρους αὐτοῦ κτείνουσιν, ὡς ἱστορεῖ Πίνδαρος.* Fabulæ varietatem doctissime explicat summus ille *Bachet de Meziriac* Comment. sur les Epitres d'Ovide tom. i. pag. 95.

CLIX. (p. 92. cxiii.)

Idem ad Iliad. *φ*. 194. [v. ibi Schol. Ven.] *Ἡρακλῆς εἰς Ἅιδου καταλθὼν ἐπὶ τὸν Κέρβερον συνέτυχε Μελεάγρῳ τῷ Οἰνέως, καὶ, δεηθέντος γῆμαι τὴν ἀδελφὴν Δηϊάνειραν, ἐπανελθὼν εἰς φῶς ἔσπευσεν εἰς Αἰτωλίαν πρὸς Οἰνέα, καταλαβὼν δὲ μνηστευόμενον τὴν κόρην Ἀχελῶον τὸν πλησίον ποταμὸν, διεπάλαισεν αὐτῷ ταύρου μορφὴν ἔχοντι, οὗ καὶ ἀποσπάσας τὸ ἕτερον τῶν κεράτων, ἔλαβε τὴν παρθένον. Φασὶ δὲ αὐτὸν τὸν Ἀχελῶον παρ' Ἀμαλθείᾳ τῇ Ὠκεανοῦ κέρας λαβόντα δοῦναι τῷ Ἡρακλεῖ, καὶ τὸ ἴδιον ἀπολαβεῖν. Δοκεῖ δὲ τῶν ἐν τῇ Ἑλλάδι ποταμῶν μέγιστος εἶναι Ἀχελῶος, διὸ καὶ πᾶν ὕδωρ τῇ τούτου προσηγορίᾳ καλεῖται. Ἱστορεῖ Πίνδαρος.*

CLX.

Schol. Ven. A. ad Iliad. *α*. 1. *καὶ Πίνδαρος·*

μαντεύου Μοῦσα.

v. sup. cxxxv.

CLXI.

Schol. Lips. ad Iliad. *β*. 367. *γνώσεαι δ', εἰ καὶ θεσπεσίη. λείπει τὸ βουλῇ. ὡς Πίνδαρος.* et ad *ζ*. 24. *σκότιον δέ ἐ γείνατο μήτηρ. σκότιον ὡς λόγιον. τὸ γὰρ κύριον παροξύνεται παρὰ Πινδάρῳ.* ut sit *Σκοτίος*.

CLXII.

Schol. A. B. Lips. ad Iliad. *θ*. 368. Pindarum laudant, quod centum capita Cerbero tribuerat.

CLXIII.

Schol. Ven. B. ad Iliad. *ο*. 137. *μάρψει δ' ἐξείης. κυρίως, χερσὶ συλλήψεται. μάρη γὰρ ἡ χείρ, κατὰ Πίνδαρον. ὅθεν καὶ εὐμαρές.*

CLXIV.

Schol. Ven. A. ad Iliad. *ρ*. 93. *ὁ Πίνδαρος ἴσον μὲν θεὸν ἄνδρα τε φίλον*

(excidit Διῒ) ὑποτρέσσαι ἐκέλευσεν, ἐπίσης τὸν Διὸν καὶ τὸν φίλον Διῒ, ἄνδρα θεοφιλῆ.

CLXV.

Schol. Ven. A. ad Iliad. χ. 51. ὀνομάκλυτος. — κατὰ σύνθεσιν οὖν ἐστιν, ὡς τὸ τοξόκλυτος παρὰ Πινδάρῳ, καὶ περίκλυτος.

CLXVI. [v. supra p. 38. vi.]

Porphyrius ad Iliad. κ. 252. [v. Schol. Ven.]

κατὰ μὲν φίλα τέκνα ἔπεφνε θάλλοντα ἥβᾳ δυώδεκα, αὐτόν τε τρίτον. καὶ τετράτῳ αὐτὸς πεδάθη.

φησὶν ὁ Πίνδαρος, ἀντὶ τοῦ τετάρτῳ καὶ δεκάτῳ. De Hercule insaniente puto dicta fuisse. Fuit τίκνα πίφνε et ἄδᾳ: *liberos xii. juventa florente occidit una cum decimo tertio; in decimo quarto autem coercitus fuit*, scil. ne amplius sæviret.

Loca ex Epiniciis citantur passim: ut Pyth. x. 93, 94. a Schol. Lips. ad Iliad. α. 469. Laudantur quoque Schol. Lips. a Schneidero ad Iliad, γ. 307. ε. 366. verbis non adscriptis.

CLXVII. (p. 93. cxvi.)

Schol. Pindari ad Olymp. ii. 16. ἕτεροι δέ φασιν, ὅτι οἱ Θήρωνος πρόγονοι εὐδόλως εἰς τὴν Γίλαν κατῆραν, ἀλλ' εὐθὺς εἰς τὴν Ἀκράγαντα ἀπὸ Ῥόδου, ὡς καὶ ὁ Πίνδαρος λέγει·

.... ἀν δὲ Ῥόδον κατῴκισθεν·
ἔνθ' ἀφορμαθέντες ὑψη-
λὰν πόλιν ἀμφινέμονται·
πλεῖστα μὲν δῶρ' ἀθανάτοις ἀνέχοντες,
εἵπετο δ' ἀενάου πλούτου νέφος.

(Est ex emendat. Hermanni εἵπετο pro ἕπετο.)

CLXVIII. (p. 102. cxlvii.)

Idem ad Ol. viii. 64. Ἰσθμὸν ποντίαν] ἐπίφορός ἐστι πρὸς τὰ θηλυκά, ὡς τό· Εὐδίνᾳ Ταρταρίᾳ. ὡς καὶ νῦν· τῇ Ἰσθμῷ. Sed locus hic corruptus esse videtur. Respexit enim Scholiastes ad Pyth. i. 29. ubi ἐν αἰνᾷ Ταρτάρῳ legitur.

CLXIX. (p. 102. cxlvii.)

Idem ad Ol. x. 17. ubi legebat: νέμει γὰρ ἃ τραχεῖα πόλις Λοκρῶν. hæc tradit: τραχεῖα δὲ εἰκότως ἂν λέγοιτο λοφώδης οὖσα καὶ ἐπιθαλασσίδιος· αὐτὸς γάρ φησιν·

..... οἵτ' ἀργίλοφον
πὰρ Ζεφύριοι κολώναν.

CLXX. (p. 103. cxlviii.)

Idem ad Ol. x. 58. *νώνυμος βρέχιτο πολλᾷ νιφάδι*] *τὸ βρέχιτο ἀντὶ τοῦ κατεσιωπᾶτο φησί· συνήθως γὰρ τὸ βρέχισθαι ἐπὶ τοῦ σιωπᾶσθαι τίθησι· καὶ ἀλλαχόσε*

μησὶ γὰρ βρεχέσθω.

τινὲς δὲ οὕτως, ἐκρύπτετο νιφάδι τῇ περὶ τὸν Οἰνόμαον ἀδοξίᾳ. Eodem modo poeta utitur verbo hoc Isthm. v. 65. ἀλλ' ὅμως καύχημα κατάβριχε σιγᾷ. In ipso Scholio latet nescio quæ lectionis varietas, quam tamen animi conjectura investigare atque assequi nondum potui. Requiritur enim pro vulgato *νιφάδι* verbum aliquod græcum, quod grammaticus subjecto altero *ἀδοξίᾳ* interpretatus est. SCHN. *νιφάδα* tropice acceptum per *ἀδοξίᾳ* interpretati erant.

CLXXI. (p. 86. xcii.)

Schol. Pindari ad Pyth. ii. 31. ubi docet, *κτίλον* pro *τιθασσὸν, συνήθη*, poni, locum Pindari affert:

ἔνθα ποιμένες κτιλεύον-
ται κάπρων τε λεόντων τε.

in quo *κτιλεύεσθαι* per *τιθασσεύεσθαι* explicat. cf. *Observ. Misc. Nov.* i. p. 87. (an *πεποίμανται*?)

CLXXII. (p. 103. cxlix.)

Idem ad Pyth. ii. 128. *ἐν Αἰολίδεσσι δὲ χορδαῖς ἤγουν Βοιωτίαις· ἐκεῖθεν γὰρ ὁ Πίνδαρος· ἐπεὶ οἱ Αἰολεῖς κιθαρῳδοί. τὸ δὲ μέλος Αἰολικῷ ῥυθμῷ συνέταξε· τοιοῦτόν ἐστι καὶ τὸ*

Αἰολεὺς ἔβαινε
Δωρίας κέλευθον ὑμνῶν.

Forte legendum: Δωρίων vel Δωρίαν κέλευθον ὕμνων.

CLXXIII. (p. 103. cl.)

Idem ad Pyth. iv. 4. *δύναται καὶ τοὺς Δελφοὺς λέγειν·* (Λατοΐδας) *ἐτίρωθι γὰρ Ἀπολλωνίδας αὐτοὺς προσηγόρευσε·*

--- Δελφοὶ θεμιστῶν
ὕμνων μάντιες Ἀπολλωνίδαι.

CLXXIV. (p. 104. cli.)

Grammaticus vetus apud *Scholiast.* ad Pyth. iv. 25. *εἰώθασι δὲ οἱ περὶ τὸν Πίνδαρον συμπλέκειν τὰ τῶν χωρῶν ἢ τῶν πόλεων καὶ τὰ τῶν Ἡρωΐδων ὀνόματα διακοινοποιοῦντες. οἷον·*

εὐάρματε, χρυσοχίτων,
ἱερώτατον ἄγαλμα, Θήβα.

τὸ μὲν εὐάρματε τῆς πόλεως, τὸ δὲ χρυσοχίτων τῆς Ἡρωΐδος.

CLXXV. (p. 104. clii.)

Scholiastes ad Pyth. iv. 106. ὅτι δὲ τὰς περὶ τὰ θεῖα μύστιδας καὶ Μελίσσας φησὶν, ἱστέρωθι ὁ αὐτός φησι·

ταῖς ἱεραῖς Μελίσσας τέρπεται.

Ad hunc vero locum referenda sunt, quæ *Didymus* ap. *Lactantium* de falsa relig. i. c. 55. §. 13. tradit: *Didymus in libris* ἐξηγήσεως Πινδαρικῆς *ait, Melissea, Cretensium regem, primum diis sacrificasse, ac ritus novos sacrorumque pompas introduxisse. Hujus duas fuisse filias, Amaltheam et Melissam, quæ Jovem puerum lacte caprino ac melle nutrierunt; unde poetica illa fabula originem sumsit, advolasse apes, atque os pueri melle complesse. Melissam vero a patre primam sacerdotem Matri magnæ constitutam; unde adhuc ejusdem Matris antistites Melissæ nuncupantur. Sive igitur a Melisseo, ut Didymus tradidit, colendorum deorum ritus effluxit, sive ab ipso quoque Jove, ut Euhemerus tradit, de tempore tamen constat, quando dii coli cœperint.* Cfr. ad hunc Lactantii locum *Porphyrii* Quæst. Homeric. ubi est: καὶ τὰς Δήμητρος ἱερείας, ὡς τῆς χθονίας θεᾶς μύστιδας, Μελίσσας οἱ παλαιοὶ ἐκάλουν, αὐτήν τε τὴν Κόρην Μελιτώδη (Theocrit. xv. 94.) σελήνην τε οὖσαν γενέσεως προστάτιν Μέλισσαν ἐκάλουν. Iterum *Porphyrius* de antro Nymphar. pag. 261. *Hesych.* μητροπόλους τὰς πάλαι Μελίσσας. Idem: Μέλισσαι αἱ τῆς Δήμητρος μυστίδες. Cf. Schol. ad Euripid. Hippolyt. v. 77. Schol. ad Pind. Pyth. iv. 106. Spanh. ad Callim. Hymn. in Apoll. v. 110.

CLXXVI. (p. 104. cliii.)

Idem ad Pyth. iv. 207. εὐστιφόρως δὲ ὁ Πίνδαρος λευκίππους καλεῖ αὐτούς·

—— λευκίπ-
πων Μυκηναίων προφᾶται.

Idem ad v. 313. monet, Pindarum alibi Orpheum non Apollinis, ut fecit Pyth. iv. 313., sed Œagri fil. tradidisse.

CLXXVII. (p. 104. cliv.)

Idem ad Pyth. viii. 53. αὔξων δὲ πάτραν Μιδυλιδᾶν] φρατρία ἐν Αἰγίνῃ Μιδυλιδῶν ἀπὸ Μιδύλου προγόνου ἐπιδόξου γενομένου. καὶ ἐν ἄλλοις αὐτός·

Μιδυλίδου δ' αὐτῷ γένναι.

(Hermanno γενεὰ scribendum videtur.)

CLXXVIII. (p. 105. clv.)

Idem ad Pyth. viii. 77. ὅτι Ἄβας ὁ Λυγκέως, πατὴρ Ταλαοῦ, ἐξ οὗ Ἄδραστος, ὤκησε τὸ Ἄργος, εἶτα μετέστη εἰς Εὔβοιαν. Ὅτι δὲ Λυγκέως Ἄβας, ἐξ ἐκείνου δῆλον·

--- Σφαγὰς δὲ Δαναοῦ
παρθένων Λυγκεὺς φυγὼν
Ἄβαντα φύει διάδοχον τυραννίδος.

Er. Schmid. in fragm. edidit δάδοχον. Schn. Tragici potius versus sunt. [Mihi certo lyrici esse videntur. Herm.]

CLXXIX. (p. 105. clvi.)

Erasmus in Chiliad. i. Cent. 10. Adag. 73. ait, Pindarum alicubi ἄφθογγον γάμον dixisse *nuptias clandestinas*, in quibus non decantatur Hymenæus; quem locum etiam *Er. Schmid.* securus in fragmenta sua retulit. Ego tamen nondum reperire potui, quinam veterum scriptorum ῥῆσιν hanc ex Pindaro laudaverit; verum imposuisse videtur Erasmo memoria, quod olim legerat in Scholiis ad Pindarum Nemeac. iii. 60. de amore Pelei in Thetin: περὶ δὲ τῆς μεταμορφώσεως αὐτῆς καὶ Σοφοκλῆς φησὶν ἐν Τρωΐλῳ·

ἔγημεν ὡς ἔγημεν ἀφθόγγους γάμους,
τῇ πανταμόρφῳ Θέτιδι συμπλακείς ποτε.

CLXXX. (p. 105. clviii.)

Pindari esse suspicor locum, quem habet Scholiastes ad Nem. vii. 89. sine auctoris nomine, quod fere ubique in locis Pindaricis laudandis omittit:

. . . . ὁ γὰρ ἐξ οἴ-
κου ποτὶ μῶμον ἔπαινος κίρναται.

CLXXXI.

Schol. ad Nem. vii. 87. ὅλως ἀποδέχεται Πίνδαρος τὴν μετὰ συνέσεως τόλμαν·

Τόλμα τέ μιν ζαμενὴς καὶ σύνεσις πρόσκοπος ἐσάωσεν.

si Pindari modo est: *audacia animosa et prudentia provida eum servavit.*

CLXXXII. (p. 105. clvii.)

Schol. ad Nem. vii. 103. Εὐξενίδα] ὡς ἀπό τινος Εὐξένου τῆς ὕλης φρατρίας ἀφηγουμένου, ὡς Κοπάδας καὶ Ἀλευάδας εἴωθε καλεῖν τοὺς Θεσσαλούς. ubi legendum Σκοπάδας.

CLXXXIII.

Schol. ad Isthm. v. pr. λέγει δὲ ἤδη τετελευτηκότα τὸν Πυθέαν·

κεἴ μοί τιν' ἄνδρα τῶν θανόντων.

CLXXXIV. (p. 92. cx.)

Schol. Sophoclis ad Œd. Tyr. v. 894. εἰς τὸν Ἄβαισι ναὸν] Ἄβαι τόπος Λυκίας, ἔνθα ἱερόν ἐστιν Ἀπόλλωνος. ἢ διὰ τῶν Σαμίων, ὅτι καὶ ἐκεῖ μαντεύονται, ὡς καὶ Πίνδαρος. quæ quidem verba fœdis erroribus commaculata aliis expurganda lubens concedo. Videtur latere nomen Φωκέων. v. Intpp. Strabonis ix. p. 646. Stephani Byz. voc. Τέγυρα et v. Ἄβαι.

CLXXXV.

Idem Argum. Ajacis: περὶ δὲ τῆς πλευρᾶς, ὅτι μόνην αὐτὴν τρωτὴν εἶχεν, ἱστορεῖ καὶ Πίνδαρος.

CLXXXVI. (p. 80. lxxi.)

Gellius Noct. Att. xx. 7. *Mira et prope adeo ridicula diversitas fabulæ apud Græcos deprehenditur super numero Niobæ filiorum. Nam Homerus pueros puellasque ejus bis senos dicit fuisse; Euripides* [*et Pindarus*] *bis septenos; Sappho bis novenos; Bacchylides et Pindarus bis denos; quidam alii scriptores tres fuisse solos dixerunt.* Liquet locum hunc esse depravatum; sed qua ratione sit emendandus, nec quæsivi, nec adeo operæ esse existimavi. *Ælianus* Var. Hist. xii. 36. de eadem re agens ait: Ἀλκμὰν δέκα φησὶ, Μίμνερμος εἴκοσι καὶ Πίνδαρος. Lasum vero Hermionensem memorat bis septenos Niobes filios numerare. *Pherecydis* aliorumque auctorum sententias exhibet præclarum scholium ad *Euripid.* Phœniss. 162.

CLXXXVII. (p. 80. lxxi.)

Tertullianus de corona militis c. 7. *Hercules nunc populum capite præfert; nunc oleastrum; nunc apium. Habes tragœdiam Cerberi, habes Pindarum atque Callimachum, qui et Apollinem memorat, interfecto Delphico dracone, lauream induisse, qua supplicem.* (Tragœdia Cerberi, si recte scribitur, significare debet tragœdiam aliquam, in qua Hercules ex inferis rediit, ut in Alcestide Euripidis, oleaginea corona redimitus.)

CLXXXVIII. (p. 99. cxl.)

Servius ad Virgil. Ge. i. 14. de Aristæo: *Hic, ut etiam Sallustius docet, post laniatum a canibus Actæonem filium matris instinctu Thebas reliquit, et Ceam insulam tenuit primo adhuc hominibus vacuam; post ea relicta cum Dædalo ad Sardiniam transitum fecit. Huic opinioni* Pindarus *refragatur, qui eum ait de Cea insula in Arcadiam migrasse, ibique vitam* (Heins. legit *villam*) *coluisse. Nam apud Arcades pro Jove colitur, quod primus ostenderit, qualiter apes debeant reparari.* De Aristæo vide ipsum Pindarum Pyth. ix. 115. ibiq. Heyn. Magnam et rudem locorum molem congessit auctor *Dissertationis de Aristæo*, Gœttingæ 1774. editæ, qui saltem aliquam orationis latinæ laudem ea opera meruisse videtur.

CLXXXIX. (p. 100. cxli.)

Idem ad Ge. i. 16. *Pindarus Pana ex Penelope filium dicit, unde multi* etc. ubi in Mto. G. est: *Pana Pindarus ex Apolline et Penelope in Lyco monte editum scribit, qui a Lycone rege Arcadiæ Locus* (emendant *Lycæus*) *mons dictus.* Narrationis varietatem explicat *Bachet de Meziriac* Comment. sur les Epitres d'Ovide t. i. pag. 104.

Nescio an huc pertineat glossa, quam in *Etymologico Gudiano Mto* reperi: Λυκάων Λυκάονος. ὄνομα κύριον. υἱὸς Πινδάρου. Forte tamen respexit notum Homeri locum: *ἦ ῥά νύ μοί τι πίθοιο, Λυκάονος υἱὲ δαΐφρον*;

CXC. (p. 80. lxxi.)

Priscianus de metris comicis p. 13. l. 27. sqq. *Pindarus, teste Heliodoro* (f. *Herodoro*), *ἀντίστρεψεν, hoc est, convertit rhythmum iambicum hoc modo:*

Περῳμέναν ἔθηκεν μοῖραν μετᾳπεῖν
ἀνδροφθόρον. οὐδὲ σιγᾷ κατερρύη.

in secundo iambo pyrrhichum secundum et trochæum et quartum spondeum posuit. Idem:

Τροχὸν μέλος αἱ δὲ Χείρωνος ἐντολάς.

hic iambus in tertio trochæum habet, et in quarto spondeum. Idem:

Αἴνιγμα παρθένου ἐξ ἀγρίων γνάθων.

hic quarto loco spondeum posuit. Idem:

Ἐν δ' ἀσκίοισιν πατὴρ ἦν ἐεινοώας.

in hoc quoque iambo trochæum in tertio loco posuit, et in quarto spondeum. Idem:

Δι' οὐδὲν προσαιτέων ἐφ' ἱτζάμεν ἐπί.

hic similiter in quarto loco spondeum habet. Itaque puto Horatium—Idem Heliodorus ostendit, Pindarum etiam trisyllabos in fine versus posuisse;

Νόμων ἀκούοντες θεοδμήτων κέλαδον.

Ecce in hoc iambo in fine tribrachyn posuit, qui nec concatenatus esse potest cum consequente, quippe in consonantem desinens. Alterum et quintum fragmentum equidem non extrico; in quarto suspicor esse legendum ἦεν Οἰνόας. Schn. Adscripsit Prisciani locum et de eo disputavit *Hermann.* de Metris p. 96. sqq.

ADDENDA

AD FRAGMENTA PINDARI;

PLERAQUE

A SCHNEIDERO V. C.

Ad p. 3. iii. Jure dubitat Schneiderus, an carmen aliquod Pindari in Glaucum pugilem extiterit. Non Pindari, sed Simonidis carmen nobile fuit, quod alii in Glaucum, alii in Scopam, alii in alios scriptum esse putarunt: v. Quinctil. Inst. Orat. xi. 2. 14. In Pindarum idem, quod Simonidi, tribuitur, perperam transfert Solin. c. i. p. 8. E.

Ad p. 4. Versus Pindari sic ordinat Tyrwhitt ad Strabon. p. 17.

ζαθέων ἱερῶν ὁμώνυμε πάτερ
κτίστορ Αἴτνας.

Notavit Schneid. et p. 5. ad Schol. Aristoph. *ἀκλεὴς δ' ἔβα*, Brunckium ad e. l. suspicari, a Pindaro scriptum fuisse deinceps:

ἀκλεὲς δ' ἔβα
ζεῦγος ἡμιόνων ἄνευ ἅρματος.

Ad p. 8. Idem notavit, Scolion simile ap. Plutarch. in Erotico (p. 761. A. B.) emendatum ab Hadriano Junio Animadversa. iii. 7. *ὦ παῖδες, οἳ Χαρίτων τε καὶ πατέρων τε ἐλάχετε ἐσθλῶν, μὴ φθονεῖτε ὥρας ἀγαθοῖσιν ὁμιλίαν. σὺν γὰρ ἀνδρίᾳ καὶ ὁ λυσιμελὴς Ἔρως ἐπὶ Χαλκιδίων θάλλει πόλεσιν.* Esse autem hanc Venerem Corinthiam Melænidem vel Melanidem dictam, ap. Pausan. ii. 2. 115. (quo nomine illa et alibi templa habuit.) Ab Medea templum extructum esse ferebatur: v. Plutarch. de malign. Herod. p. 871. B. Schol. Pind. Ol. xiii. 32. Est hoc illud templum opulentum, quod plures quam mille *ἱεροδούλους* aluit: v. Strabon. viii. p. 581. A. Quod feminarum sacrarum nomen etiam aliis in templis occur-

rit: in Inscriptionibus passim, v. Chandler. no. cl-clvi. impropric de Pythia in templo Delphico ap. Schol. Eurip. Phœn. 230.

Ad p. 14. Παρθένια. ubi excitatur locus Dionysii Halic. de Demosth. Ibi χωρὶς ὅτι μὴ τὰ Παρθένεια καὶ εἴ τινα τούτοις ὅμοια. ὅτι μὴ emendatum firmat codex Paris. a Capperonnerio collatus, qui reliqua sic legit: καὶ εἴ τινα τούτοις ὁμοίας ἀπαιτεῖ κατασκεύας. διαφαίνεται δέ τις ὁμοία καὶ τούτοις εὐγένεια καὶ σεμνότης ἁρμονίας, ἀρχαῖον φυλάττουσα πῖνον.

p. 16. l. 9. Diversa esse carmina viderat quoque Wyttenbach. ap. Larcher. Herodote to. iv. p. 408.

p. 27. l. 6. ubi Canterus in Fragmentum ex Strabone intulit vocem ἀγχιτόκοις. Recte; ex codice debuit petitum esse a Cantero. Nam et Cod. Mosqu. Strabonis ita exhibet. ἀλλὰ καινογενὴς (f. Κοινογενὴς) ὁπόσ' ὠδίνεσι θοαῖς ἀγχιτόκοις ἐπέβαινεν. Pro πέμπων ibi legitur πρυμνῶν. Possunt defendi πρυμνὰ χθόνια. In seqq. ἀν δ' ἐπὶ κράνοις σχέθον πίτραν ἀδαμαντοπέδιλοι κίονες. Ita ἀνέσχεθον κίονες πίτραν ἐπὶ κράνοις, quod vix sanum; etsi τὸ κράνον designare potest τὸ κάρηνον. Non magis præferendum ἔνθα τόκοις—.

p. 30. vi. ad Aristidis locum videndus Tho. Canter. Var. Lect. ii. 22.

p. 41, 42. Ἀχεῖτε ὀμφᾷ vel, ut in Apollonio Dyscolo legitur, ἀχεῖται ὀμφαί. Ruhnken. ad Hymn. in Cer. 496. scribendum censet ἀχείτω ὀμφαί. Duo alia exempla, quæ ex Herodiano in Diatriba p. 95. numerantur in Fragmentis Pindari, tam corrupta sunt, ut nihil intelligas.

p. 43. In loco Strabonis x. p. 719. nec Cod. Mosqu. ullam medelam suppeditat. Est jn eo σχοινογονίας ἀοιδὰ, et σοὶ μὲν κ. est χειμάτιρ, et μεγάλαι (forte μεγάλᾳ ad σοὶ, vel μεγάλα sc. μᾶτερ). Mox firmatur ex eo ἐν δὲ καχλάδων. Jacobs in illa: Σοὶ μὲν κατάρχει, etsi paullo audacius, sententiam bonam intulit sagaciter conjectando: σοὶ μὲν πατάγημα, μᾶτιρ, πάρα μεγαλεβόμεων κυμβάλων. ἐν δὲ καὶ χαλκόδιτα κρόταλα αἰθομένα τε δαΐς ἀπὸ ξανθᾶς πεύκας.

p. 45. ad Dithyr. x. add. Plutarch. Lacon. Apophth. Divers. p. 232. E.

p. 59. xxx. add. loc. Plutarchi Amator. p. 763. C.

p. 63. ad fragment. ex Plutarch. de frat. amore p. 483. κλῦθι, Ἀλαλὰ, spectat alter locus de Gloria Athen. p. 349. C.

p. 72. lxi. Fragmenti hujus ex Athenæi Excerpto ultimi duo versus leguntur quoque sine Pindari nomine ap. Eustath. ad Iliad. ω. p. 1367. 30.

p. 74. lxviii. Hephæstionis locum exscripsit una cum Pindari fragmento Plotius de metris p. 2663. Putsch.

p. 80. xc. ad Philostratum: qui de Nili fontibus laudat Pindarum. Scripserat *Porphyrius* περὶ τῶν κατὰ Πίνδαρον τοῦ Νείλου πηγῶν ap. Eudociam p. 364. ex Suida.

[Subjungam quoque aliquot Fragmenta nuper animadversa:

Nescio an ad Pindarum referendum sit, quod apud Didymum Alex. legitur de Trinit. dei lib. iii. c. 1. p. 320. ed Bonon. Θεὸς ὁ τὰ πάντα τεύχων καὶ χάριν ἀοιδᾷ φυτεύει. ita enim est legendum pro ἀοιδὰ φοιτεύει. *carminis quoque suavitatem impertit.* Priora ὁ τὰ πάντα τεύχων convenit cum laudatis e Clemente: Fragm. p. 84. lin. 21.

p. 50, 51. κουροτρόφος ἐλπὶς etiam apud Jo. Chrysostomum adv. oppugnat. vitæ monast. lib. iii. 10. t. i. Opp. p. 74. d. Montf. occurrit.

p. 63. in versu ex Plutarcho μανίαι τε ἀλαλαί τε ὀρινομένων legit μανίᾳ τε ἀλαλᾷ τε Tyrwhitt. ad Aristot. Poet. p. 172.

Schol. Ven. Iliad. o. 137. μάρψει — κυρίως χερσὶ συλλήψιται. μάρη γὰρ ἡ χεὶρ κατὰ Πίνδαρον. ὅθεν καὶ εὐμαρές.

ibid. v. 256. καὶ Πίνδαρος "χρυσάορα Ὀρφέα" φησί.

Philodemus de Musica col. xxi. 8. Monim. Herculanens. t. i. p. 91. καὶ τὸν Πίνδαρον οὕτω νομίζειν, ὅτ' ἔφη "Θύσων ποιήσεσθαι διθύραμβον" se divino spiritu percitum facturum esse dithyrambum.

Apollonius Dyscolus in Excerpt. Grammat. ad calc. Maittairii de Dialect. per Reiz. p. 428. μιν. Ἴωνες διὰ τοῦ μ. Δωριεῖς διὰ τοῦ ν. τάσσεται ἐπὶ πλήθους. ὅστις δὴ τρόπος ἐξεκυλίσθη νιν. (an ἐξεκύλισσέ νιν?) Πίνδαρος Ἰσθμιονίκαις·

προσφωνεῖτέ νιν ἐπὶ νίκαις.

Illud animo teneri velim, quoties a me in Notis ad Pindarum Fragmenta laudantur, numeros paginarum editionis prioris Schneideri esse intelligendos. *Ex Addendis.*]

[Quinctilianus x. 1. 109. de Cicerone: *non enim pluvias, ut ait Pindarus, aquas colligit, sed vivo gurgite exundat.*

Ad Fragment. p. 148. de Sileno cf. Creuzeri *Studien* ii. p. 293.

In Fragmenta Pindari Observationes Jacobsii in *Biblioth. d. alt. Litter. u. Kunst St.* 2. 1787. *Ex Schedis.*]

[Strabo lib. xv. p. 1038. B. περί τε τῶν χιλιετῶν Ὑπερβορέων τὰ αὐτὰ λέγειν Σιμωνίδῃ καὶ Πινδάρῳ καὶ ἄλλοις μυθολόγοις.

Dubitari potest an Pindari sit, quod idem Strabo ix. p. 633. B. affert, ubi Pindari, et obiter Alcæi mentione prægressa, ita scribit: μυθεύεται δ' Ἀπόλλωνος υἱὸς ἐκ Μελίαις, προφήτης τοῦ μαντείου, κατὰ τὸ Πτῶον ὄρος, ὃ φησιν εἶναι τρικόρυφον ὁ αὐτὸς ποιητής· καί ποτε τὸν τρικάρανον Πτώου κευθμῶνα κατέσχε. καὶ τὸν Τήνερον καλεῖ ναοπόλον μάντιν δαπέδοισιν ὁμοκλέα. Codex ibi omnium antiquissimus:

. . . . . Πτῶον ὄρος ὅ φησιν εἶναι τρικόροφον ὁ
. . . . . Καί ποτε τὸν τρικάρανον Πτῶου κευθμῶ
. . . . . αὶ τὸν Τήνερον καλεῖ, ναοπόλιν μάντιν
. . . . . κλέα.

Nihil certe in his, quod Alcæum prodere videatur. HERM.]

I.

ORDO FRAGMENTORUM.

Τὰ Ἐπινίκια: in his

I. Isthmionicæ, p. 1. . . . *ant. ed.* p. 1
II. Epinicium in Diagoram Rhodium, p. 2. . . - 2
III. - - in Glaucum Carystium, p. 3. . . - 4
IV. - - in Alexandrum Amyntæ, ibid. . . - 5
V. - - in Hieronem, p. 4. . . - 7

Scolia: I. in sacro Xenophontis Corinthii, p. 8. . . - 11
II. in Theoxenum Tenedium puerum, p. 11. . . - 14
III. ad Thrasybulum, p. 13. . . . - 16
IV. - p. 14. . . . - 17

Parthenia, p. 14. . . . . - 18
Threni I - VI. p. 17 - 22. . . . . 20 - 25
Hyporchemata I - VI. p. 22 - 25. . . . . 26 - 28
Prosodia in Delum I. II. p. 25, 26. . . . - 29
III. Delphis scriptum, p. 27. . . . - 31
IV. in Aphæam, p. 28. . . . - 32
V. VI. ibid. . . . - ib.
Procœmium in Sacadam, ibid . . . - ib.
Hymn: I. in Ammonem, p. 29. . . . - 33
II. in Proserpinam, ibid. . . . - ib.
III. in Apollinem, ibid . . . - 34
IV. in Pana, p. 30. . . . - ib.
V - XI. p. 30 - 32. . . . 35 - 37
Pæanes: Delphis scriptus I. II. III. p. 32 - 34. . . - 38
IV - VIII. p. 34, 35. . . 40, 41
Ἄσμα in Solis defectum, p. 35 - 38. . . 41 - 44
Encomia, p. 38. . . . . 44, 45
Dithyrambi I.—X. p. 40 - 44. . . . 46 - 53
Fragmenta, quæ *incerta* vocamus, quia incertum est, e quo carmine petita sint *, p. 47 - 105. . . . 54 - 112
Addenda ad Fragmenta Pindari, p. 106 - 108.

* *Quod si Fragmenti in priore edit. lecti sedem quæsiveris in nova editione: videndum est, e quo scriptore illud petitum sit; tum in nova edit., quæ ad auctorum nomina secundum temporum, quibus vixerunt, ordinem digesta est, scriptoris nomen quærendum est, saltem ope Indicis, qui hic subjicitur.*

II.

INDEX AUCTORUM

E QUIBUS FRAGMENTA CONGESTA SUNT.

Ælianus Var. Hist. ix. 13. . . . p. 86. ciii.
xii. 36. . . ibid. et p. 104. clxxxvi.
xiii. 29. . . . p. 88. cxiii.
Hist. Anim. vii. 19. . . . p. 78. lxxxiv.
Æschines: Epist. iv. . . . . p. 2. ii. et p. 46. x.
Ammonius in Θηβαῖοι. . . . . p. 34. iv.
Antiatticista in Bekkeri Anecd. t. i. p. 80. . . . p. 32.
Antoninus Imp. ii. 13. . . . . p. 51. v.
Apollodorus ii. 4. 2. . . . . p. 53. viii.
Apollonius: Lexic. Homeric. in ξεινοδόκος. . . . p. 53. x.
Apollonius Dyscolus lib. ii. p. 158. . . . p. 1. i.
p. 180. . . . p. 69. lii.
lib. iii. p. 223. . p. 69. liii. et p. 42. iii.
p. 277. . . . p. 69. liii.
de pronom. p. 321. . . . p. 1. i.
in Excerpt. Vossii . . p. 1. ii. et p. 108.
Apostolius Prov. xiv. 88. . . . p. 81. xcii.
Aristides: Inc. lxxvii-lxxxvii.
To. i. In Jovem p. 8. . . . p. 76. lxxvii.
p. 10. . . p. 77. lxxviii.
p. 14. . . . p. 77.
In Bacchum p. 29. . . . p. 15.
In Æsculapium p. 40. . . . p. 30.
In Æteonei mort. p. 78. . . p. 77. lxxix.
Or. fun. Alex. p. 88. . . . p. 20.
Panath. p. 96. . . . . p. 46.
Paneg. Cyz. p. 236. . . . p. 23.
In Puteum Æsculapii p. 255. . p. 77. lxxx.
To. ii. In Platon. Or. i. p. 29. . . p. 78. lxxxii.
p. 52. . . p. 48, 49. ii.
p. 106. . . p. 77. lxxxi.
p. 125. c. Schol. . . p. 31. vii.
p. 172. c. Schol. . . p. 30. iv.
p. 188. . . . p. 64. xl.

Aristides: Inc. lxxvii-lxxxvii.
Tom. ii. in Platon. Or. ii. p. 256. . . p. 78. lxxxii.
p. 260. . . p. 78. lxxxiii.
p. 295. . . p. 30. vi.
p. 360. . . p. 78. lxxxiv.
de inconcinna orat. p. 378. . . p. 79. lxxxv.
ibid. . . p. 79. lxxxvi.
p. 379. . . p. 30. iii.
in proditores myster. p. 403. . . p. 80. lxxxvii.
c. criminantes p. 416. . . . p. 23. i.
Aristodemi Commentar. in Pindar. . . . p. 72. lxii.
Aristophanes in Nub. 591. . . . p. 90. cxxvi.
in Pace 698. . . . p 62. xxxv.
in Avib. 925. 931. 937. . . . p. 4, 5. i.
in Equit. 1261. . . . . p. 28. v.
in Acharn. 637. . . . p. 45. x.
Aristoteles Rhet. ii. 24. . . . . p. 15.
iii. 3. . . . . p. 48.
Artemidorus Oneirocrit. iv. p. 202, 3. . . . p. 69. li.
Athenæus: Inc. liv-lxiv.
lib. i. p. 15. D. E. . . . . p. 22
p. 19. . . . . p. 46
p. 22. B. . . . p. 69. liv.
p. 24. D. . . . 70. lv
p. 28. A. . . . p. 6. ii.
lib. ii. p. 41. E. . . . p. 70. lvi.
lib. iv. p. 154. F. . . . p. 70. lvii.
lib. v. p. 187. D. . . . p. 45.
p. 191. F. . . . p. 70. lviii.
lib. vi. p. 248. D. . . . p. 70. lv.
lib. vii. p. 290. E. . . . p. 33. i.
p. 317. A. . . . p. 67. xlviii.
lib. x. p. 411. C. . . . p. 70. lix.
p. 427. E. . . . p. 14. iv.
p. 448. D. . . . p. 44
p. 455. C. . . . ibid.
lib. xi. p. 467. A. B. . . . p. 43
p. 476. B. . . p. 71. lx, et p. 76. lxxiii.
p. 480. C. . . . p. 13. iii.
lib. xii. p. 512. D. . . . p. 6. iii.
p. 513. C. . . . p. 67. xlviii.
p. 546. B. . . . p. 73. lxiii.
lib. xiii. p. 561. B. . . . p. 12
p. 564. D. E. . . . ibid.
p. 573. C. E. . . . p. 8. i. et p. 106
p. 601. C. D . . . p. 11. ii.
lib. xiv. p. 631. C. . . . p. 24. iv.
p. 635. B. D. . . . p. 7. iv.
p. 641. C. . . . p. 73. lxiv.

Athenæus: Inc. liv—lxiv.
lib. xv. p. 694. D. . . . p. 14. iv. et p. 16
Exc. Casaub. e lib. xi. . . . p. 72. lxi.
Ex Aristodemo: lib. xi. . . . p. 72. lxii.
Choricius (add. Villois. Diatr. p. 20. Not.) . p. 77, 78. lxxxi.
Chrysippus ap. Marcianum . . . . p. 48
Chrysostomus adv. oppugn. vit. mon. iii. 10. . . . p. 107
Cicero ad Attic. xiii. 38. . . . p. 50. iv.
Clemens Alexandrinus: Inc. XCIII - CII.
Cohort. p. 27. . . . p. 91. cxxix.
Pædag. iii. p. 295. (ed. Pott.) . . p. 85. ci.
p. 307. . . . p. 86. cii.
Strom. i. p. 345. . . . p. 82. xciii.
p. 365. . . . . p. 22
p. 377. . p. 83. xciv. et p. 74. lxiv.
p. 383. . . . p. 83. xcv.
p. 427. . . . p. 48. ii.
Strom. ii. p. 438. . . . . ibid.
Strom. iii. p. 518. . . . p. 83. xcvi.
Strom. iv. p. 586. . . . p. 83. xcvii.
p. 640. . . . p. 20. iii.
Strom. v. p. 657. . . . p. 85. c.
p. 707. . . . p. 51. v.
p. 708. . . . p. 84. xcviii.
p. 709. . . . p. 85. c.
p. 710. . . . p. 56. xix.
p. 726. . . . p. 84. xcix.
Strom. vi. p. 731. 732. . . p. 85. c. et p. 74. lxvii.
p. 781. . . . p. 57. xxiii.
Didymus: ἐξήγησις Πινδαρικὴ . . . p. 102. clxxv.
Didymus Alex. de Trin. iii. 1. . . . . p. 107
Dio Prusæus Chrysostomus To. i. Or. ii. p. 25. . . p. 3. i.
Or. xii. p. 217. . p. 56. xix.
Or. xxxiii. p. 394. . . p. 40
Or. lxxv. p. 645. . . p. 48
Diogenianus vii. 12. . . . . p. 82. xcii.
Dionysius Halicarnassensis:
de composit. verb. t. ii. Huds. p. 23. . . p. 43
p. 40. . . p. 50. iv.
p. 41. . p. 41. iii. et p. 162
de orator. antiq. p. 128. . . p. 53. ix.
de Demosth. p. 273. . . . p. 23
p. 292. . . . p. 4. iv.
p. 304. . . . p. 14. et p. 106
Draco de Pindari carminibus . . . p. 73. lxii.
Epistolæ Socraticæ p. 5. . . . p. 22. i.
Erotianus: in αἰὼν . . . . p. 23. iii.
Etymologicum Magnum: Inc. CXX - CXXXI.
p. 60, 37. . . p. 89. cxx.

Etymologicum Magnum pag. 75, 43. . . p. 96. cl.
172, 8. . . p. 90. cxxi.
178, 10. . . - - cxxii.
200, 13. . . p. 18. i.
274, 50. . . . p. 40.
277. 40. . . p. 90. cxxii.
354, extr. . . - - cxxiv.
404, 21. . . - - cxxv.
460, 38. . . p. 40. i.
504, 1. . . p. 90. cxxvi.
—— 29. . . p. 72. lx.
513, 19. . . p. 91. cxxvii.
517, 25. . . - - cxxviii.
566, 33. . . p. 74. lxix.
577, 15. . . p. 91. cxxix.
579, 3. . . p. 92. cxxx.
610. 45. . . p. 53. x.
675. 33. . . p. 44. viii.
709. 36. . . p. 35. vii.
808. 40. . . p. 92. cxxxi.
821. 52. . . . p. 30. v.
882. 36. . . . p. 71. lx.
916, 917. . . p. 72. lix.
Etymol. Reg. Paris. ἀίς . . . p. 92. cxxxii.
Etymol. Askewianum . p. 53. x. et 90. cxxvi. et 91. cxxix.
Etymologicum Gudianum: Ἀθάμας . . . . p. 1. i.
διθύραμβος . . . . p. 40.
ἐξεστηκὼς . . . p. 92. cxxxii.
κεραβὰς . . . p. 90. cxxvi.
κίκυς . . . p. 92. cxxxiii.
Λυκάων . . . p. 104. clxxxix.
μέλος . . . p. 91. cxxix.
ξυνεδόκος . . . p. 53. x.
ὠμήρησιν . . . p. 30. v.
Eusebius Præparat. Evang. xii. p. 602. . . p. 51. sq.
xiii. p. 672. . . . ibid.
p. 394. . . p. 84. xcviii.
p. 403. . . . ibid.
xv. 5. . . p. 51. iv.
Eustathius in Iliad. (ed. Rom.) p. 9. 24. 39. et 40 . p. 93. cxxxv.
21. 14. . . ibid.
25. 4. et 11. . . . ibid.
32. 14. . . . ibid.
49. . . p. 53. xi.
52, 18. . . p. 69. liv.
75. . . p. 93. cxxxvi.
128. . . - - cxxxvii.
179, 14. . . p. 93. cxxxv.
270, 21. R. 204, 43. Bas. . p. 54. xv.

Eustath. in Iliad. (ed. Rom.) p. 264. . . . p. 42. v.
311. . . . p. 55. xvi.
705. . . . . p. 18.
817, 28. . . p. 99. clviii.
841. . . . p. 23. ii.
877, 55. . . p. 94. cxxxviii.
916, 39. 917, 63. . p. 72. lx.
994. . . . p. 63. xxxvi.
1057, 57. . . p. 35. vii.
1155. . . . p. 44. viii.
1164, 23. . . p. 28. v.
1221, 35. . . p. 94. cxxxix.
1238. . . . p. 93. cxxxi.
1286, 3. . . p. 94. cxl.
in Odysseam p. 1401, 30. . . p. 93. cxxxv.
— 49. . . p. 74. lxiv. et 83. xciv.
1406, 14. . . p. 93. cxxxvii.
1430. 61. . . p. 94. cxl.
1490, 38. . . p. 70. lviii.
1602, 20. . . p. 69. liv.
1649, 5. . . p. 94. cxxxviii.
1657, 12. . . - - cxli.
1668, 7. . . p. 70. lvi.
1684. . . . p. 71. lix.
1689, 37. . . p. 33. i.
1707, 56. . . p. 33. i.
1715, 63. . . p. 1. iii.
1822, 5. . . p. 6. ii.
1917, 39. . . p. 94. cxlii.
in Dionys. Perieg. . . p. 94. cxliii.
— — . . . p. 54. xii.
Galenus in Hippocr. de artic. . . . p. 33.
de pulsuum diff. . . . p. 75. lxx.
Suasor. . . . p. 42. iv. et p. 52. v.
Gellius N. A. xx. 7. . . p. 104. clxxxvi.
Gregorius Corinthius p. 51. . . . p. 89. cxix.
Gregorius Nazianzenus Epist. ii. . . p. 6. i.
Orat. xx. . . p. 58. xxiv.
Harpocration: in Ἀζαρίς . . . p. 88. cvii.
αὐτόχθονες . . - - cviii.
παλιναίρετος . . p. 44. vii.
Hephæstio: Inc. lxv-lxviii.
p. 46. . . . p. 74. lxv. lxvi.
p. 51. . . . p. 74. lxvii. et 85. c.
p. 52. . . . p. 59. xxix. et 74. lxviii.
Herodianus grammaticus . . p. 74. lxix.
in Diatribe p. 95. . p. 107.
Herodotus iii. 38. . . . . p. 71. i.
vii. 104. . . . . ibid.

Hesychius in ἀγρυξία . . . . . p. 58. xxvi.
ἀληθεῖς . . . . . p. 88. cxiv.
ἀριστοτέχνης . . . . . p. 56. xix.
θρώσκω γνώμᾳ . . . . . p. 88. cxv.
καταπίμπρασθαι . . . . . cxiv.
Himerius: Or. iii. 1. . . . . p. 29. iii.
Or. iv. 9. ad Ol. ii. 14. ὀρθόπολις.
Or. v. 3. ad Ol. i. 14.
Or. xiii. 7. . . . . p. 30. iii.
Or. xv. 2. . . . . p. 46. x.
Homeri vitæ auctor . . . . . p. 94. cxliv.
Hyginus fab. 37. . . . . p. 97. cli.
Astronom. ii. 34. . . . . p. 42. v.
Jamblichus Protrept. . . . . p. 51. v.
apud Stobæum . . . . . p. 48. ii.
Julianus: Epist. xix. . . . . p. 86. cvi.
xxiv. . . . . p. 7. v.
Justinus Martyr Coh. p. 25. B. ἐλπὶς γηροτρόφος ex Plat. . p. 50. iii.
Lactantius de falsa relig. i. 55. . . . . p. 102. clxxv.
Libanius: Epist. xxxiv. . . . . p. 86. civ.
cxliv. . . . . cv.
Orat. lxiii. . . . . p. 30. iv.
Libanius: Apolog. Socr. . . . . p. 45. x.
adv. Æschin. . . . . ibid.
Lucianus: Timon 41. . . . . p. 76. lxxvi.
de Saltat. 67. . . . . p. 67. xlviii.
Imag. 8. et 26. . . . . p. 76. lxxvi.
pro. Imag. 19. . . . . p. 3. iii. et 43. v.
Hippias 7. . . . . p. 76. lxxvi.
Gallus 7. . . . . ibid.
Icaromenipp. 27. . . . . p. 30. v.
Demosth. Encom. 10. . . . . p. 45. x.
11. . . . . p. 80. lxxxvi.
19. . . . . p. 39
Marcianus in Digestis . . . . . p. 48
Maximus Tyrius diss. xviii. . . . . p. 50. iv.
Meletius de nat. hom. . . . . p. 40. i. et 44. vi.
Menander rhetor . . . . . p. 22
Nicephorus Gregoras . . . . . p. 50. iii.
Onosander Strateg. xlii. . . . . p. 12.
Origenes in Cels. iii. p. 125. . . . . p. 87. cvii.
v. p. 255. . . . . p. 48
Palamedis Comment. in Pindarum . . . . p. 72. lxii.
Pausanias: Inc. lxxi - lxxv.
lib. i. c. 2. . . . . p. 75. lxxi.
c. 8. . . . . p. 46. x.
c. 14. . . . . p. 75. lxxii.
ii. c. 30. . . . . p. 28. iv.
iii. c. 25. pr. . . . . p. 36. et, p. 75. lxxiii.

Pausanias: Inc. lxxi - lxxv.
iv. c. 30. . . . . p. 60. xxxii.
v. c. 14. . . . . p. 76. lxxiv.
c. 22. . . . . ibid.
vii. c. 2. . . p. 55. xvii. et p. 75. lxxi.
c. 26. . . . . p. 76. lxxv.
ix. c. 16. . . . . p. 29. i.
22. . . . . p. 35. vi.
23. . . . . p. 29. ii. iii.
30. . . . . p. 29.
x. c. 5. . . . . p. 33. i.
16. . . . . p. 34. iii.
24. . . . . p. 29. iii.
Philo de corrupt. mundi . . . . p. 25. i.
et ap Euseb. . . . p. 38
Philodemus de mus. . . . . p. 108
Philostratus: Vita Apollonii i. 25. . . . p. 33. i.
vi. 11. . . . . ibid.
26. . . . p. 81. xc.
Imag. i. 5. . . . . ibid.
ii. 12. . . . . p 45. x.
15. . . . . p. 35. vi.
24. . . . p. 71. lix. et p. 81. xci.
27. . . . p. 74. lxviii.
Epist. lxxii. . . . p. 37, 38.
Photii biblioth. . . . . p. 81. xc.
Lexicon: in Ἥρας δεσμὸς . . . p. 89. cxvii.
λίβανος . . . p. 9.
παλιναίρετος . . . p. 44. vii.
Plato in Theæteto t. i. p. 173. . . . p. 51. v.
in Euthydemo p. 304. . . . p. 52. vi.
in Protagora p. 337. . . . p. 48.
in Gorgia p. 484. et 488. . . . p. 47. ii.
in Menone p. 76. . . . . p. 6.
p. 81. . . . . p. 21.
de Rep. i. p. 330. 331. . . p. 22. et 49. iii.
ii. p. 365. . . . p. 50. iv.
iii. p. 408. . . . p. 52. vi.
de LL. iii. p. 690. . . . . p. 48.
iv. p. 714. . . . . ibid.
in Conviv. p. 196. . . . . ibid.
in Phædr. pr. . . . . p. 52. vi.
Plinius ii. 12. 9. . . . . p. 38.
Plutarchus: Inc. xix - l.
p. 13. in vita Thesei . . . p. 56. xx.
27. . . . . p. 75. lxxi.
35. . Romuli . . . p. 20. ii.
53. . Lycurgi . . . p. 56. xxi.
115. . Themistoclis . . . p. 64. xl.
315. . Marcelli . . . p. 57. xxii.

Plutarchus: Inc. xix - l.

p. 422. . Marii . . p. 57. xxiii.
523. . Niciæ . . p. 58. xxiv.
909. . Demetrii . . p. 48
Tom. ii. p. 17. C. de audiendis poetis . p. 18. i.
65. B. de discrim. adul. . p. 58. xxiv.
68. C. D. . . . - - xxv.
86. A. de profect. in virt. . p. 80. lxxxvi.
88. B. de util. ex inim. cap. . p. 58. xxvi.
91. A. . . . . p. 12. ii.
— E. . . . . p. 59. xxvii.
104. A. de consolat. ad Apollon. - - xxviii.
109. A. . . . . p. 34. ii.
116. D. . . . . p. 59. xxix.
120. C. . . . . p. 17. i. et 19. ii.
167. C. de superstit. . p. 69. l.
— E. . . . p. 59. xxx.
232. E. Apophthegm. Lacon. . p. 107
318. A. de Fort. Rom. . p. 60. xxxi.
322. C. . . . - - xxxii.
347. F. de Glor. Athen. . p. 39
349. C. . . . p. 107
350. A. . . . p. 45. et p. 64. xl.
365. A. de Iside et Osiride . p. 60. xxxiii.
394. A. de E. apud Delphos . p. 61. xxxiv.
397. A. de Pyth. orac. . p. 31. vi.
403. A. . . . . p. 62. xxxiv.
405. B. . . . . - - xxxv.
413. C. de Orac. def. . p. 60. xxxiii.
415. D. . . . . p. 96. cl.
417. C. . . . . p. 62. xxxvi.
451. D. de virt. mor. . p. 63. xxxvii.
456. E. de cohib. ira . - - xxxviii.
457. B. . . . . p. 64. xxxix.
472. C. de tranquill. animi . p. 63. xxxvii.
477. B. . . . p. 50. iii.
480. B. C. de fratrum amore . p. 50. iii.
483. D. . . . . p. 63. xxxvi.
550. A. de sera num. vindicta . p. 56. xix.
552. B. . . . . p. 64. xl.
558. A. . . . . p. 12. ii.
562. A. . . . . p. 64. xli.
567. F. . . . . p. 65. xlii.
602. E. de Exilio . - - xliii.
617. C. Quæst. Conv. i. 2. . p. 77. lxxviii.
618. B. . . . . p. 56. xix.
623. B. . . . p. 63. xxxvi.
643. D. . . ii. 10. p. 66. xliv.
673. F. . . v. 3. . p. 60. xxxiii.

Plutarchus Tom. ii. p. 704. F. C. Quæst. Conv. vii. 5. p. 68. xlix.
705. F. 706. A. . . . p. 66. xlv.
706. D. E. . . . p. 62. xxxvi.
745. A. . . ix. 14. p. 60. xxxiii.
746. B. . . . . p. 69. l.
747. D. . . . 15. . . ibid.
748. A. B. . . . . p. 25. vi.
751. D. Amator. . . p. 69. l.
757. F. . . p. 60. xxxiii. et p. 96. cl.
761. A. B. . . . . p. 106
763. C. . . . . p. 107
780. C. ad Princip. indoct. . . p. 48
783. A. an seni ger. resp. . p. 66. xlvi.
787. B. . . . . p. 56. xxi.
789. E. . . . . ibid.
798. D. Præcepta ger. reip. . p. 66. xxvii.
807. C. . . . . p. 56. xix.
826. A. de monarchia . p. 80. lxxxvi.
867. C. de Herod. malign. . . p. 64. xl.
916. B. Quæst. nat. . p. 67. xlviii.
919. . . . p. 96. cl.
923. C. de facie in Luna . . p. 27
927. A. B. . . . . p. 56. xix.
931. E. . . . p. 38
975. D. de sollert. animal. . p. 66. xlvi.
978. D. E. . . . p. 67. xlviii.
984. C. . . . p. 68. xlix.
1007. B. Platon. Quæst. . - - l.
1030. A. de animæ procreat. . p. 31. vi.
1057. D. de Stoic. rep. p. 12. 40. 95. clviii.
1065. F. adv. Stoic. . p. 56. xix.
1075. A. . . p. 59. xxx.
1102. E. non suav. viv. sec. Epic. p. 61. xxxiv.
1130. C. de occulte viv. . . p. 18
1133. B. de Musica . p. 55. xviii.
1134. A. . . . p. 29. et 32
1136. C. . . . p. 35. viii.
—— E. . . . . p. 14
1137. F. . . . . p. 15
1140. F. . . . p. 7. iv.
Pollux iii. 17. . . . . p. 80. lxxxviii.
Polybius iv. 31, 6. . . . p. 52. vii.
Porphyrio ad Horat. . . . . p. 39
Porphyrius de Abstin. i. 36. . . . p. 51. v.
iii. 16. . . . p. 28. vi.
de fontibus Nili p. 364. . . . p. 107
Priscianus lib. vi. p. 705. . . . p. 78. lxxxiv.
de metris comicis . . . p. 104. cxc.
Probus: ad Ge. i. recitat vs. 3. Ol. i.

Proclus. v. Schol. in Hesiod.
Chrestomath. . . . . p. 40
Quinctilianus Inst. Or. viii. 6. . . . p. 32. xi.
ix. 2. . . . . p. 106
x. 1. 109. . . . . p. 108.
Scholiastes Æschyli in Choeph. 323. . . p. 94. cxlv.
in Eumenides 2. . . . p. 95. cxlvi.
11. . . . cxlvii.
Scholiastes Apollonii Rhodii ad i. 61. . p. 12. et p. 95. cxlviii.
i. 752. . . . p. 22. vi.
411. . . p. 96. cxlix.
1084 et 1086. . . p. 35. vi.
ii. 479. . . . p. 96. cl.
iii. 1241. . . . p. 42. iv.
At Sch. 1242. spectat ad Pyth. iv. 246.
Scholiastes Arati in Phænom. 10. . . . p. 38.
282. . . . p. 81. xc.
Scholiastes Aristidis. v. Aristides.
Scholiastes Aristoph. ad Plut. 9. . . . p. 32. x.
210. . . . p. 97. cli.
Nub. 223. . . . clii.
298. . . . p. 45. x.
591. . . . p. 90. cxvi.
Aves 925. 931. 937. . . p. 4. i. et p. 106.
Equ. 623. . . . p. 97. cliii.
1261. . . . p. 28. v.
1326. . . . p. 45. x.
Acharn. 61. . . . p. 98. cliv.
637. . . . p. 45. x.
720. . . . p. 15.
944. . . . p. 89. cxix.
Scholiastes Aristoph. ad Vesp. 307. . . p. 98. clv.
Pac. 152. . . . p. 89. cxix.
698. . . p. 62. xxxv.
Scholiastes Euripidis ad Orestem 1621. . p. 98. clvi.
ad Hippol. 265. . . p. 59. xxix.
ad Phœniss. 398. . . p. 62. xxxv.
689. . . p. 98. clvi.
ad Medeam 476. . . . p. 44. vi.
Schol. in Hesiodum: Proclus p. 103. . . p. 98. clvii.
Tzetza . . p. 98. cxviii. et p. 46. x.
Schol. brev. ad Homeri Iliad. ϰ. 435. . . p. 99. clviii.
π. 234. . . . p. 35. vii.
φ. 194. . . . p. 99. clix.
Odyss. ϰ. 3. . . . p. 26. ii.
Schol. Ven. A. ad Iliad. α. 1. . . . . 99. clx.
A. B. Lips. 9. 368. . . . clxii.
ϰ. 435. . . . . clviii.
A. B. λ. 227. . . . . p. 23. ii.

Schol. Ven. etc. B. o. 137. . . p. 99. clxiii. et p. 108.
A. ϱ. 98. . . . p. 99. clxiv.
φ. 194. . . . clix.
χ. 51. . . . p. 100. clxv.
Lips. α. 469. . . . clxvi.
β. 367. . . . p. 35. clxi.
γ. 307. s. 366. . . . p. 100. clxvi.
ζ. 24. . . . p. 99. clxi.
κ. 252. . . . p. 100. clxvi.
Scholiastes Lycophronis 440. . . . p. 99. viii.
480. . . . p. 96. cl.
Scholiastes Pindari: Inc. clxvii-clxxxii.
Ol. i. 26. . . . p. 35. viii.
127. . . . p. 22. vi.
ii. 16. . . . p. 100. clxvii.
vi. 152. . . . p. 42. iv.
viii. 64. . . . p. 100. clxviii.
92. . . . p. 58. xxvi.
x. 17. . . . p. 100. clxix.
58. . . . p. 101. clxx.
xiii. 25. . . . p. 41. ii.
Pyth. ii. pr. . . . p. 45. xi.
31. . . . p. 98. clvi. et 101. clxxi.
127. . . . p. 4. et p. 6. i.
128. . . . p. 101. clxxii.
iii. 139. . . . p. 15.
iv. 4. . . . p. 101. clxxiii.
25. . . . clxxiv.
106. . . . p. 102. clxxv.
207. . . . clxxvi.
288. . . . p. 32. viii.
313. . . . p. 102. clxxvi.
318. . . . p. 28. v.
408. . . . p. 98. clvii.
vii. 18. . . . p. 17.
viii. 53. . . . p. 102. clxxvii.
77. . . . clxxviii.
ix. 89. . . . p. 29. i.
160. . . . p. 58. xxvi.
xi. 5. . . . p. 34. iv.
xii. 45. . . . p. 35. viii.
Nem. ii. 16. . . . p. 44. viii.
77. . . . p. 91. cxxviii.
iii. 60. . . . p. 103. clxxix.
vii. 1. . . . p. 3. i. et p. 4. i.
87. . . . p. 103. clxxxii.
89. . . . clxxx.
94. . . . p. 27. iii. et p. 33.

Scholiastes Pindari: Nem. vii. 103. . . p. 103. clxxxii.
116. . . . p. 32. ix.
ix. 35. . . . p. 47.
x. 1. . . . . p. 40.
xi. pr. . . . p. 36.
Isthm. v. pr. . . p. 103. clxxxiii.
Scholiastes Sophoclis ad Œdip. Tyr. 894. . . p. 103. clxxxiv.
Trachin. 175 . . . p. 35. vii.
Argum. Ajacis . . p. 103. cxxxv.
Scholiastes Theocriti: i. 1. . . . . p. 15.
ii. 10. . . . . p. 15.
iii. 13. . . . . p. 96. cl.
v. 14. . . . p. 15.
vii. 103. . . . . p. 25. v.
Seneca Nat. Qu. vi. 26. . . . . p. 27.
Servius ad Virgilii Ge. i. 14. . . . p. 104. clxxxviii.
16. . . . . clxxxix.
Æn. x. 138. . . . . p. 33.
Sextus Empiricus . . . . p. 80. lxxxix.
Stephanus Byz. Ἀπίσας . . . . p. 87. cix.
Τιλφοῦσσα . . p. 50. xiv. et p. 87. cx.
Stobæus: Eclog. phys. iii. 19. . . . p. 62. xxxv.
Serm. xliv. . . . . p. 48.
lix. . . . . p. 57. xxiii.
cxli. . . . . p. 21. iv.
clxvii. . . . . p. 23. ii.
ccxi. . . . . p. 87. cxi.
ccxxiv. . . . . p. 52. vii.
ccxlix. . . . . p. 22. v.
cclvi. . . . . p. 87. cxii.
cclxii. . . . . p. 88. cxiii.
Strabo iii. p. 232. . . . . p. 54. xi.
258. 260. . . . p. 54. xii.
vi. p 412. . . . . p. 5, 6. 106.
416. A. . . . . p. 76. lxxiv.
vii. p. 494. C. 495. A. . . . . p. 42. iv.
505. . . . . p. 35. vii.
506. . . . . p. 54. xiii.
ix. p. 620. . . . . p. 42. v.
630. . . . p. 54. xiv. et p. 87. cx.
632. . . . . p. 54. xv.
633. . . . . p. 108.
642, 643. . . . . p. 34. iii.
646. . . . . p. 95. cxlvii.
659. . . . . p. 55. xvi.
x. p. 719. A. B. . . . p. 43. vi. et p. 107.
742. 3. . . . p. 26. ii.
xii. p. 819. . . . . p. 55. xvi.
xiii. p. 930. . . . p. 7. v.

Strabo xiv. p. 952. . . . . p. 55. xviii.
xv. p. 1038. . . . . p. 108.
xvii. p. 1154. . . . . p. 78. lxxxiv.
Suidas: Ἀθηναῖος . . . . . p. 13, 14. iii.
αἰθὴρ . . . . . p. 89. cxvi.
ἀρέσχνη . . . . . ibid.
βασιλεὺς . . . . . p. 98. cliv.
βλησχρὸς . . . . . p. 18. i.
ἐλασίβροντα . . . . . p. 97. cliii.
ἐπίτιμος . . . . . p. 90. cxxiv.
Ἥρας δεσμοὺς . . . . . p. 89. cxvii.
Ἰοστέφανος: spectat ad p. 74. x. Dithyr.
κατωπάρα . . . . . p. 89. cxix.
παλινάγρετος . . . . . p. 44. vii.
ῥιπὸς . . . . . p. 62. xxxv.
Synesius: laud. Calvit. . . . . p. 76. lxxiv.
de Insomniis p. 149. . . . p. 50. iii.
Tertullianus de corona mil. . . . p. 104. clxxxvii.
Themistius Or. vii. pr. ad Ol. vi. pr.
viii. pr. . . . . p. 50. iii.
xxi. p. 246. A. B. ad Isthm. vi. 14.
Theodoretus (Opp. to. iv.) Serm. i. p. 482. . . p. 82. xciii.
vi. p. 565. . . p. 84. xcviii.
viii. p. 599. . . p. 21. iii.
xii. p. 667. . . p. 51. v.
Theophilus adv. Autolyc. . . . p. 62. xxxv.
Trichas Comment. in Pindar. . . . p. 73. lxii.
Trypho de dialect. Pindari . . . . ibid.
Tzetza: Chil. i. 2. . . . . p. 93. cxxxiv.
593. . . . . p. 2. iii.
vii. 413. . . . . p. 3. i.
ad Hesiodum: v. Schol.
ad Lycophronem: v. Schol.
Zenobius ii. 18. . . . . p. 6. ii.
v. 59. . . . . p. 81. xcii.
vi. 49. . . . . p. 82. xcii.
Zonaras p. 1114. . . . . p. 45. x.
1185. . . . . p. 90. cxxvi.
1305. . . . . p. 9. i.
1415. . . . . p. 53. x.

GODOFREDI HERMANNI

DISSERTATIONES

PINDARICÆ.

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ


ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

PRÆFATIO.

Non minus Heynio, viro de studiis litterarum, si quisquam nostra memoria, eximie merito, quam mihimet ipsi hoc debebam, ut, quum iterum typis describeretur editio Pindari ea, in qua ille pro sua in me voluntate meas esse partes quasdam voluerat, quæ tum scripsi, recognoscerem, et, si quid hodie minus placeret, mutarem atque corrigerem. Sed quum viderem, disputationes illas, præsertim post Boeckhii diligentem operam, ita retractandas esse, ut, etsi jam præteriri multa possent, tamen alia, in quibus ab illo dissentirem, tanto diductius essent explananda, tantæ hoc magnitudinis, tantique laboris opus fore intelligebam, ut non videretur, nisi in recensione nova Pindari recte collocari. Accedebat, quod eo ipso tempore Elementa doctrinæ metricæ edebam, in quibus si non omnia, at præcipua tamen, in quibus mihi discedendum a Boeckhio est, indicata reperientur. Quare contrahendam duxi hanc operam, ita ut, omissis, quæ illo in libro satis explicata viderentur, ea, quæ olim ad Heynium miseram, pro hodierna rei conditione correcta darem: quoque lectorum commoditati consuleretur, quæ in epistola ad Heynium, quinto prioris editionis volumini addita, scripseram, adnotationibus ad ipsa Pindari carmina suis locis insererem. Primæ autem

dissertationi, quæ de metris Pindari est, duas adjeci dissertationes Academicas, quarum prior, quæ est de dialecto Pindari, edita est anno ciɔiɔccclx. altera, in qua de metrorum quorumdam mensura rhythmica disputatur, anno prodiit ciɔiɔccclxv. Utramque ita, ut primo editæ sunt, sine ulla mutatione dare placuit, nisi quod paucas adnotationes adjeci; et priorem quidem eam ob caussam, ut lectores, quoniam sæpe a Boeckhio ea dissertatio commemorata est, quid a me scriptum esset, ne lateret. Additi his duabus dissertationibus in margine sunt numeri paginarum primæ editionis, quibus et ego in iis citandis et Boeckhius aliique usi sunt. Præterea multa in iis, quæ ad fragmenta Pindari contuleram, mutavi: hic illic etiam aliquid iis, quæ Schneiderus et Heynius adnotarunt, inserui, sed ita ut hæc additamenta uncis quadratis distinguerem. Indices aliquot vocabulis auxi, citationesque addidi nonnullas Eustathii.

DISSERTATIO I.

DE

METRIS PINDARI.

ETSI metricarum commentationum subtilitatem non ita seposueram, ut numquam ad eam rediturus essem, non sperabam tamen fore, ut tam brevi ad hanc rem recolendam atque integrandam excitarer. Nam quum hoc genus studiorum non modo operosissimum esse, sed sæpe etiam tædio abundare sensissem, non aliter in eo elaborare constitueram, nisi ut metri restituendi molestias criticæ artis atque interpretationis jucundidate lenirem. Mutatum tamen hoc repente fuit consilium, quum litteræ a Chr. G. Heynio mihi allatæ sunt, plenæ humanitatis ac benevolentiæ, quibus ille gratum sibi fore significabat, si novæ editioni Pindari, quam ipse pararet, disputationem de ejus poetæ metris adjicerem. Quam rem etsi plenam difficultatis et molestiæ esse prævidebam, tamen, quominus eam in me recipere dubitarem, tum ipsa viri celeberrimi honorifica de me existimatio, tum excolendæ etiam perficiendæque artis metricæ haud levis cupiditas effecit. Nam quum in omni scientiæ genere diuturno usu atque assidua exercitatione alia clarius intelligi, alia confirmari, alia refelli, tum nova quoque accedere necesse sit, nolebam hanc mihi opportunitatem eripi, qua, quæ olim de metris scripsissem, crescente exemplorum copia experientiæque tractatione aut corrigi, aut novis incrementis augeri posse viderentur. Itaque quo tutius in omni hoc negotio versarer, principio Pindarum celeri et subitaria lectione perlegi, ut intelligerem, utrum certis quibusdam metris maxime uteretur, an nulla lege, qui ubique apti viderentur, numeros fingeret. Id quum agerem, vehementer miratus sum, nullum in toto Pindaro carmen reperiri, cujus perspecta a criticis numerorum ratio esset. Quod quo facilius tamen fieri poterat in Pindaro, qui et integrior multo tragicis atque Aristophane ad nostra tempora permansisset, et propter antistrophicorum crebrius iteratorum commoditatem apertiores numerorum juncturas haberet: eo certius licet conjicere, quantæ sint iis superandæ difficultates, qui illorum poetarum, quos dixi, numeros emendare student. Neque vero pauci in ipso Pindaro loci sunt, in quibus dubium videatur, quo genere metri usus sit. Quare adumbrata cujusque carminis forma, quam deinde, comparatis inter se aliis similibus

numeris, notataque consuetudine Pindari, corrigerem et conformarem, singula Pindari metra descripsi, e quorum comparatione cognovi, id quod ante suspicatus eram, non admodum multa metra, quæ certam ac stabilem formam haberent, in Pindaro inveniri, in iisque esse quædam, alibi nusquam animadvertissem; cætera omnia eum ad suum sensum, nullaque observata usus constantia effinxisse. Itaque sæpius repetita lectione operam dedi, ut Pindari numeros restituerem, quod quoad fieri possit, infra dicetur, simulque ea, quæ contra metrum vel in libris scripta essent, vel a criticis male illata, indicarem atque corrigerem. Nam qui hactenus Pindari numeros emendare conati sunt, ii non solum multa præterierunt, sed plurima etiam temere novarunt. Quorum primus Erasmus Schmidius, qui majorem a diligentia quam ab ingenio commendationem habet, non est ausus deserere auctoritatem scholiastæ metrici, hominis prorsus indocti. Pauwius autem, homo veterum metricorum erroribus plane imbutus, suam ipsius imperitiam adjunxit. Nec deinde fuit, qui de metris Pindari disputaret, donec Io. Aloys. Mingarellus, Italus, mutanda versuum distributione novam emendandi metri viam aperuit. Hujus tum conjecturas de Pindari odis, Bononiæ a. 1772. editas, tum alias ineditas emendationes, quas Heynius nobis miserat, diligenter consuluimus, in quibus Mingarellus, etsi sæpius veram metrorum rationem assequutus est, tamen, quoniam nesciebat, quæ caussæ essent distribuendorum versuum, ingentem numerum vitiorum ne animadvertit quidem; alia autem dum tollere voluit, novis auxit erroribus. Nec tamen sua laude defraudandus est vir modestissimus, qui quum in illo genere cæteros vicerit, tum nihil erraverit, nisi quod idem cæteri omnes errarunt. Longius, quam Mingarellus, processit Io. Henr. Vossius, qui in versione libri Blackwelliani de vita et scriptis Homeri pag. 181. Scholiastæ metrici commenta plane repudianda existimavit: quamquam ipse in versibus Pindari, quos ibi affert, non est veros numeros assequutus. Nec qui deinde in commentationibus Academiæ inscriptionum Parisiensis t. xlvi. metra Pindari se correcturum professus est, Vauvilliers, magnam exspectationem concitavit. Qui quæ in hoc genere specimina edidit, in iis uti quædam vera, ita plurima quum in metro tum in prosodia quoque falsissima sunt.

Nimirum ubi nova planeque ad arbitrium poetarum composita metra indaganda sunt, certa quadam via et ratione utare necesse est, qua, ubi incipiant versus, ubi finiant, cognoscas. In hac enim re maxime peccatum in melicis carminibus invenimus: quam si quis probe cognitam habet, de cæteris non est quod magnopere laboret. Descripto enim versuum ambitu, cætera ex iis, quæ cujusque numeri propriæ leges sunt, facile perspiciuntur. Quo magis oportet curam adhibere, ut hanc omnem rationem, sine qua nihil in hoc genere certi est, diligenter explicemus. Quæ quoniam prætermissa ab nobis est in iis, quæ superiore anno de metris poetarum Græcorum et Romanorum scripsimus, hic de ea clare atque accurate dicendum putavimus. Nam et res ipsa facilius intelligetur, si omnia in unum locum congesta uno conspectu intueri licebit, et commodo etiam consuletur lectorum nostroque, si semel explicatis legibus, quas in disponendis Pindari versibus sequuti sumus, in singulis carminibus repetitionis tædium vitabimus. Itaque in altera hujus disputationis parte, descriptis uniuscujusque carminis metris, ea, quæ in ipso poeta vitiosa videbantur, corrigere studuimus. In qua re insigni comitate usi sumus Heynii, qui quum metri tantummodo curam nobis demandasset, tamen etiam, si quid præter metri necessitatem mutandum censeremus, id silentio ab nobis præteriri noluit. Ac numeramus hoc in recreationis et

prope etiam beneficii loco, quod fessis nobis metrorum pervestigatione, quam exilem, si quis unice in ea elaboret, et liberali ingenio non satis dignam censemus, ad jucundiora artis criticæ studia redire licuit. Itaque in adnotationibus nostris hanc rationem tenuimus, ut, quæ corrigenda nobis viderentur, omnia indicaremus, nec nisi necessitate adducti ad interpretationem accederemus, quæ, dummodo lectio perpurgata sit, pro cujusque sensu atque arbitrio institui potest. Sequuti autem sumus in hac tota dissertatione novissimam recensionem Heynii, quæ quo magis cæteris omnibus præstat, eo majus mutationum, metricarum præsertim, quæ in cæteris recensionibus innumerabiles futuræ erant, fecimus compendium. Quamobrem sæpissime nihil monitum est, ubi recepta lectio ad vulgarem quidem metrorum rationem non congrueret, sed cum nostra tamen descriptione conspiraret.

II.

De interpunctione.

Sed dicatur jam de iis, quæ veræ sunt ac genuinæ versuum distribuendorum caussæ. In quibus primo loco commemoranda interpunctio est, orationisque terminatio. Quæ etsi non magnam vim habent in finibus atque initiis versuum inveniendis, haud tamen spernenda earum admonitio est. Sæpissime enim, ut par est, ubi versus et numeri terminantur, ibi etiam orationis aliqua incisio et pausa fit. Neque enim sine quadam molestia, ubi numeri ulterius progrediuntur, finiri oratio potest; nec contra, quum desinunt numeri, recte continuabitur orationis circuitus. Quod quemadmodum ii poetæ, qui elegiaco carmine usi sunt, observarunt, ut singulis distichis singulas verborum complexiones includerent, ita lyrici etiam poetæ eamdem legem tenuere. Nec tamen in ea religiosius inhærendum putarunt: magnaque adhibenda cautio est, ne temere orationis incisionibus accommodare numeros laboremus. Nam ut elegiaci poetæ sæpius ab illa æquabilitate recesserunt, ita lyrici jure suo longe sunt in hac re liberiores, quorum et dicendi genus concitatius est atque ab elegiacorum moderatione prorsus alienum, et numeri sæpe inter se dissimillimi sunt, ac leni illo atque æquabili decursu vacui. Unde haud raro ne in stropharum quidem descriptionibus oratio se continet, sed partem, quæ reliqua est, ad sequentes numeros transmittit. Itaque etsi, quæ hinc ducitur versuum disponendorum ratio, lubrica admodum est atque incerta, non debebat ea tamen præteriri, quia sæpe modo sola per se, tum aliis etiam adjuncta caussis veram versuum terminationem prodit.

III.

De ultima versuum syllaba.

Major vero, immo maxima causa dividendorum versuum in ancipitum syllabarum notatione posita est, quæ quum sæpe anacruseos iambicæ sedem indicant, tum vero magis etiam, ubi fines versuum constituendi sint, ostendunt. Nam, ut in libro de metris demonstravimus, et iambici anacrusis, et versuum quorumvis extrema syllaba mensuram incertam habet, præterquam in iis versibus, quorum

aliquammulti nno numero, qui systema vocatur a grammaticis, comprehensi sunt. In Pindaro quidem hæc istarum syllabarum ambiguitas adeo hactenus ignorata jacuit, ut fuerint, qui inde laudem parare Pindaro vellent, qui ita diligens metrorum observator fuisset, ut ne ea quidem, quæ quisque poeta summo jure sibi concessa putasset, admittere auderet. Qui error inde natus est, quod istæ syllabæ pleræque omnes metricorum imperitia, a quibus vulgata versuum descriptio profecta est, in mediis versibus delitescebant, ut, quum in alia numerorum distributione et fines versuum et media vitio caritura fuissent, nunc extrema sæpe integra sint, media vel teterrimis hiatibus, vel fulcris, vel aliis insanabilibus corruptelis deformata reperiantur. Vitandus autem est in finibus versuum indagandis error admodum vulgaris, atque ab omnibus criticis commissus, in quem me ipsum incidisse, quum superiore anno de metris scriberem, hoc magis indignor, quod in illo libro ea tradidi, quæ talem a me negligentiam maxime removere debebant. Sed non decet adversus alios severum, erga se ipsum clementem esse. Quare lubens ac volens ob istos errores piacularem me esse agnosco, nec, siquid erravi, retractare et corrigere piget. Etenim in libro primo de metris cap. xx. demonstravi, quælibet vocabula, pariter atque ipsos versus, suum quemdam numerum habere, ejusque numeri eamdem, quæ in cæteris numeris est, legem esse, ut ultima syllaba stabili mensura careat, quæ autem mediæ syllabæ sunt, earum certa mensura atque immutabilis sit; ob eamque rem, si quando brevis syllaba producenda esset, eam syllabam non posse ex iis esse, quarum constans esset et certa mensura. Id quum esset verissime dictum, non debebat negligi, quum in libro tertio de versibus asynartetis et tragicorum choris disputarem. Facile enim intelligitur, quum vocabula in duos versus distrahenda sunt, id non posse aliter fieri, nisi sic, ut in fines versuum eæ syllabæ incidant, quæ plane congruant cum descriptione metrorum. Aliter enim et metrum violaretur, et qui in ipsis vocabulis numerus inest, penitus interiret, atque aurium quoque summus consequeretur cruciatus. Nam si cujusvis versus ultimam syllabam certa mensura carere contendimus, id hanc vim habet, ut, cujuscumque mensuræ ultima syllaba sit, ea pro metri cujusque natura, si longa requiritur, produci, si brevis, corripi existimetur, sive ita revera sit, sive non sit. Itaque quum hexametrum dactylicum in dactylum exire dicimus, ultima brevis habebitur etiam in hoc versu Sophoclis in Œdipo Rege 164.

εἴ ποτε καὶ προτέρας ἅτας ὕπερ ὀρνυμίνας πόλει.

Contra quum iambicum trimetrum iambo finiri censemus, pro longa habere conveniet ultimam in hoc versu:

ἀεὶ μὲν, ὦ παῖ Λαρτίου, δίδορκά σε.

At istæ syllabæ non solum propterea sunt ancipites, quia in finem versuum incidunt, verum etiam quia in ipsis vocabulis eum locum obtinent, qui propter numerum, qui etiam sine versu in vocabulis natura inest, mensuræ nullam notationem habet. Quare sedulo curarunt poetæ, ut mediæ vocabulorum syllabæ, quum in fines versuum incidunt, omni carerent ambiguitate, atque examussim cum metri lege convenirent. Ita quum Pindarus Olymp. iii. 28. scripsit:

δᾶμον Ὑπερβορέων πείσαις Ἀπόλ-
λωνος θεράποντα λόγῳ,

prior versus non est dactylicus tetrameter, quia ultimus pes nullo pacto pro dactylo haberi potest. Etenim in dactylico si pars vocabuli in sequentem versum rejicienda erat, necessario ultima syllaba natura brevis esse debebat, ut apud Sophoclem in Œdipo Coloneo v. 243.

τοῦ 'μοῦ ἄντομαι, ἄντομαι, οὐκ ἀλα-
οῖς προσορωμένα ὄμμα σὸν ὄμμασιν.

Quare vehementer erravi, quum in libro de metris p. 266. Æschylo in Agamemnone v. 134. istud vitium affinxi, qui locus ita scribendus erat:

οἰωνῶν βασιλεὺς βασιλεῦσι νε-
ῶν ὁ κελαινὸς, ὅ τ' ἐξόπιν ἀργᾶς
φανέντες ἵκταρ μελάθρων,

et quæ sequuntur. Antistrophica autem sic oportebat corrigere:

οἷον μή τις ἄγα θεόθεν κνεφά-
σῃ προτυπὲν στόμιον μέγα Τροίας
στρατῳθέν.

Scholiastes ibi non videtur τὶς habuisse. Eadem vero ratio etiam in commissuris versuum asynartetorum obtinet. Quamobrem recte Archilochus ap. Hephæst.

καὶ βήσσας ὀρέων δυσπαιπάλους, οἷος ἦν ἐφ' ἥβης.

Simonides autem, diviso in junctura vocabulo, dactylo puro usus est:

τῶν ἐχορήγησιν κύκλον μελίγηρυν Ἱππόνικος.

Contra, ubi metri ratio longam in fine versus syllabam requirit, non potest ea in medias vocabulorum breves syllabas incidere, quæ nullo pacto ancipites esse possunt. Idque aures magis etiam adspernantur, quam in exemplis supra allatis longam pro brevi. Sic in Æschyli Persis v. 855. hi versus leguntur:

πρῶτα μὲν εὐδοκίμου
στρατιᾶς ἀπειφαινόμεθ', ἠδὲ νόμι-
μα τὰ πύργινα πάντ' ἐπεύθυνον,

ubi quis, obsecro, νόμιμα media producta ferendum putabit? Scribendum, ἠδὲ νομίσματα πύργινα. Hujus generis vitia in Pindaro ubique reperiuntur. Ita in Pyth. ii. stropharum versus 12. ex vulgari dispositione hanc formam habet.

υ υ υ - υ υ - υ υ -

At qualis est quæso versus 27.

κελαδέοντι μὲν ἀμφὶ Κινύ-
ραν πολλάκις φᾶμαι Κυπρίων.

aut versus 100.

ψογερὸν 'Αρχίλοχον βαρυλό-
γοις ἔχθεσιν πιαινόμενον.

aut 115.

κελαδέων. νεότατι μὲν ἀ-
ρήγει θράσος δεινῶν πολέμων.

aut 144.

ἅτε γὰρ εἰνάλιον πόνον ὀ-
χοίσας βαθὺ σκευᾶς.

Atque in hoc quoque genere multa a nobismet ipsis peccata sunt in libro de metris. Ut p. 256 in Oreste Euripidis v. 320. ubi errore memoriæ Ἐριννύες scripsi pro Εὐμενίδες.

IV.

De numero vocabulorum.

Præterea, quum in duos versus distrahuntur vocabula, etiam numerus, qui in ipsis vocabulis inest, suam vim habet. Quem licet Græci poetæ non ita servarint, ut apud Romanos ii, qui fabulas docuere, magnam tamen curam adhibendam existimarunt, ne eum plane obscurari atque intercidere paterentur. In quo genere si quando negligentiores fuerunt, quod omnibus omnium gentium poetis accidit, ii loci in vitiis numerandi sunt, neque eo valent, ut ad defendendam criticorum inertiam exemplorum vim habeant. Hic enim numerus, in quo maxima sermonis perspicuitas pronunciationisque elegantia continetur, etiam in versibus diligenter observandus est: quo neglecto ita discerpuntur ac lacerantur vocabula, ut etiam in religiosissima mensuræ subtilitate vix intelligi queant. Id maxime in comicis Latinis animadvertere licet, quos ante Bentleium qui corrigere conati sunt, ii eos sordidissima fœditate contaminarunt, in iisque ipse M. Ant. Muretus, homo elegantissimus, qui quibus tormentis Plautum distenderit, luculentissima documenta exstant in ejus variis lectionibus v. 6. xv. 13. xvi. 14.

Sed pergamus de numero vocabulorum exponere. Ac quum in unoquoque vocabulo omnes syllabæ, ut partes ejus, arctissime potius conjungendæ, quam longis quibusdam intervallis divellendæ sint, consentaneum est, numerum in quolibet vocabulo maxime concinnum esse, ut sine ullis impedimentis ab initio usque ad finem continuari queat. Quare longe ad aurium voluptatem suavissimus in vocabulis numerus est, qui ex uno sive simplici sive periodico ordine constat. Sed quum diversi in uno vocabulo ordines sunt, ii duplici tantum ratione recte, et ut auribus placeant, conjungi possunt. Nam aut novi ordines ipsa sua arsi post præcedentium ordinum thesin succedunt, ut in hoc, ἐμπεδόσθενια, aut ordines arsi terminatos statim arsis aliorum ordinum excipit, ut in hoc, ὑπάπίστορις. Qui præterea excogitari possunt ordinum conjungendorum modi, hi sunt, ut ordinem vel arsi vel thesi terminatum alius ordo cum anacrusi sequatur. Cujus rei in nullo quoquam vocabulo exemplum occurrit, nisi siquod vocabulum aut negligentia poetarum in versibus inepto loco positum est, aut antispasticæ quædam compositiones idoneam excusationem afferunt. Nam si aurium probationem sequimur, quæ certissima in hoc genere dux est, facile animadvertimus, admodum hiulcam ac pene nullam effici ordinum conjunctionem, ubi anacrusis in junctura sit. Ita in vocabulo Ἀπόλλωνος Olymp. iii. 28.

δᾶμον Ὑπερβορέων πείσαις Ἀπόλ-
λωνος θεράποντα λόγῳ,

et in ἀπείρῳ Nem. iv. 82.

Φθία. Νεοπτόλεμος δ' ἀ-
πείρῳ διαπρυσία.

Hujus rei caussa in ipsa anacruseos natura posita est, quæ omnem numerorum conjunctionem plane evertit. Nam quum anacrusis pars sit ordinis principio infiniti, omnia quæ eam antecedunt, siquidem eodem cum ipsa numero comprehendantur, ejusdem ordinis aliquæ partes sint necesse est. Atqui sic, quæ anacrusis putabatur, jam e præcedente arsi penderet, neque amplius esset anacrusis, sed thesis præcedentis ordinis: ut ista vocabula sic legenda sint, Ἀπόλλω | νὸς, ἄπει | ρῳ, non Ἀπόλ | λωνὸς, ἄ | πειρῳ. At vero id prohibet metri locus, in quo collocata sunt, qui necessario syllabam, quæ ante ultimam est, in anacrusi esse postulat. Quod si hæc vere anacrusis est, negamus ullam utriusque numeri conjunctionem cogitari posse. Necessario enim requiritur ad ordinum conjunctionem, ut, ubi prior finitus sit, ibi alter incipiat, quod tum fit, quum secundus ordo ipsa arsi incipit. Sin vero ab anacrusi initium capit, non potest ibi incepisse dici, ubi prior defecerit, sed longe prius, quia anacrusis infiniti antrorsum ordinis pars est. Quare necessario major in pronunciatione pausa fit, quo indicetur, continuari et conjungi ordines non posse. Nec, qui hanc anacrusin voce exprimere vult, aliter pronunciare poterit. Atqui hac pausa vehementer distrahuntur vocabula atque asperrime ad aurem accidunt. Quamobrem in communi sermonis usu ista numeri ratio numquam occurrit: quæ quum in versibus adhibetur, ea non consuetudo est poetarum, sed negligentia.

Ex his clarum est, non nisi tum recte in extremis versibus dividi vocabula, quum alter versus ab arsi incipit. Hoc enim quum fit, nihil plane detrimenti capit vocabulorum numerus, sive in arsin, sive in thesin prior versus exierit, ut in his, Pyth. i. 79.

ἐκ θεῶν γὰρ μαχαναὶ πᾶ-
σαι βροτέαις ἀρεταῖς,
καὶ σοφοὶ καὶ χερσὶ βια-
ταὶ περίγλωσσοί τ' ἔφυν.

Eaque verborum dividendorum ratio, ut par est, frequentissime usurpatur.

Reliquæ omnes parcius adhibentur, quæ sunt in iis versibus, quorum posterior ab anacrusi incipit. Atque ex his etiam quo quæque durior est et molestior, eo rarius invenitur. Earum duo genera sunt, primum, si prior versus in arsi terminatur, alterum, si in thesin exit.

Atque in priore genere duæ occurrunt vocabulorum divisiones, quarum prima est, quum pars vocabuli e priore versu redundans non modo anacrusin sequentis versus, sed etiam thesin complectitur, ut in hoc, quod vulgo legitur Nem. x. 80.

Σικυωνόθε δ' ἀργυρω-
θέντες σὺν οἰνηραῖς φιάλαις ἐπέβαν.

In quo etsi incommoda in medio verbo anacrusis est, habet tamen hæc divisio aliquid excusationis, quia posterior vocabuli pars non est omni numero destituta.

Multo enim pejor est altera divisio, in qua pars vocabuli in sequentem versum conjecta in sola anacrusi consistit, ut in hoc, quod vulgo est Pyth. iii. 97.

ἔτραπεν κἀκεῖνον ἀγάνορι μι-
σθῷ χρυσὸς ἐν χερσὶν φανείς.

Nam ultima syllaba verbi μισθῷ non solum eo, quod anacrusis in medium vocabuli numerum inducitur, injucunda est, verum etiam plane vitiosa, quia, si quidem, ut par est, solum vocabuli numerum spectes, anacrusis illa nullam arsin habet, quæ manifesta ἀῤῥυθμία est.

Alterum genus divisionum, in quo thesin excipit anacrusis, etiam majorem plerumque molestiam atque asperitatem habet. Vehementius enim aures interruptionem numeri sentiunt, thesi anacrusin antecedente, propterea quod, licet anacrusis natura sua pars theseos cujuspiam sit, continuari tamen cum præcedente thesi tamquam pars ejus non potest, sed interrupta pronunciationis perpetuitate ab ea divellenda est. Cuinam enim quæso, placere potest, quod Pyth. viii. 129. vulgo legitur,

ὑποπτέροις ἀνο-
ρέαις.

At enim ibi male dispositi versus sunt, quum sic scribi deberet,

ὑποπτέροις ἀνορέαις.

Multo autem in hoc genere molestius illud est, si in thesi brevis syllaba, in anacrusi longa est, ut vulgo Isthm. vi. 110.

χρυσοπέπλου Μναμοσύνας ἀνέ-
τειλαν παρ' εὐτειχέσιν Κάδμου πύλαις.

Quod eo fit, quia, si vocabuli numerum spectas, quæ nunc anacrusis est, necessario arsis esse debebat. Nec multum differt, si etiam thesis longam syllabam habet, ut Nem. iv. 82.

Νεοπτόλεμος δ' ἀ-
πείρῳ διαπρυσίᾳ.

Nam etsi vocabulum ἀπείρῳ etiam in prima syllaba arsin, atque in secunda thesin habere potest, tamen, quoniam prima nunc in thesi est, arsis in mediam debebat incidere. Hoc igitur vitiosior est divisio, quum arsis in anacrusin mutatur, quacum nihil plane commune habet, quam quum thesis, quæ cognata anacrusi est, ejus naturam induit, ut supra in ἀνορέαις, in quo syllaba, quæ est ante ultimam, nulla ratione arsin habere potest. Contra lenissima in hoc genere ea divisio est, in qua thesis longam, anacrusis autem brevem syllabam habet, ut in hoc, Olymp. iv. 16.

χρονιώτατον φάος εὐρυ-
σθενέων ἀρετᾶν,

aut Nem. iii. 61. ubi sic vulgo,

Λαομέδοντα δ' εὐρυ-
σθενὴς Τελαμών.

Id enim in se ipsum excusationem continet, quia, quum thetici soni eamdem mensuram habere debeant, tertia a principio syllaba nullo pacto ad thesin referri potest. Ac lenior etiam numerus exsistit, si verbum non ultra anacrusin monosyllabam procedit, ut Pyth. viii. 20.

Τυφὼς Κίλιξ ἑκατόγκρα-
νος οὔ μιν ἄλυξεν,

et x. 22.

Ἄρεος ὅπλοι-
σι· θῆκε καὶ βαθυλείμων' ὑπὸ Κίρρας ἀγών.

Hic enim eadem prope pronunciandi ratio adhibetur, quæ extra versum obtinet, quum prima syllaba accentu magis erigitur, quam media. Nec quisquam, puto, erit, quin sentiat, durissime vulgo producta ultima syllaba legi,

Ἄρεος ὅπλοι-
σιν· θῆκε καὶ βαθυλείμων' ὑπὸ Κίρρας ἀγών.

Sed hunc quidem locum plane perpurgavit Aldus, e quo reponendum,

Ἄρεος ὅπλοις·
ἔθηκε,

et quæ sequuntur.

Longe autem gravissimum in hoc genere vitium est, si vocabula ita dividuntur, ut neutra pars arsin habeat, quo omnem omnino numerum amittunt. Quod etsi magno studio vitarunt poetæ, non desunt tamen exempla, in quibus etiam hanc numeri asperitatem admiserint. Atque in Pindaro quidem, in quo hujus generis vitia innumerabilia expulimus, hi tamen loci, in quibus non librarii, sed ipse peccavit, relinquendi erant: Olymp. i. 3.

ἅτε διαπρέπει νυ-
κτὶ μεγάνορος ἔξοχα πλούτου.

et 161.

ὕπατον ἔρχεται παν-
τὶ βροτῷ.

Pyth. viii. 63.

ἐκ πατέρων παι-
σὶ λῆμα.

xi. 83. corrupta lectio est,

ἀμύνοντ' ἄ-
τα. εἴ τις ἄκρον ἑλών.

Isthm. viii. 23. autem,

ἀτόλματον Ἑλλάδι μόχθον· ἀλλ' ἐ-
μοὶ δεῖμα μὲν παροιχόμενον·

adnumerandum videtur iis locis, qui propter pravas lectiones male dispositos versus habent. Eadem ratio est in commissuris versuum asynartetorum. Quare etiam in his cautio adhibenda est, ne temere admittamus quidquam, quo numerus vocabulorum lædatur. Quamquam hic quoque acri judicio opus est, ne quis ipsorum poetarum errores corrigere velit: immo interdum ejusmodi errores etiam restituendi sunt, ubi librariorum negligentia eos evanuisse patet.

V.

De hiatibus.

Denique etiam de hiatibus exponendum est, qui permagnum in distribuendis versibus momentum habent. Atque in hac quoque re sæpenumero miratus sum, quid esset, quod critici ea, quæ aures vehementer excruciant, ne animadvertere quidem videantur, ea autem, quæ nihil usquam offensionis habent, prorsus intolerabilia esse contendant. Inde mira quædam fulcrorum commenta orta sunt, quibus tantum abest, ut genuinam antiquis poetis scripturam restitui credam, ut potius consuetudinem poetarum violari, insignemque elegantiæ poeticæ partem corrumpi existimem. Nam si quis subactis assidua exercitatione auribus diligentius morem poetarum notaverit, is facile intelliget, etiam hiatuum doctam quamdam et subtilem rationem esse, quæ adeo paucis regulis comprehendatur, ut, quid recte in hoc genere, quid perperam fiat, nullo plane negotio perspici possit.

Duo enim sunt genera hiatuum, primum in vocali brevi, alterum in longa vocali vel diphthongo.

Ex his ii hiatus, qui sunt in brevi vocali, sive eam alia vocalis brevis, sive longa, sive etiam dipthongus sequatur, ex epica poesi in lyricam venere, maxime ubi vel digamma usurpare antiquissimi solebant, vel ab apostropho sibi temperabant. Ac sane non modo parum offensionis hoc genus hiatuum habet, sed sæpe etiam magna in iis est elegantia, propterea quod facile et magna cum vocis volubilitate pronunciantur, plenumque in iis quiddam et sonorum inest.

Longe alia illorum hiatuum ratio est, qui sunt in longa vocali vel in diphthongo. Nam quia in his diutius immoratur vox, pleniorque et crassior sonus inest, callide sunt et perite adhibendi, ne rudi quadam pronunciandi molestia et inurbana rusticitate sermonem deforment. Propterea poetæ diligenter curarunt, ut longam vocalem vel dipthongum aut corriperent, sequente vocali, aut ictu erigerent. Utroque enim modo, si quid in hiatu crassum et rusticum inest, facile occultatur. Etenim si corripitur, perinde est ac si brevis vocalis esset: quo nihil volubilitati pronunciationis detrahitur, ut in his,

οὐδέ τί μοι περίκειται, ἐπεὶ πάθον ἄλγεα θυμῷ,
αἰεὶ ἐμὴν ψυχὴν παραβαλλόμενος πολεμίζειν.

Sin vero ictu excitatur, hoc ipso acumine certior vox atque teretior evadit, ut in hoc,

Ἴλιον ἱκτῆσθαι, ὑναιόμινον στολίεθρον.

Ac Latini poetæ, si quando a Græcis hiatum adsciverunt, utramque sunt rationem sequuti, ut Virgilius,

te Corydon, o Alexi:
Amphion Dircæus in Actæo Aracyntho.

Alia exempla attulit Bentleius ad Horat. iii. Carm. 14, 11. Contra quis non sentit, pinguem planeque agrestem sonum exsistere, quum longa vocalis vel diphthongus in thesi, sequente vocali producitur. Nam quo tardius, et correptionis volubilitate et arseos concitatione remota, iners et languida vox devolvitur, eo plus spatii conceditur auribus ad percipiendam hiatus molestiam. Quod quum latere antiquos poetas non posset, perraro istud hiatuum genus sibi indulserunt, nec ferme nisi in iis versus heroici locis, in quibus pausa aliqua, vel incisio fieri posset. Inde colligitur, ejusmodi hiatus in trochaico genere numerorum aut corruptionis, aut metrorum male descriptorum indicia esse. Sic in Æschyli Choephoris v. 288. hæc leguntur:

καὶ τοῖς τοιούτοις οὔτε κρατῆρος μέρος
εἶναι μετασχεῖν, οὐ φιλοσπόνδου λιβὸς,
βωμῶν τ' ἀπείργειν οὐχ ὁρωμένην πατρὸς
μῆνιν δίχεσθαι, οὔτε συλλύειν τινά.

Quæ si ipsa res non ostenderet corrupta esse, satis id hiatus demonstraturus foret. Ea vero sic corrigenda sunt:

βωμῶν τ' ἀπείργειν οὐχ ὁρωμένην πατρὸς
μῆνιν· δίχεσθαι δ' οὔτε συλλύειν τινά.

Neque accepturum hospitio, inquit, eos quemquam esse, neque una ingressurum in hospitium. Alterum enim οὔτε omisit, ut Pindarus Pyth. x. 46. ναυσὶ δ' οὔτε πιζὸς ἰὼν. In Pindaro autem ubique iste hiatus obtinebat, quem adeo metrici neglexerunt, ut mirum non sit, eos, qui tam luculenta versuum describendorum adminicula contempserint, frustra in metris explicandis laborasse. Nos quidem quoties eum hiatum expulerimus, facile quisque intelliget, comparatis inter ipsas nostra et veteri metrorum ratione. Nam, ut uno exemplo defungamur, nonne prope incredibile est, in xiv. Olympicorum ita digeri versus potuisse,

Καφισίων ὑδάτων λαχοῖ-
σαι, αἵτε ναίετε καλλίπωλον ἕ-
δραν.

Idque hoc magis mirandum est, quod ii, qui hanc rationem sequuti sunt, carmen illud non putarunt antistrophicorum lege scriptum, ut nihil plane esset, quod melius disponi versus prohiberet. Quin illud quoque iis admonitionis loco ess debebat, quod secundus versus, recisa prima syllaba, et adjecta ultima verbi ἕδραν, non ignotum quodpiam et novum, sed notissimum atque usu tritissimum

genus metri haberet, quod Phalæceum hendecasyllabum appellatur. Hos igitur hiatus versuum descriptione mutata plane e Pindaro eliminavimus, nec si qui in metris, quæ nos constituimus, occurrunt, ii ad hoc genus pertinent. Nam aut corripiuntur, si in thesi sunt, ut Ol. viii. 109.

κόσμον Ὀλυμπίᾳ, ὅν σφιν Ζεὺς γένει,

et Nem. xi. 29.

ἔσχον ἐν Πυθῶνι πειρᾶ-
σθαι καὶ Ὀλυμπίᾳ ἄθλων,

aut in arsi ictus beneficio apti et concinni fiunt, ut in his locis: Ol. iii. 54.

ἀντιθεῖσ' Ὀρθωσίᾳ ἔγραψεν ἱεράν.

et Nem. xi. 10.

ἐκ θεοῦ δ' ἀνὴρ σοφαῖς ἀν-
θεῖ ἐσαεὶ πραπίδεσσιν.

Pyth. i. 130.

κοινὸν εὔξασθαι ἔπος.

ix. 137.

ἔγνων ποτὲ καὶ Ἰόλαον.

Nem. iii. 58.

ος καὶ Ἰωλκὸν εἷλε μόνος ἄνευ στρατιᾶς.

ix. 131.

νίκαν, ἀκοντίζων σκοποῦ ἄγχιστα Μοισᾶν.

x. 161.

μάρναται, πάντων δὲ νοεῖς ἀποδάσσασθαι ἶσον.

xi. 52.

ἄνθος εὐώδες φέρειν πλούτῳ ἶσον.

Isthm. i. 21.

ἢ Καστορείῳ ἢ Ἰολά-
ου ἐναρμόξαι μιν ὕμνῳ.

86.

Ἡροδότῳ ἔπορεν.

viii. 124.

τὸν μὲν οὐδὲ θανόντ' ἀοιδαὶ ἔλιπον.

Nec facile quisquam alia nunc in Pindaro exempla inveniet. Nam in his quoque adeo parcus est, ut sæpe etiam hiatus in arsi finem versuum prodat. [Heynius adscripsit: "cf. Hermann. ad Orph. p. 721."]

Denique etiam quidam versus in Pindaro exstant, in quibus longa syllaba vel diphthongus, sequente vocali, in thesi producta videtur. Verum hos hiatus in

iis locis adhibuit, ubi etiam brevis syllaba poni poterat, eoque videtur correptione asperitatem emolliisse. Id autem fecit Isthm. i. 21.

ἢ Καστορείῳ ἢ Ἰολά-
ου ἐναρμόξαι μιν ὕμνῳ,

ubi etsi antithetici quoque longam syllabam habent, tamen alibi eam non perpetuo servavit. Ibidem ii. 64.

θνατῶν φρένας ἀμφικρέμανται ἐλπίδες,

in quo brevis syllaba ante creticum est, ut v. 41. et aliis in carminibus, ubi idem genus metri adhibuit.

VI.

De scholiastis metricis.

His expositis etiam de scholiastis metricis dicendum nobis est, quorum longe alia est, ac vulgo credi videmus, utilitas. Iis nos quidem in metrorum investigatione nihil plane contendimus tribuendum esse. Nam quum isti numerorum naturam et leges ignorarent, quod in eo libro, qui de metris est, satis demonstravimus, factum est, ut non solum in iis numeris, qui certi et noti sunt, vehementer errarent, sed multo magis etiam ea metra, quæ incerta planeque arbitraria sunt, conturbarent atque perverterent. Ac Vauvilliers quidem in Comment. Acad. Inscr. vol. xlvi. pag. 237. valde recentes hos scholiastas esse contendit, eo quod Hephæstio ac Terentianus Maurus plurima versuum genera, quæ ab illis commemorantur, plane ignoraverint. Si a ratione, quam affert, disscesseris, res ipsa vera est. Habebant enim isti homines suam quamdam metrorum doctrinam, perangustam illam et futilissimis subtilitatibus refertam, sed petitam ex Hephæstionis aliorumque metricorum disciplina. In qua quæ genera metrorum descripta essent, iis illi omnem numerorum varietatem ac multitudinem exhaustam putabant, nec, si qui versus occurrerent, qui non viderentur ad istum modulum exigi posse, commenta deficiebant miraque artificia, quibus, quidquid placeret, ex elegantissimis poetarum numeris eruerent. Ita distrahendo, quæ continuari debebant, continuando, quæ distrahenda, misereque omnia lacerando tandem illud consequebantur, ut nulli usquam numeri exstarent, quin ad illa, quæ ipsi sola nossent, metrorum genera revocari possent. Inde ista versuum dispositio, metro, numeris, auribus, sensui adversissima; inde tot versuum nomina, nullo pacto cum metro, quo poetæ usi sunt, congruentia; inde infinitæ obscuritates, corruptelæ, fulcra, supervacaneæ emendandi necessitates, aliæque ejusmodi sordes; inde denique, accedente prosodiæ ignoratione, errores turpissimi, ut facilius sit, ipsos poëtas, si vel corruptissimi sint, quam interpretes eorum corrigere. Quæ ne temere dixisse videar, exempla e primo carmine Olympiorum afferam. In eo secundum et sextum versum,

χρυσὸς, αἰθόμενον πῦρ,
ἔλδεαι, φίλον ἦτορ,

ithyphallicos esse existimat Scholiastes, quos nemo non videt Pherecrateos esse. Tertium,

ἄτε διαπρέπει νυ-,

choriambicum vocat, quoniam primam in ἄτε produci censet, quod fieri non potest. Quintus ei, itidem ut secundus, ithyphallicus est, dactylum in ultima sede habens,

εἰ δ' ἄεθλα γαρύεν,

quæ inaudita non modo licentia, sed perversitas foret. Octavum,

ἄλλο θαλπνότερον,

trochaicum hypercatalecticum dicit, dactylo in secunda sede constituto, quo nihil fingi deterius potest; decimum,

ἐρήμας δι' αἰθέρος,

epionicum, in quo nihil est, quod quisquam sanus eo trahere possit; decimum septimum Phalæceum, cui certe syllaba ad hoc genus deest.

In hujusmodi vero erroribus isti metrorum enarratores, quippe in eadem schola eruditi, mirum quantum inter se consentiunt. In cujus rei documentum afferre lubet scholion ineditum ad Olymp. ii. quod legitur in codice Cizensi, cujus usum insigni humanitate mihi concessit Müllerus, rector scholæ Episcopalis, quæ Cizæ est, eruditissimus. Is codex chartaceus est atque Olympia tantum continet, et fere cum Aldina conspirat. Adjecta sunt scholia, quæ Didymi dicuntur. Metrica autem in eo scholia nulla sunt, præter ad Olymp. ii. ubi hæc reperiuntur, quæ e vitioso exemplari vitiose transcripta emendatiora exhibebimus. Περὶ τῶν κώλων τῶν τε στροφῶν τοῦ δευτέρου εἴδους παλαιὸν σχόλιον. Τοῦ δευτέρου εἴδους αἱ στροφαὶ καὶ ἀντιστροφαὶ κώλων ἐκάστη ιδ'. τὸ πρῶτον περιοδικόν, ἤτοι δύο ἰαμβοι, καὶ δύο τροχαῖοι. καλεῖται δὲ περιοδικόν, ὅτι οὐκ ἔστι μίτρου τὸ εἶδος, ἢ ἰαμβικοῦ, ἢ τροχαϊκοῦ, ἢ ἑτέρου τινός. ἀλλ' ἁπλῶς περίοδος καλεῖται τὸ ὑπεράνω τῶν τεσσάρων συλλαβῶν σύστημα. μέχρι (ita cod. Aug. qui partem hujus scholii habet: Cizensis μίτρων) γὰρ τεσσάρων συλλαβῶν γνώριμοι οἱ πόδες. τὸ δὲ πλέον περίοδος. Τὸ β' Ἰωνικὸν δίμετρον καταληκτικὸν ἀπὸ τροχαίων, διαλελυμένου τοῦ πρώτου εἰς τριῖς βραχείας. Τὸ τρίτον ἀντισπαστικὸν δίμετρον ἀκατάληκτον, πλὴν ὁ πρῶτος ἀντίσπαστος διαλύεται εἰς δύο βραχείας, καὶ μακρὰν μίαν, καὶ ἡ κατακλὶς ἰαμβική. ἐμοὶ δὲ δοκεῖν, (δοκεῖ ὡς cod. Aug.) Ἰωνικόν ἐστι δίμετρον ἀκατάληκτον, τῆς πρώτης μακρᾶς τοῦ Ἰωνικοῦ διαλυθείσης εἰς δύο βραχείας, τοῦδὲ β' ποδὸς παίωνος ὄντος δευτέρου ἀντὶ Ἰωνικοῦ, ἔν τισι δὲ διΐάμβου διὰ τὴν ἀδιάφορον. Τὸ δ' χοριάμβικὸν δίμετρον καταληκτικὸν ἀπὸ ἰαμβικῆς συζυγίας, ἤτοι τοῦ πρώτου σπονδείου. Τὸ ε ἰαμβικὸν δίμετρον βραχυκατάληκτον· ὁ β' πους χορεῖος. Τὸ ς' ἀντίσπαστος καὶ συλλαβή· ἔν τισι δὲ διαλύεται ὁ ἀντίσπαστος κατὰ τὴν δευτέραν μακρὰν, καὶ (copulam addit cod. Aug.) γίνεται πεντασύλλαβος. Τὸ ζ' Ἰωνικὸν ἀπ' ἐλάσσονος δίμετρον καταληκτικὸν ἀπὸ τροχαίων· τοῖς Ἰωνικοῖς γὰρ οἰκεῖοι οἱ τροχαῖοι. Τὸ η Ἰωνικὸν ἀπὸ μείζονος δίμετρον ἀκατάληκτον· ὁ β' δὲ πους ἰαμβός ἐστι πενταπύλλαβος. ἐνταῦθα δὲ μανθανέτω πᾶς, ὡς καὶ ἐν τοῖς Ἰωνικοῖς (hoc vocabulum exciderat) εὕρηνται ἴαμβοι, ἀλλὰ οὐ μόνοι τροχαῖοι. Τὸ θ' παιωνικὸν (ita enim pro Ἰωνικὸν e vulgato scholiasta scribendum) δίμετρον ἀκατάληκτον ἐκ παίωνος τετάρτου καὶ κρητικοῦ. Τὸ ι ἀντισπαστικὸν (sic le-

gendum pro ἀναπαιστικὸν e vulgato scholiasta) δίμετρον καταληκτικὸν εἰς συλλαβήν· στιγμασύλλαβοι γὰρ οἱ πόδες, ἡ τελευταία ἀδιάφορος. ἔν τισι μὲν γάρ ἐστὶν ὁ δεύτερος πους τρίβραχυς, ἔν τισι δὲ ἀνάπαιστος. Τὸ ιά ὅμοιον τῷ ϛ'. Τὸ ιβ' ἀντισπαστικὸν δίμετρον βραχυκατάληκτον. Τὸ ιγ' ἰαμβικὸν ἐφθημιμερές. ὁ τρίτος πους τρίβραχυς. Τὸ ιδ' ἰαμβικὸν δίμετρον βραχυκατάληκτον. ὁ τρίτος πους τρίβραχυς ἢ ἀνάπαιστος. ἐξῆς δὲ ἐφ' ἑκάστη στροφῇ καὶ ἀντιστροφῇ παραγραφος. Ἑκάστη ἐπῳδὸς κώλων ή. Τὸ πρῶτον χοριαμβικὸν τρίμετρον βραχυκατάληκτον. ἡ πρώτη συζυγία ἰαμβικὴ ἐκ σπονδείου. συγγενεῖς γὰρ τῷ χοριάμβῳ οἱ ἴαμβοι. Τὸ β' χοριαμβικὸν δίμετρον ὑπερκατάληκτον, ἀρχόμενον ἀπὸ τροχαίων, ὃ μᾶλλον ἐπιχοριαμβικὸν καλεῖται, διὰ τὸ τῶν τροχαίων ἀνοίκειον. Τὸ τρίτον ἀντισπαστικὸν δίμετρον βραχυκατάληκτον, ὃ καὶ ἡμιόλιον λέγεται, διὰ τὸ ἔχειν τόν τι ὁλόκληρον πόδα καὶ ἥμισυ τούτου. Τὸ τέταρτον παιωνικὸν δίμετρον ἀκατάληκτον. (Omisit scriba hic partem eorum quæ de quinto versu notaverat scholiastes.) ὁ β' πους τρίβραχυς. Τὸ στ' μικτὸν τροχαϊκὸν ἀπὸ ἰαμβικῆς συζυγίας τρίμετρον ἀκατάληκτον, εἰς τὸ Λάϊον (versu 70.) συνίζησις. Τὸ ἕβδομον Ἰωνικὸν δίμετρον ἀκατάληκτον. ἔν τισι δὲ ἐκ παίωνός ἐστι καὶ (omissum erat καὶ) διϊάμβου. Τὸ ή ἰαμβικὸν μικτὸν ἀπὸ τροχαίων τρίμετρον καταληκτικόν. ἐμοὶ δὲ δοκεῖ ἀντισπαστικὸν εἶναι ἐξ ἐπιτρίτου β' καὶ ἰάμβων. εἰκῇσι γὰρ οἱ πόδες ἀντισπάστῳ. ἐπὶ τῷ τέλει ἑκάστης ἐπῳδοῦ τὰ ῥηθέντα σημεῖα.

Hæc quidem, quod ad descriptionem versuum attinet, plane congruunt cum vulgatis scholiis. A qua descriptione quare discesserim, diligentius exponam, ut uno certe exemplo demonstrem, qua ratione hoc totum genus tractaverim. Ac qui vulgo secundus stropharum versus est, is ultimam ubique brevem habet, tèr etiam in diviso vocabulo, v. 74. 110. 146. ut facile appareat, eo loco non fuisse ancipitem syllabam a Pindaro adhibitam, sed numerum ulterius processisse. Neque ille commode finiri poterat ante finem tertii versus, qui vulgo numeratur, in quo ultima communis finiendum numerum docet. Quartum versum metrici choriambicum catalecticum appellant, id est, qui in creticum exeat. Atqui numerum ultra procedere, ultima syllaba demonstrat, quæ non modo ubique brevis est, sed etiam in medio vocabulo longæ vicem sustinet v. 18. 40. 54. 76. 90. 112. 148. 162. quod fieri non posse supra ostendimus. Itaque qui olim quartus, quintus et sextus versus numerabantur, nunc in duos divisi sunt, ita ut primus ex dipodia iambica et ordine pæonico, alter e duobus Creticis constet. Eaque ratio, si quis versus omnes inter ipsos contulerit, et ad numerum et ad vocabulorum divisionem inter cæteras aptissima est. Etsi dubitari potest, an prior versus penthemimeres iambicum et duos Creticos contineat. Septimus versus, qui nobis quintus est, e trochæo et stropho constat, quem quomodo scholiastes Ionicum a minore dimetrum catalecticum appellat, nulla ratione potest intelligi. Qui vulgo octavus versus est, cum eo, qui sequebatur, in unum conjungendus erat, quod non modo ultima octavi syllaba, quæ ubique longa est, suadebat, sed jure suo postulabant v. 116. et 130. in quibus ἀλλὰ et ἄνθεμα vulgo male dividuntur. Tum vero etiam v. 152. verba, ἐς δὲ τὸ πᾶν, elegantius in eodem numero continuantur. Versus decimus,

γεγωνητέον ὅπι,

ex iambo et stropho constat, quem pessime metrici antispasticum esse putant. Versus 12.

ἔρεισμ' Ἀκράγαντος,

si esset antispasticus dimeter brachycatalecticus, quod isti volunt, ictum in ultima

syllaba haberet, quo nihil fingi durius potest. Denique postremos duos stropharum versus in unum conjunximus propter malam vocabulorum divisionem v. 27. 121. 135. 171.

In epodo secundus et tertius versus conjungi debebant propter divisionem vocabulorum v. 138. 174. Et ita etiam v. 103. elegantius enclitica τις ab initio versus removetur. Pariter v. 4. et 5. conjunximus propter v. 104. Denique quod in ultimis versibus aliam dispositionem sequuti sumus, duæ caussæ fuerunt, primum, ne in eodem versu anacrusis thesin exciperet,

πῆμα θνάσκει | παλίγκοτον δαμασθὲν,

qui asperior numerus est; deinde quia hoc loco, quo nos divisimus, ubique verbum terminatur, quod non est in vetere metri descriptione.

Tales vero tantique grammaticorum errores per totum Pindarum continuantur, neque ista e pessimis exempla deprompta sunt. Quæ qui degustaverit, is facile, puto, seponendam illam scholiastarum imperitiam sibi persuadebit.

Neque illi tamen nullam omnino utilitatem habent, sed, si quis ex iis fructus percipi potest, is in hoc solo consistit, quod interdum ad veram lectionem indagandam aliquid conferunt. Idque maxime in tragicis atque Aristophane usu venit, in quibus etiam antistrophica, semel tantum repetita, incertam sæpe lectionis conjecturam relinquunt. Quare in tali caussa si forte e scholiastis non tam numeros, quam pedum syllabarumque ordinem eruere licet, est sane, quod illos non prorsus abjiciendos spernendosque censeamus. At vero in ipsis numeris qui inde aliquid lucis sperant, næ isti digni sunt, qui ipsi obscuro illi gregi adnumerentur.

VII.

De generibus metrorum Pindari.

Hæc habui, quæ de versuum disponendorum ratione et caussis dicerem. Cæterea, quæ in hoc genere consideranda sunt, compositionem et versuum et stropharum, illamque, quæ a Boeckhio et quibusdam aliis mota est, quæstionem de vocabulis non inter duos versus dispescendis, non opus est hic enucleatius persequi, quum de his rebus satis explicatum videatur in Elementis doctrinæ metricæ lib. iii. Hæc vero si quis bene memoria teneat, judiciique aliquam alacritatem et exercitationis usum adjungat, fieri non poterit, quin et grammaticorum barbariem effugiat, et a critica temeritate, qua nihil turpius est, sibi temperet. Illud vero in hac re permagnam utilitatem habiturum esset, si ubique certas et immutabiles metrorum formas ab antiquis poetis adhibitas reperiremus. His enim diligenter animadversis atque descriptis immensa illa metrorum multitudo ad perexiguum revocari numerum posset, neque ulli usquam versus occurrerent, quin et certam metri regulam, et suum quoddam ac proprium nomen essent habituri. Verum eam opinionem grammaticis relinquemus, quæ quantas in omni re metrica turbas excitaverit, supra satis demonstratum est. Nos quidem de hujuscemodi adminiculis artis metricæ plane desperamus, idque eo lubentius facimus, quod divinum ingeniorum fervorem non aliis, nisi quæ ex ipsa rei natura petitæ sunt, legibus coerceri posse intelligimus. Id liberum manere debet sensui poetarum atque arbitrio, quos numeros adhibere velint, dum illi numeri sint. Neque enim

ante grammatici, quam poetæ fuerunt, ac poetarum ingenii est, invenire: inventa illorum discere, colligere, explicare, id vero sedulitatis est grammaticorum.

Ac Pindarus quidem tametsi ingentem metrorum copiam id suam ipsius libidinem effinxit, tamen multa versuum formas ab antiquioribus poetis accepit, multas etiam, quas ipse excogitaverat, constanti usu prope ad illorum metrorum celebritatem adduxit, quæ et regulam certam et proprium nomen habent. De utroque genere disserendum nobis atque explicandum est, tum ut de more et consuetudine Pindari constet, quæ etiam in aliorum lyricorum carminibus emendandis magnam vim et usum habet, tum ut hac ipsa metrorum Pindaricorum enarratione nostram versuum descriptionem firmemus, eorumque effugiamus criminationes, qui ægrius ab inveteratis erroribus divelli sese patiuntur. In qua disputatione ordinem sequemur eum, quem ipsa rei natura commendat, ut a simplicissimis numeris initio facto reliqua deinceps metra suo quæque in genere persequamur.

VIII.

De versibus trochaicis.

Ac primum locum trochæi tenent, quorum singulas formulas enumerare nihil attinet. Satis est monuisse, præter versum ithyphallicum varias inveniri alias trochaicorum versuum formas, purum servantes trochæum, nisi ut etiam tribracho locus sit. Illud autem in hoc genere, ut in cæteris metris, tenendum est, cavisse lyricos, ne ejusmodi formis uterentur, quæ scenicorum poetarum usu tritæ speciem tragici comicive carminis præ se ferrent. Præterea quum a cæteris metricis, tum olim etiam a me ipso peccatum est, quum versus, qui trochæi et spondei alternatione constant, in trochaicis numerati sunt: de quo errore pluribus disputatum est in dissertatione de mensura quorumdam metrorum rhythmica, et in Elementis doctrinæ metricæ lib. iii. cap. xi. De hoc genere metri infra dicam cap. xvi.

IX.

De versibus iambicis.

A trochæis ad iambos, cognatum genus numeri, pergimus, in quibus eadem, quæ in trochæis, mensuræ et severitas et constantia adhibita est. Etiam iambicorum versuum variæ formæ sunt, in quibus eadem adhibenda est cautio, ut ne cum epitritis Doriis confundantur, quibus interdum iambica anacrusis præmittitur. Notabilis autem usus est generis ischiorrhogici, quod ab amphibracho incipit, sequentibus trochæis. Ejus hæc forma est,

$$\upsilon \,\text{-}\!\!\!\smile \,|\, \text{-}\!\!\!\smile \,\upsilon \text{-}$$

Pyth. x. stroph. 10. Hic amphibrachus etiam aliis numeris, qui quidem ab arsi incipiant, præmittitur. Anacruseos quidem ambiguitatem non detrectavit Pindarus, sed bisyllabam anacrusin, quæ ab lyricorum metrorum puritate abhorret, comicis reliquit et tragicis. Nam quod Nem. iv. 122. legitur,

Νεμέᾳ τε συνδέμενος

in eo, ut in unico hujus licentiæ exemplo, non dubium est, vocabulum Νιμίᾳ in duas syllabas esse contrahendum, ut Πυθίᾳ Isthm. vi. 85.

X.

De versibus Creticis.


Cretico pede frequenter utitur Pindarus, sed ita plerumque, ut eum aliis numeris immisceat, soluta etiam nunc prima longa, nunc altera, ut Ol. ii. ep. 4.



Tamen etiam versus unice creticis constans occurrit, isque dimeter,



quo puro usus est, Ol. v. ep. 4. Pyth. iv. stroph. 12. v. ep. 9. aliquando etiam soluta prima, hac ratione,




Nem. x. ep. 8. Ol. ii. stroph. 4. quo in loco dubitari potest, an etiam qui præcedunt duo quarti pæones, pro solutis Creticis habendi sint.

XI.

De versibus antispasticis.


Ex antispasticis versibus invenitur maxime dochmiacus, quem nunc purum adhibuit,




Ol. i. ep. 5. nunc hac forma,



Pyth. vii. str. 7 Habet etiam asynartetos tragicorum more, quorum modo hæc ratio est,



Pyth. v. str. 9. modo hæc,




Pyth. v. ep. 8. Alibi etiam dochmiaco hypercatalecto utitur,



Ol. ii. str. 9. Dochmiaco autem etiam iambicum ischiorrhogicum adjecit,




Pyth. vi. str. 10. Deinde etiam dactylicum logaœdicum dochmiaco adjecit, nisi ille dochmius est,



Ol. i. ep. 10. et strophum dochmiaco hypercatalecto,



Ol. i. stroph. 12. Nonnumquam dochmiaci initium iambo auxit,



Pyth. v. stroph. i. Nem. iii. epod. 3. Idemque fecit in dochmiaco hypercatalecto, cui choriambum adjunxit,



Pyth. v. stroph. 2. Denique vero ad antispastici numeri similitudinem dactylos et pæonas accommodavit, ut in hoc genere,

$$\text{u}\,\text{-}\,\text{x}\,\text{u}\,\text{u}\,\text{-} \quad | \quad \text{x}\,\text{u}\,\text{u}\,\text{u}\,\text{u}\,\text{-}\,\text{u}\,\text{-}$$

Ol. i. ep. 3. et in hoc,

$$\text{u}\,\text{-}\,\text{x}\,\text{u}\,\text{u}\,\text{u}\,\text{-}\,\text{u}\,\text{-}\,\text{x}\,\text{u}\,\text{-}$$

Ol. ii. stroph. 7.

XII.

De versibus dactylicis.

Accedimus ad versus dactylicos, in quibus spondeos et proceleusmaticos non nisi in nomine proprio admisit. Ex hoc genere metri primum usus est dimetro catalectico in disyllabum, qui Adonius vocatur, Pyth. x. ep. 2. tum dimetro catalectico in syllabam,

$$\text{x}\,\text{u}\,\text{u}\,\text{-}\,\text{u}\,\text{u}\,\text{-}\,\text{u}\,\text{u}\,\text{-}\,\text{x}$$

cujus exempla creberrima exstant. Nec minus frequens est catalecticus in disyllabum,

$$\text{x}\,\text{u}\,\text{u}\,\text{-}\,\text{u}\,\text{u}\,\text{-}\,\text{u}\,\text{u}\,\text{-}\,\text{u}$$

Deinde tetrametrum catalecticum in syllabam adhibuit,

$$\text{x}\,\text{u}\,\text{u}\,\text{-}\,\text{u}\,\text{u}\,\text{-}\,\text{u}\,\text{u}\,\text{-}\,\text{u}\,\text{u}\,\text{-}\,\text{x}$$

Pyth. iv. str. 10. in quo etiam hanc formam habet,

$$\text{x}\,\text{u}\,\text{u}\,\text{-}\,\text{-}\,\text{-}\,\text{-}$$

Ol. ix. epod. 5. et catalecticum in disyllabum,

$$\text{x}\,\text{u}\,\text{u}\,\text{-}\,\text{u}\,\text{u}\,\text{-}\,\text{u}\,\text{u}\,\text{-}\,\text{-}$$

Nem. i. str. 6. ep. 3. Isthm. vi. str. 4. cujus hanc quoque formam habet,

$$\text{x}\,\text{u}\,\text{u}\,\text{-}\,\text{-}\,\text{x}\,\text{u}\,\text{u}\,\text{-}\,\text{-}$$

Ol. vi. ep. 5. quæ rectius ex duobus dimetris catalecticis composita esse putabitur. Tum pentametro quoque catalectico in disyllabum usus est,

$$\text{x}\,\text{u}\,\text{u}\,\text{-}\,\text{u}\,\text{u}\,\text{-}\,\text{u}\,\text{u}\,\text{-}\,\text{u}\,\text{u}\,\text{-}\,\text{-}$$

Pyth. iii. str. 5. Quin diu dubitavi, an etiam hexameter catalecticus, et is qui heroicus vocatur, ac denique heroicus cretico in fine addito multis in locis reponendi essent. De qua re hic exponendum diligentius est, ne in culpam et reprehensionem incidamus, si quis forte prætermissas ab nobis celeberrimorum versuum formas multorum locorum comparatione ostendere conetur. Ac primum, qui hexameter catalecticus in syllabam nobis videbatur, hanc formam habebat,

$$\text{x}\,\text{u}\,\text{u}\,\text{-}\,\text{u}\,\text{u}\,\text{-}\,\text{-}\,\text{x}\,\text{u}\,\text{u}\,\text{-}\,\text{u}\,\text{u}\,\text{-}\,\text{x}$$

servato maxime in tertia sede spondeo, ut Ol. vi. 32. ubi duo continui sunt,

οὔτε δύσηρις ἐὼν, οὔτ' ὢν φιλόνεικος ἄγαν,
καὶ μέγαν ὅρκον ὀμόσσας, τοῦτό γέ οἱ σαφέως.

Horum prior elegantiorem habet cæsuram, et, quo non putes eam neglectam esse in altero, eadem molesta incidendi ratio in antitheticis omnibus servatur. Omnis enim hujus metri venustas intereat, necesse est, si alia, quam quæ in versu heroico obtinet, cæsura adhibetur. Unde ab scholiasta metrico hoc genus ἔπος παρὰ συλλαβὴν dicitur ad Nem. xi. quo unico loco hoc metrum in grammaticorum descriptionibus invenitur. Pindarus quidem nunc alterutram constanter sequutus

est incisionem, nunc etiam utramque conjunxit. Quod qui ex ipsis exemplis cognoscere cupiunt, ii conferant Ol. vii. 6. 17. 41. 52. 76. 86. 111. 122. 146. 157. viii. 20. 49. 78. 107. Pyth. i. 10. 22. 49. 61. 88. 100. 127. 139. 166. 178. iii. 36. 77. 118. 159. 200. Nem. x. 3. 8. 14. 19. 27. 37. 42. 48. 53. 61. 71. 76. 82. 87. 95. 105. 110. 116. 121. 129. 139. 144. 150. 155. 163. xi. 3. 9. 13. 24. 30. 34. 45. 51. 55. xii. 3. 7. 17. 21. 31. 35. 45. 49. Isthm. i. 3. 10. 28. 35. 53. 60. 78. 85.

Simillimus huic vel ad mensuram vel ad cæsuræ observationem hexameter heroicus est, qui invenitur Ol. viii. 4. 13. 24. 33. 42. 53. 62. 71. 82. 91. 100. 111. Pyth. ix. 4. 10. 19. 25. 48. 54. 63. 69. 92. 98. 107. 113. 136. 142. 151. 157. 180. 186. 195. 201. Nem. ix. 1. 13. 25. 37. 49. 61. 73. 85. 97. 109. 121. xi. 16. 37. 58.

Denique etiam heroicus adjuncto cretico et spondeum in tertia sede, et cæsuræ duplicem rationem habet, hac forma,

$$\text{-}'\upsilon\upsilon\text{-}\upsilon\upsilon\text{---}'\upsilon\upsilon\text{-}\upsilon\upsilon\text{-}\bar{\upsilon}\text{-}'\upsilon\breve{\ }$$

Isque invenitur Ol. iii. 23. 50. 77. vii. 23. 58. 93. 128. 163. viii. 26. 55. 84. 113. Nem. ix. 6. 18. 30. 42. 54. 66. 78. 90. 102. 114. 126. Isthm. i. 17. 42. 67. 92. ii. 17. 40. 63. Atque etiam in fragmentis occurrunt, in quibus hæc metra adhibita videantur, ut hexameter catalecticus in syllabam pag. 19. v. 12. 13. et p. 21.

— τοι-

ἀνδε μελίφρονα ἀρχὰν εὑρόμενον σκολίου,

et p. 31. i. et p. 34.

μὲν μένος ἀελίου τὰν ἐνθάδε νύκτα κάτω.

Et heroicus p. 23. et 25.

τάκομαι, εὖτ' ἂν ἴδω παίδων νεόγυιον ἐς ἥβαν,

et p. 32. 13, 14.

θύματα μιγνύν-
των πυρὶ τηλεφανεῖ παντοῖα θεῶν ἐπὶ βωμοῖς,

et p. 44. 6, 7. et p. 45.

κίονες· ἔνθα τεκοῖσ' εὐδαίμον' ἐπόψατο γέννᾳ,

et p. 111.

ἐσσυμένως ἀπὸ μὲν λευκὸν γάλα χερσὶ τραπεζᾶν
ὤθεον· αὐτόματοι δ' ἐξ ἀργυρέων κεράτων πί-
νοντες ἐπλάζοντο.

et heroicus cum cretico p. 123.

πολύκλει-

τόν ποτ ἐοῦσαν ὅμως Θήβαν ἔτι μᾶλλον ἐπασκήσω ϑεῶν.

In his versibus omnibus si vel cæsura semper ea esset, quæ heroico conveniret, vel in mensura nihil usquam difficultatis reperiretur, vix dubitandum foret, quin istæ formæ metris Pindaricis adnumerari deberent. Verum satis idoneas equidem mihi videor caussas habuisse, quare nullum ex his versuum generibus in Pindaro relinquendum putarem. Primum enim vel hoc mirum videbatur, quod spondeum in tertia sede tam religiose servasset, ut dactylo nusquam uteretur. Nam quì loci eum pedem habent, ii propter ipsam librorum auctoritatem suspecti sunt. Id enim ter omnino factum est, Ol. viii. 20.

Ζηνὶ γενεθλίῳ· ὅς σε μὲν ἐν Νεμέᾳ πρόφατον,

quæ est Aldi et MS. Cizensis lectio: sed duo libri Palatini ὃν μὲν ἐν Νιμέᾳ habent. Deinde Pyth. i. 178.

ὦ φίλε, κέρδεσιν εὐτραπέλοις· ὀπιθόμβροτον αὔ-
χημα δόξας,

ubi liber Bodleianus sic exhibet,

ὦ φίλε, εὐτραπέλοις κέρδεσσ'· ὀπιθόμβροτον αὔ-
χημα δόξας.

Denique Nem. x. 121.

— — δει-
νὸν παλάμαις Ἀφαρητιάδαι Διός· αὐτίκα γάρ.

Nam si quidem hoc metri genere usus hic est Pindarus, necessario scribendum erat Ἀφαρητιάδαι, quod scholia habent ad v. 129. Verum in libris omnibus Ἀφαρητίδαι est.

Cæsuræ deinde accedebat perversitas, quæ quum in plerisque locis e singulis horum versuum binos facere juberet, idem etiam in reliquis locis facere suadet, ut prior quisque versus nunc penthemimeres dactylicum, nunc trimeter catalecticus in disyllabum esset. Denique vero plane pervicerunt ii loci, in quibus si versus non disjungerentur, aut mensura aut prosodia damnum videbatur factura esse. Ac primum Olymp. vi. 176. in tertia arsi brevis syllaba est,

δέσποτα ποντόμεδον· εὐθὺν δὲ πλόον καμάτων,

itemque Pyth. ix. 201.

— — ἔστα-
σεν γὰρ ἅπαντα χορὸν ἐν τέρμασιν αὐτίκ' ἀγῶνος,

ut conjicias, syllabam, cujus incerta mensura sit, non in medio, sed in extremo versu fuisse. Cavit enim magnopere Pindarus, ne syllabas breves propter cæsuram produceret, cujus rei, si horum quidem versuum dubiam auctoritatem exceperis, unum tantummodo exemplum invenitur Isthm. vi. 61.

αὔδασε τοιοῦτον ἔπος· εἴ ποτ' ἐμὰν, ὦ Ζεῦ πάτερ.

Deinde pravus etiam hiatus interdum impedit, quominus in unum versum ista metra conjungantur, ut

— — πέν-
ταθλον ἔτ', ἀλλ' ἐφ' ἑκάστῳ ἔργμασι κεῖτο τέλος.

Maxima vero atque gravissima caussa, quare, quotiescumque ista metra occurrerent, ea in duos versiculos disjungenda existimavimus, trochæus fuit, qui interdum in tertia sede reperitur. Hic pes enim quum in mediis dactylis locum habere non possit, manifestum præbet indicium dactylici catalectici in disyllabum. Adhibuit autem Pindarus hunc pedem in hisce locis: Olymp. viii. 20.

Ζηνὶ γενεθλίῳ, ὃν μὲν ἐν Νεμέᾳ πρόφατον,

quem tamen locum nuper correxit Boeckhius; et Nem. x. 121.

— — δει-
νὸν παλάμαις Ἀφαρητίδαι Διός. αὐτίκα γάρ.

et Olymp. viii. 26.

ἐξένεπεν κρατέων πάλᾳ δολιχήρετμον Αἴγιναν πάτραν.

De horum versuum primo et secundo supra diximus, quorum in altero quidam libri male ὅς σε μὲν præbent, in altero facilis, sed prava mutatio foret Ἀφαρητιάδαι. In tertio scribi posset,

ἐξένεπεν κρατέων πάτραν δολιχήρετμον Αἴγιναν πάλᾳ.

Verum temeraria hæc mutatio futura esset, magnoque cum detrimento elegantiæ conjuncta. Hæc omnia si quis accurate perpenderit, non dubitabit, puto, quin jure ac merito et hexametrum catalecticum in syllabam, et heroicum, et eum, cui creticus adjunctus est, e Pindari metris ejecerimus. Accedit, quod versus isti in duo membra divisi numerum habent ἐνόπλιον, cujus maxima fuit apud veteres celebritas. De eo dictum in Elementis doctrinæ metricæ.

Dactylicorum logaœdicorum tria tantum exempla commemorabimus, quorum hæ formæ sunt:

– ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑

Ol. i. ep. 11. Pyth. vi. stroph. 5.

– ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ –

Pyth. viii. ep. 8.

⏑ ⏑
— ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ –

Ol. x. ep. 4. Nem. vi. ep. 4.

Basin quoque dactylicis numeris adjecit, in qua modo spondeum, modo trochæum, modo iambum, nunc etiam tribrachum atque anapæstum adhibuit, nusquam tamen iambo trochæum opposuit, nusquam etiam pyrrhichio usus est. E quo versuum genere his maxime formis usus est: Pherecrateo, qui dicitur,

$$-\bar{\upsilon} \mid -'\upsilon\upsilon-\bar{\upsilon}$$

Ol. i. stroph. 2. 6. Pyth. x. str. 1. Nem. ii. str. 7.

$$--\mid -'\upsilon\upsilon-\upsilon\upsilon-\overline{\upsilon\upsilon}-$$

Ol. v. stroph. 2. ep. 3.

$$--\mid -'\upsilon\upsilon-\upsilon\upsilon-\upsilon\upsilon-\upsilon$$

Ol. v. ep. 1. Deinde etiam in logaœdicis basin habet, in quibus primum locum tenet Glyconeus,

$$\overline{\upsilon\upsilon}\,\bar{\upsilon} \mid -'\upsilon\upsilon-\upsilon\,\underline{\smile}$$

quo usus est sæpissime. In eo interdum constanter servat iambum in basi, hac forma,

$$\upsilon-\mid -'\upsilon\upsilon-\upsilon\,\underline{\smile}$$

Olymp. i. stroph. 1. Pyth. viii. ep. 9. Nem. ii. stroph. 1. Porro

$$-\bar{\upsilon} \mid -'\upsilon\upsilon-\upsilon--$$

Pyth. ii. stroph. 3. viii. ep. 5. Deinde qui hendecasyllabus Phalæceus vocatur,

$$-\bar{\upsilon} \mid -'\upsilon\upsilon-\upsilon-\upsilon-\bar{\upsilon}$$

Ol. ix. stroph. 2. xiv. 2.

$$-\upsilon \mid -'\upsilon\upsilon-\upsilon-\upsilon-\upsilon-$$

Isth. vii. ep. 1. Denique etiam Pherecrateo dipodiam trochaicam adjunxit,

$$-\bar{\upsilon} \mid -'\upsilon\upsilon-- \mid -'\upsilon--$$

Nem. viii. stroph. 1. et Glyconeo choriambum,

$$\begin{matrix}\upsilon\upsilon\\ -\bar{\upsilon}\end{matrix} \mid -'\upsilon\upsilon-\upsilon- \mid -'\upsilon\upsilon-$$

Isthm. viii. 13. Omninoque etiam illa Glyconei forma, quæ in choriambum exit, sæpius a Pindaro usurpata est, sed nusquam, ut eam cum vulgari commutaret; aliæque inveniuntur variæ Glyconeorum et similium numerorum consociationes, ut Ol. ix. Isthm. viii.

XIII.

De versibus anapæsticis.

Sequuntur anapæsti, quorum mensura eadem severitate, qua dactylicorum, observatur. In his primus est monometer,

$$\upsilon\upsilon-\upsilon\upsilon-$$

Ol. x. ep. 9. Deinde monometer hypercatalectus,

$$\upsilon\upsilon-'\upsilon\upsilon--$$

Ol. ix. ep. 3. Pyth. iii. ep. 12. Tum dimeter brachycatalectus,

$$--'\upsilon\upsilon-\upsilon\upsilon\,\underline{\smile}$$

Ol. xiii. ep. 1. Pyth. iii. stroph. 4. Nem. viii. ep. 1. Isthm. iii. ep. 8. idemque totus e spondeis Ol. iv. stroph. 7. Dein catalecticus, qui parœmiacus vocatur,

$$\upsilon\upsilon-'\upsilon\upsilon-\upsilon\upsilon-\bar{\upsilon}$$

Ol. i. stroph. 4. idemque hac forma,

$$--'\upsilon\upsilon-\upsilon\upsilon-\bar{\upsilon}$$

Olymp. iii. stroph. 4. xii. stroph. 7. ep. 5. Pyth. xii. stroph. 1. 5. 9. 11. Nem. v. ep. 5. Isthm. ii. stroph. 1. iii. ep. 5. Et dimeter acatalectus,

$$--'\upsilon\upsilon-\upsilon\upsilon-'\upsilon\upsilon\,\underline{\smile}$$

Ol. ix. ep. 6. Nem. vi. ep. 9. Præterea etiam logaœdicum genus in anapæstis adhibuit, ut in his

⏑⏑ - ´⏑⏑ - ⏑ ⏓

Ol. ix. stroph. 1. cujus hanc quoque formam habet,

- ´⏑⏑ - ´⏑ -

Ol. i. ep. 8. ix. str. 1. Quamquam hæ quidem formæ potius ad Glyconeum genus pertinere videntur. Denique uti dactylicis versibus, ita etiam anapæsticis Creticos aliosque numeros adjunxit. Eorum hæc præcipua exempla sunt:

⏑⏑ - ´⏑⏑ - - | - ´⏑ -

Nem. viii. stroph. 7.

- - ´⏑⏑ - ⏑⏑ - - | - ´⏑ -

Olymp. iii. stroph. 3. viii. ep. 1. Pyth. ix. ep. 1.

- - ´⏑⏑ - ⏑⏑ - ⏑̄ | - ´⏑ - ´ -

Isthm. vi. ep. 6.

- - ´⏑⏑ - ⏑⏑ - ´⏑⏑ - | - ´⏑ -

Pyth. ii. stroph. 5.

- - ´⏑⏑ - ⏑⏑ - ´⏑⏑ - - | - ´⏑ - ´ -

Pyth. iv. ep. 9.

- - ´⏑⏑ - ⏑⏑ - - | - ´⏑⏑ ⏓

Itshm. iii. ep. 1.

- - ´⏑⏑ - ⏑⏑ - ´⏑⏑ - | - ´⏑⏑ -

Nem. vi. ep. 3. Ac logaœdicis quoque trochæum semantum adjunxit, ut in hoc

- - ´ - - ⏑⏑ - ´⏑ - | — ´ —

Ol. ix. ep. 4.

Cæterum aliud quoddam genus anapæsticum invenitur, quod proprie non ad dactylicos numeros, e quibus anapæsti sunt, sed ad trochaicos referendum est. Nihil enim cum anapæstis commune habet, præter anacrusin. Ex eo genere hi versus sunt:

⏑⏑ - ´⏑̄ | - ´⏑⏑ - ⏑⏑ - -

Pyth. ix. stroph. 1. 3.

⏑⏑ - ´⏑ | - ´⏑⏑ - | - ´⏑ - ⏑ ⏓

Ol. i. ep. 7.

XIV.

De versibus choriambicis.

Choriambicis versibus, qui Æolensium lyricorum et scenicæ poeseos proprii sunt, rarissime usus est Pindarus. Nam nisi quod choriambum interdum aliis numeris intermiscuit, hæc tantum observavi exempla, in quibus pes ille nomen facere versui possit:

- ´⏑⏑ - | - ´⏑ -

Nem. xi. stroph. 7. ep. 7.

- ⏑̄ | - ´⏑⏑ -
| ⏓


Pyth. vii. ep. 1. Isthm. vii. ep. 9. viii. 9, 10, 11, 12, 13, 14. 17. 22.

- - | - ´⏑⏑ - - ´⏑⏑ - ⏑ - | - ´⏑ -

Ol. v. stroph. 1. et alio modo,

- ⏑̄ | - ´⏑⏑ - | ⏑ - ´ | - ´⏑⏑ -
| | ⏓ |

Isthm. viii. 15. Denique aliud genus, a tragicis quoque adhibitum, usurpavit, quæ forma est versus Glyconei, e basi, trochæo, et choriambo compositi:




Nem. iv. stroph. 8. 10. vi. stroph. 3. Isthm. viii. 3. 7.


XV.

De versibus Ionicis.

Versus Ionici a minore, si qui apud Pindarum videntur occurrere, uno tantum pede Ionico constant, cui nunc Creticus, nunc ditrochæus, nunc choriambus adjunctus est, hac ratione,



Ol. viii. stroph. 7.



Ol. vii. stroph. 1. 10.



Pyth. i. ep. 12. At neque hi versus Ionicos numeros habent, sed in dactylicis potius numerandi sunt, multoque magis numerum Ionicum a majore adspernata videtur Doriensium poesis lyrica: ut, nisi quis scholiastarum inepta commenta audire velit, nullum hujus metri exemplum apud Pindarum reperiatur.

XVI.

De epitritis Doriis.

Qui olim trochaici vel etiam iambici versus apud Pindarum aliosque poetas esse credebantur, trochæi spondeique alternatione graves, eos trochaico genere eximendos esse, et ex trochæo spondeoque constare, satis mihi videor ostendisse in dissertatione de mensura quorumdam metrorum rhythmica et in Elementis doctrinæ metricæ. Itaque tantum abest, ut spondeus iste trochæi loco ponatur, ut, si quando trochæus dipodiam finiat, is spondei fungatur officio. Ita esse, apparebit ratione usuque hujus metri explicato. Nam quum Doriæ potissimum harmoniæ proprii sint hi epitriti, dactylis fere et trochæo semanto conjunguntur, sed apta proportione membrorum, ut neque longiora justo, nec breviora sint, serventque indolem suam. Itaque dactylici usurpantur dimetri, trimetri, tetrametri, perraro pentameter, ut Pyth. iii. iique omnes non nisi catalectici in syllabam vel disyllabum, nusquam acatalecti, nusquam logaœdici. Epitriti autem nunc unus membro dactylico præmittitur vel subjicitur, nunc duo. Fiunt etiam ex ipsis epitritis integra membra, et quidem e duobus vel tribus. Plures quum conjunguntur, bini unum solent membrum constituere. Adjicitur iis in fine Creticus, interdum choriambus, sive dactylicus dimeter catalecticus in syllabam. Nonnumquam trochæus, a quo incipiunt hi epitriti, in tribrachum solvitur, nunc constanter, ut Olymp. x. stroph. 3, 4. et Isthm. vi. stroph. 10, 11. nunc, ut cum trochæo permutetur tribrachus, ut Pyth. iv. stroph. 13. et alibi. In spondeo autem, qui trochæum sequitur, vereor ne nulli solutioni locus fuerit concessus. Atque ejus

ultimam syllabam solui non posse, nisi penitus perdito numero, per se clarum est. In ea autem syllaba, quæ hanc antecedit, tam raræ sunt, tamque suspectæ solutiones, ut vix videatur dubitari posse, quin tollendæ sint. Exempla hæc inveniuntur. Pyth. iv. 451.

ἔνθα καὶ γυίων ἀέθλοις ἐπεδείξαντο κρίσιν ἐσθᾶτος ἀμφίς.

ubi κρίσιν interpretatio videtur, cujus in locum non ἀγῶνα, usitatum et vulgare nomen, sed rarius κρῖμα substituendum putaverim. Nem. v. 10.

οὔπω γένυσι φαίνων τέρειναν, ματέρ' οἰνάνθας ὀπώραν,

ubi scholiastæ τῇ γενειάδι docet γένυσι, vel γένυς, quod vulgo legitur, in γένυι mutandum esse. Ibidem v. 19.

θέσσαντο πὰρ βωμὸν πατέρος Ἑλλανίου,

quem locum Schmidius recte videtur constituisse,

θέσσαντο· πὰρ βωμὸν πατρὸς θ' Ἑλλανίου.

Et v. 21. ubi pro vulgato,

Ἐνδαΐδος ἀρίγνωτες υἱοί,

usitatam metri formam restitui posse addito articulo etiam novissimus editor observavit,

Ἐνδαΐδος ἀ'ρίγνωτες υἱοί,

sive malis ἀρίγνωτες. Isthm. ii. autem in fine epodorum melior versuum distinctio solutionem, quæ in tertia epitriti syllaba erat, jam in primam Cretici transtulit. Isthm. iv. 94.

ναὸν Ποσειδάωνος ἐρέφοντα σχέθοι,

vereor ne genuina lectio fuerit,

ναὸν Ποσειδᾶνός σφ' ἐρέπτοντα σχέθοι.

Denique Isthm. vi. 92.

μοῖραν ὕμνων· τὰν Ψαλυχιαδᾶν τε πάτραν Χαρίτων,

libri fluctuant, Ψαλυχιαδᾶν et Ψαλυχαδᾶν præbentes, quorum posterius præferam, modo Ψαλυκχαδᾶν scribatur.

In mediis membris epitritorum necessario cujusque epitriti ultima, syllaba longa est, sed et in fine membri cujusque, et ubi alius numerus etiam in eodem

membro sequitur, veluti dactylicus aut Creticus, anceps est ea syllaba, ut etiam in media voce brevem poni concessum sit. De qua re dictum in dissertatione de mensura rhythmica et in Elementis doctrinæ metricæ. Ex his observationibus efficitur, nusquam in medio numero ultimam epitriti ancipitem esse. Nam sive binos epitritos alii bini epitriti sequuntur, ut Isthm. iii. sive epitritum dactylicus aut Creticus numerus excipit, finitus esse numerus consendus est. Exceptionem sola admittunt nomina propria : cujus rei non nisi unum exstat exemplum, Isthm. ii. 21.

τὰν Ξενοκράτει Ποσειδάων ὀπάσαις.

Alterum enim, Isthm. iv. 123. nunc hac metrorum descriptione sublatum est :

γνώμᾳ πεπιθὼν πολυβού-
λῳ σὺν Ὀρσέᾳ δέ νιν
κωμάξομαι τερπνὰν ἐπιστάζων χάριν.

Hoc tamen in loco si quis continuari epitritos post dactylicum numerum volet, is non male forsitan scribat, *σὺν Ὀρσίᾳ δ' αὖτέ νιν.* Similiter reliquis in locis, ubi epitriti loco ditrochæus numero nondum finito positus videri poterat, nunc vel meliore descriptione membrorum remotum est vitium, de qua re dictum est in dissertatione de mensura rhythmica pag. 8. vel scriptura emendanda est, ut Olymp. iii. 46. Nem. ix. 75. 111. Isthm. vi. 52. Ita unum dumtaxat trochæi male positi exemplum relinquitur, Ol. vii. 3.

ἔνδον ἀμπέλου καχλάζοισαν δρόσῳ,

quod ipsum quare distinctione membrorum mutanda nunc expulerim, infra cap. xix. ostendam.

XVII.

De pœonicis aliisque liberioribus numeris.

Maximam difficultatem habet explicatio eorum versuum, in quibus multæ breves syllabæ continuantur. Quoniam enim tam diligens est Pindarus in harum syllabarum observatione, ut eas vix usquam contractione aliqua variet, incerta plerumque arsium et thesium distinctio est, quo fit, ut sæpe de toto numero non constet. Sed etsi multi ex his numeris nihil videntur nisi solutiones esse usitatorum generum, tamen nimis angustis finibus libertatem lyricæ poeseos coerceret, qui pœonico aliisque numeris, quorum in thesi plures, quam duæ breves sint, rejectis, ubique iambicos vel trochaicos vel Glyconeos versus restitutum iret. Quod si quis regulas requiret, ex quibus, ubi contractiones non faciant indicium, dijudicari liberiores isti numeri ab usitatioribus possint, ingenue fateor, etiam nunc usitatiora metra sic tantum a me ictibus positis indicata esse, si ea ex contractionibus vel tota carminis conformatione probabiliter erui posse viderentur; ubi autem aut nulla essent hæc indicia, aut nimis dubia, ita positos esse ictus, ac si thesis vel anacrusis trium esset pluriumve brevium syllabarum, non quod ubique persuasum mihi de illa re haberem, sed ne privarem Pindarum numeris, quibus

eum potuisse saltem uti existimarem. Etenim hanc totam disputationem, quæ est de investigandis numeris versuum ex multis brevibus syllabis compositorum, in præsens tempus omittendam duxi. Nam hæc res, si quidquam in hoc genere, ita est comparata, ut frustra inchoetur, nisi simul etiam perficiatur. Id autem tanti est tamque diuturni laboris, ut libenter iis disceptandam hanc quæstionem relinquam, quibus plus, quam mihi nunc, otii est. Cavendum est autem magnopere, ne quis, quod Boeckhius fecit, ea mente ad hanc rem accedat, ut numeros omnes, qui thesin vel anacrusin plurium, quam duarum syllabarum habent, protinus removendos statuat, sed præter diligentem pervestigationem eorum, quæ de musicorum doctrina rhythmica ex paucis et maximam partem perobscuris indiciis, quæ nobis reliqua sunt, erui possunt, etiam accurata comparatione quum fragmentorum, quæ ad hoc genus pertinent, maxime dithyrambicorum, tum eorum, quæ a tragicis et comicis satis multa suppeditantur, opus est. Quibus locis quamvis diligenter expensis atque inter ipsos comparatis quam difficile sit certas et veras numerorum, quibus regantur, formas invenire, is demum recte æstimabit, qui meminerit, etiam in pari multitudine brevium syllabarum pro poeseos carminisve conditione, pro natura accentuque vocabulorum, denique pro compositione rhythmorum musicorum, numeros esse posse diversissimos. Non est tamen dubitandum, quin, qui hanc partem doctrinæ metricæ perscrutari volnerit, multa sit nova atque egregia in lucem prolaturus, dum quidem et curam diligentiamque, quam hæ res summam requirunt, adhibeat, et illud vitet, quo nihil in hoc genere plus nocet, ne aliqua opinione præpeditus viam sibi inveniendi veri occludat. Id quod mea sententia Boeckhio quum aliis in rebus accidit, tum in eo, quod nullos versus apud Pindarum dactylo terminari sibi persuasit: de qua re dixit p. 71. seqq. At in iis numeris, qui ad Æoliam harmoniam facti sunt, non potest dubitari, quin versus quidam in dactylum exeant. Ut in Pythico carmine ii. ubi tam manifesta hæc res esse videtur, ut mirer aliter sentire quemquam potuisse. Quod si quis consideraverit, quæ in Elementis doctrinæ metricæ de differentia stropharum Doricarum et Æolicarum dicta sunt, facile spero intelliget, alteris accommodatam eam rationem esse, ab alteris autem alienam.

XVIII.

De trochæo semanto.

In enumeratione metrorum Pindaricorum non est prætereundus trochæus semantus, de cujus quidem usu quoniam explicatum est in dissertatione de quorumdam metrorum mensura rhythmica p. 16. seqq. et in Elementis doctrinæ metricæ lib. iii. cap. 13. nihil attinet, quæ ibi dicta sunt, hic repeti. Quare satis habeo monuisse, in describendis metris hunc pedem hac forma notatum esse, —' — longioribus lineis, quam quibus communis longæ mensura significatur.

XIX.

De interruptione numeri.

Singulare est, necdum animadversum ab iis, qui Pindari aliorumve poetarum numeros tractarunt, interdum medios numeros interrumpi, pausa facta. Quæ res quum haud dubie ex musicis rationibus repetenda sit, quas dolendum est

densis adhuc tenebris circumfusas jacere, mira oritur metrorum et rhythmorum repugnantia. Qui enim ex musicis legibus cohærent rhythmi et unum quid constituunt, interdum ex metricis rationibus in diversos versus distrahendi sunt, ne hiatus syllabæque ancipites in iis metrorum locis conspiciantur, a quibus aliena est hæc licentia. Nullum hujus rei illustrius apud Pindarum exstat exemplum, quam in strophis Ol. vi. ubi quum numeri musici hi sint,

$$\text{-}\,\text{-}'\,\upsilon\,\text{-}'\,\text{-} \;\Big|\; \text{-}\,\upsilon\upsilon\,\text{-}\,\upsilon\upsilon\,\text{-}\,\upsilon$$
$$\text{-}'\,\upsilon\,\text{-}'\,\text{-} \;\Big|\; \text{-}'\,\upsilon\,\text{-}'\,\text{-} \;\Big|\; \text{-}\,\upsilon\,\text{-}\,\text{-}$$

metra, quoniam pausa fit in mediis epitritis, sic distinguenda sunt:

$$\text{-}\,\text{-}'\,\upsilon\,\text{-}'\,\text{-} \;\Big|\; \text{-}'\,\upsilon\upsilon\,\text{-}\,\upsilon\upsilon\,\text{-}\,\upsilon \;\Big|\; \text{-}'$$
$$\upsilon\,\text{-}'\,\text{-} \;\Big|\; \text{-}'\,\upsilon\,\text{-}'\,\text{-} \;\Big|\; \text{-}'\,\upsilon\,\text{-}'\,\text{-}$$

De qua re pluribus ad carmen illud disputatum est. Non est autem dubitandum, quin sæpius hoc fecerit Pindarus. Ita Ol. vii. tam mirus, parumque concinnitati numerorum conveniens est monometer iambicus, ut facile appareat, non esse hunc versiculum iambicum, sed partem epitritorum, qui præcedunt, pausa revulsam. Nam quum ita procederent rhythmi musici,

$$\text{-}'\,\upsilon\,\text{-}'\,\text{-} \;\Big|\; \text{-}'\,\upsilon\,\text{-}'\,\text{-} \;\Big|\; \text{-}'\,\upsilon\,\text{-}'\,\text{-} \;\Big|\; \text{-}'\,\upsilon\,\text{-}$$

pausa ante finem tertii epitriti facta, metra jam sic describenda erant:

$$\text{-}'\,\upsilon\,\text{-}'\,\text{-} \;\Big|\; \text{-}'\,\upsilon\,\text{-}'\,\text{-} \;\Big|\; \text{-}'\,\upsilon\,\text{-}'$$
$$\text{-} \;\Big|\; \text{-}'\,\upsilon\,\text{-}$$

Jam quæri poterit, an isti epitriti, qui tres sunt, addito in fine Cretico, in membra quædam dividenda sint:

$$\text{-}'\,\upsilon\,\text{-}'\,\text{-} \;\Big|\; \text{-}'\,\upsilon\,\text{-}'\,\text{-} \;\Big|\; \text{-}'\,\upsilon\,\text{-}'\,\text{-} \;\Big|\; \text{-}'\,\upsilon\,\text{-}$$

(musicos autem rhythmos hac descriptione intelligi volo) quo facto trochæus iste in verbis,

ἔνδον ἀμπέλου καχλάζοισαν δρόσῳ δωρήσεται

justam excusationem habebit. Alia interrupti numeri exempla exstant Ol. viii. stroph. 6. Pyth. ix. str. 2. Est hæc observatio ex iis, ex quibus spes est insignem olim lucem rei metricæ et rhythmicæ affusum iri, si ii ea utentur, qui non tantum diligentiam ad hæc studia, sed etiam cautum judicium afferre, temeritatem autem abstinere didicerint. Cæterum quo statim ex descriptione metri appareret, interrumpi numerum, in fine versuum posui signa continuationis.

XX.

De versibus asynartetis.

Dubitavi aliquando, an neque Pindarus, nec tragici versibus asynartetis usi essent: quam opinionem amplexus est Boeckhius, quem vide pag. 319. At neque caussa est ulla, quare abstinuisse hos poetas ab illa ratione statuamus, et in Pindari carminibus aliquot satis certa exstant asynartetorum exempla. In his est versus ex antispasto et iambico ischiorrhogico compositus, qui valde usitatus est tragicis, Pyth. v. stroph. 11. Alios versus, qui, absque illa asynartetorum ratione foret, corrupti censendi essent, vel sunt etiam a criticis corrupti, vide Olymp. ix. stroph. 1. 3. 4. 5. 6. 7. et Nem. i. ep. 2. Quod si quis post ea, quæ hodie diligentiore metrorum Pindaricorum tractatione comperta habemus, hanc materiam novo studio et plenius, quam nunc quidem nobis licebat, pervestigabit, non dubito fore, ut latius etiam patere hanc asynartetorum rationem appareat. Non inu-

tile forsitan erit, neque alienum ab hoc argumento, quærere, an poetæ lyrici in quibusdam eorum metrorum, quæ stabiles et minime dubias formas habent, ut in epitritis Doriis et qui cum his conjuncti sunt numeri, syllabam brevem in arsi producere ausi sint. Sunt certe aliquot apud Pindarum loci, qui suspicionem hujus rei aliquam facere possint. Sed hæc et alia iis relinquam, qui et quid restet agendum, intelligent, et ad id agendum idonei reperientur.

DISSERTATIO II.

DE METRORUM QUORUMDAM

MENSURA RHYTHMICA.

Ex quo metrorum scientia ad justæ doctrinæ rationem revocari cœpta est, ex 3
omnibus, qui ad hanc rem studia sua contulerunt, nemo ei majus incrementum, mea quidem sententia, attulit, quam Seidlerus, versibus dochmiacis accuratius explicandis. Alii, majora professi, vel plane destituerunt quam fecerant spem, vel alia, quam quæ exspectabantur, in medium attulere. Ex quibus si qui nuper, recentioribus magis quam Græcis litteris imbuti, nullamque nisi ingenii ad negata animosi laudem sectantes, quum æqualem pedum mensuram Græcis vindicare conarentur, vel editis magnis de re metrica voluminibus, vel in diariis quibusdam asseclarum suorum rudimenta commendantes, omnem argutandi calumniandique sollertiam adhibuerunt, ut audientiam sibi fecisse crederentur, naturam numerorum in quadam imagine imaginisque imagine positam ostensuri: nos quidem, hanc communem omnium reputantes doctrinarum sortem esse, ut etiam devia suum consequantur fastigium, aliis quærendum relinquamus, quis Musarum sacerdos, pedem Ionicum a majore in duabus syllabis unave modulans, carmina non prius audita virginibus puerisque cantet, daturus aliquando, ut sperare licet, etiam monosyllabum versum heroicum. Alia via, ut par erat, rem aggressus est A. Boeckhius, vir et doctissimus et studiosissimus veri: qui quum ipse quoque nova opus esse metrorum doctrina sibi persuasisset, non solum naturam numerorum suo quodam proprio modo explicare studuit, sed etiam, quoniam, artis veterum musicæ ea in re aliquem usum fore intelligebat, ad hanc quoque, tamquam ad fontem largos haustus promittentem, præcipua quadam cura cursum disputationis suæ deflexit. Quæ musicæ veteris pervestigatio non dubitamus 4
quin admodum fructuosa rei metricæ fuisset, si vir præstantissimus admirabilem illam industriam suam eo, quo maxime debebat, contulisset. Nam quum duæ sint partes musicæ, harmonica et rhythmica, quarum harmonica tenui quodam et hodie vix explicabili vinculo cum metrica doctrina cohæret, rhythmica autem cognata ei est conjunctaque maxime: harmonicam diligenter ille pertractavit,

rhythmicam autem, de qua vel sola, vel præcipue eum dicturum exspectabamus, obiter tantum attigit, afferens magis, quam explicans, quæ in hoc genere a veteribus tradita sunt. Est illa sane longe obscurissima pars veteris musicæ, quæ non aliter, ut videtur, explanari poterit, quam si Aristoxeni elementa rhythmica reperiantur, vel Pselli saltem introductio in artem rhythmicam, cujus specimina quædam Morellius dedit, in lucem prodeat*. At tanto cautius incedere oportet, si quis numeros Græcorum ex ipsa illius gentis doctrina judicare instituit.

Prorsus enim diversæ erant rhythmica et metrica. Metrica, quæ ad solam versuum compositionem spectabat, quoniam in sermone duæ tantum mensuræ usurpantur, in solis duplicis mensuræ varietatibus consistebat; rhythmica autem, quæ ad cantum pertinebat, quum mensurarum majorem habebat varietatem, tum pedibus utebatur et aliis et aliter consociatis. Inde metricæ artis propriæ perhibentur productiones correptionesque syllabarum, et longitudines ac brevitates; rhythmicæ autem, tarditates ac celeritates. Nam Porphyrius pag. 239. si cui productiones syllabarum et correptiones ad rhythmum referre videatur, nihil nisi negligentius loqui scriptorem illum, ordine minus observato, et res ipsa, et aliorum scriptorum loci, ut Manuelis Bryennii p. 502. et Suidæ in v. ῥυθμὸς, docere poterunt. Quot autem mensuris rhythmici usi sint, non est traditum ab antiquis. Nam Aristidis Quintiliani verba pag. 33. σύνθετος δέ ἐστι χρόνος, ὁ διαιρεῖσθαι δυνάμενος· τούτων δὲ ὁ μὲν διπλασίων ἐστὶ τοῦ πρώτου· ὁ δὲ, τριπλασίων· ὁ δὲ, τετραπλασίων· μέχρι γὰρ τετράδος προῆλθεν ὁ ῥυθμικὸς χρόνος, vereor ne pariter atque ea, quæ Martianus Capella pag. 194. dicit, ad illa pertineant, quæ idem Aristides p. 45. et scholiastes Hephæstionis p. 78. aliique de syllabis vocalium pondere, consonantiumque multitudine magis minusve auctis, nimis profecto subtiliter, disputant. Certe non est ista observatio de ea re intelligenda, de qua disserit Aristoxenus in fr. rhythm. pap. 288. qui ipse alia omnia potius, quam pedem simplicem non nisi ex quattuor moris constare dicit. Loquitur ille de partibus pedis, arsi et thesi, quarum dicit in pede simplici non nisi quattuor, duas theses, totidemque arses conjungi: quod etiam Psellus p. 301. confirmat. Verba Aristoxeni, quibus emendatis uti præstat, hæc sunt: τοῦ δὲ λαμβάνειν τὸν πόδα πλείω τῶν δύο σημεῖα, τὰ μεγίθη τῶν ποδῶν αἰτιατέον· οἱ γὰρ ἐλάττους τῶν ποδῶν, ὑπερίλημπτον τῇ αἰσθήσει τὸ μέγιθος ἔχοντες, εὐσύνοπτοί εἰσι καὶ διὰ τῶν δύο σημείων· οἱ δὲ μεγάλοι τουναντίον πεπόνθασι· δυσπερίλημπτον γὰρ τῇ αἰσθήσει τὸ μέγιθος ἔχοντες, πλειόνων δέονται σημείων, ὅπως εἰς πλείω μέρη διαιρεθὲν τὸ τοῦ ὅλου ποδὸς μέγιθος εὐσυνοπτότερον γένηται· διὰ τί δὲ οὐ γίγνεται πλείω σημεῖα τῶν τεττάρων, οἷς ὁ πους χρῆται κατὰ τὴν αὐτοῦ δύναμιν, ὕστερον διειχθήσεται. Nam quemadmodum βάσιν rhythmici, ut mittam, quæ Budæus in Comm. Gr. l. attulit, nunc de thesi, quam ipsi dicunt, usurpant, ut Aristoxenus fr. rhythm. p. 292. 294. et Psellus p. 301. nunc de loco et sede integri pedis, ut scholiastes Hephæstionis pag. 44. et interpretes Aristophanis ad Nub. 652. nunc etiam universe de incessu numeri dicunt, ut Aristides pap. 38. v. 22. cui addere possem locum ex inedito de metris libello, ita etiam σημεῖον modo moram sive tempus vocant, cujus significationis exempla attulit Morellius ad Aristoxeni fr. pag. 280. sq. modo motum dicunt unum, qui, ut unus sonus, vel una syllaba, partem pedis implet, ut Aristoxenus in fr. p. 278. 282. et Aristides p. 32. modo universe talem pedis partem intelligunt, sive ea motu, seu

* De illo Pselli scripto v. præfat. ad Elem. doctr. metr. pag. vii.

sono, seu syllaba contineatur, ut idem Aristoxenus p. 288, 290. 292. et Psellus p. 301. interdum vero etiam illam pedis partem, quæ vel arsis vel thesis est, etiam si ex pluribus vel sonis vel syllabis vel motibus constet, nomine isto significant, ut Aristides p. 39. pæonem diagyium ex duobus σημείοις compo- 6
situm dicens, qui pes alias vel quinque vel tria dicendus esset σημεῖα habere. Sed hæc obiter. Quæ certæ videntur rhythmicorum mensuræ, sunt, præter simplicem et duplicem, quadruplex et octuplex. Hac ambæ in orthio, trochæoque semanto inveniuntur; quadruplex etiam, ut videtur, in spondeo majore seu duplici. Etsi enim, qui hunc ex quattuor bimoris partibus constare volunt, non inepte comparatione uti possunt proceleusmatici, quem ex quattuor brevibus temporibus compositum similiter duplicem vocat Aristides, tamen, quum ille spondeum istum p. 36. non sine caussa, ut putamus, ἐκ τετρασήμου θέσεως καὶ τετρασήμου ἄρσεως fieri dicat, verior videtur Boeckhii sententia, duas eum quaternorum temporum partes habere. Omnino autem ipsa rei natura postulat, ut pluribus, quam simpli et dupli mensuris usam esse musicam Græcorum credamus, quod nimis iners et rudis foret cantus, qui non nisi duplicis mensuræ varietatem admitteret. Sed hoc quidem facile omnibus probabitur. Illud vero mirum plerisque et incredibile accidet, si dixerimus, etsi poetæ Græci propter linguæ suæ naturam non pluribus utantur, quam duabus mensuris, tamen ex ipsis eorum metris aliquando colligi posse, quibus in cantu rhythmicis mensuris vel non usi, vel etiam usi esse videantur. In qua re si non fallimur, intelligetur forsitan, esse adhuc, quo artis periti nondum penetrarint.

Consideranti comparantique hos duo versus,

ὦ βαθυζώνων ἄνασσα Περσίδων ὑπερτάτη,
Δωρίῳ φωνὰν ἐναρμόξαι πεδίλῳ,

quorum utrumque trochaicum esse volunt, facile appareat necesse est, posse quidem utrumque eodem modo recitari, i. e. per dipodias trochaicas, potiore ictu in prima syllaba notatas, sed tamen, ne Pindaricum ita legi velis, duo obstare, unum, quod volubilitas trochaici numeri, quamvis per trochæos irratio- 7
nales ad paullo majorem gravitatem adducti, minime conveniat severitati Doriæ harmoniæ, cujus iste e trochæo spondeoque factus numerus proprius est; alterum, quod epitriti usus in hunc numerum ita receptus est, ut ille non ex duobus trochæis, sed ex trochæo et spondeo constare videatur. Nam quid est, cur in tanta horum numerorum apud Pindarum copia vix pauci reperiantur versus, qui trochæum habeant, quum præsertim idem poeta in iis carminibus, in quibus vere trochaicis numeris usus est, trochæum in fine dipodiæ sæpissime admittat, ut in Nem. viii.* quod, ut ipse testatur, Lydiam harmoniam habuit: quod contra in Doriis carminibus, ut in Pyth. iv. in quo iste epitritus quingenties tricies ter invenitur, non nisi bis in medio versu ditrochæum positum videmus, idque ipsum iis in locis, ubi syllaba brevis recte pro longa poni possit. Quæ tanta diligentia, quam etiam apud tragicos in hoc genere deprehendimus, monet, ut locos, qui repugnant, de vitio suspectos habeamus. Sunt autem apud Pindarum, de quo solo nunc dicam, hi. Ol. iii. 27. (46.) ubi neque Ἰστρίᾳ νιν, neque Ἰστρίᾳ νιν, neque Ἰστριανὴν, ut quidam libri habent, sed Ἴστριναν scribendum videtur: pronomine enim tanto minus opus est, quod istud nomen

* At in hoc quoque carmine Dorios epitritos esse, trochæosque vel scriptura emendata, vel versibus rectius dispositis removeri, nunc persuasum habeo.

nullo modo ad γαῖαν pertinere potest, sed cum sequente ἱλᾶόντα construendum est. vii. 2. (3.) ubi ἀμπέλου ἴνδον, quamvis contra plerosque libros et Athenæi auctoritatem, inverso verborum ordine præferam. x. 4. (xi. 4.) ubi etsi anceps judicium est, quum duas tantum strophas hoc carmen habeat, versusque et hic et ultimus stropharum trochaicus esse possit, tamen, quum reliqua metrorum compositio trochæis non magnopere faveat, videndum est, ne σὺν πόνῳ vel errori, vel correctori, ἀνὴρ in antistrophico prima correpta esse putanti, debeatur, poeta autem σὺν μόχθῳ dederit *. xii. 21. (27.) jam Boeckhius sustulit, recte monens, ὁμιλίων trisyllabum esse. Pyth. i. 13. (26.) ἀτύζονται non debebat cum ἀτύζεται commutari, quum præsertim Plutarchus, gravis nec silentio prætereundus auctor, non uno loco pluralem tueatur †. Nem. v. 14. (25.) ubi in particula μὴ non
8 immerito offendit Boeckhius, repone, ἐν δίκᾳ σ' οὐ μὴ κεκινδυνευμένον ‡. ix. 32. (75.) et 47. (111.) jam Boeckhius in vitii suspicionem adduxit, in priore nihil obstare monens, quin εἰσὶν pro ἐντὶ scribatur §; in altero restitue, οὐκ ἔστιν τὸ πόρσω. Isthm. v. 34. (vi. 52.) ubi neque κάρυξε, neque κύρησε nunc probem, sed malim, ἀλλ' Αἰακίδαν καλέων ἐς πλόον κάρυσσε, *Æacidam ad expeditionem se vocare indicabat.* Quæ præterea ditrochæi exempla in his numeris inveniuntur, idoneam excusationem habent. Sunt enim aut in fine versus, ubi ultimæ syllabæ mensuram nihil curari constat, aut in fine numeri, sequente mediis in versibus alio numero, qui locus eamdem habet ancipitis syllabæ veniam. Et prioris quidem generis exempla afferre nihil attinet; alterius autem quæ reperiuntur, commemorasse non erit supervacaneum. Et ante dactylicos numeros trochæus invenitur Ol. vi. 18. (31.) viii. 54. (71.) x. (xi.) 6. 12. xii. 19. (25.) Pyth. iii. 18. (31.) iv. 23. (40.) ix. 21. 125. (38. 214.) Nem. v. 47. (86.) nisi quis ibi, quod Heynio in mentem venit, μάρναντται reponi malit. x. 4. 22. (6. 40.) Isthm. i. 17. (24.) Ante choriambum Ol. xiii. 19. (26.) Ante Creticum Ol. x. (xi.) 16. 17. 21. xii. 15. (21.) Pyth. iv. 5. (9.) Nem. i. 1. v. 1. 15. (28.) Isthm. iii. 15. 17. 34. 35. (24. 28. iv. 25. 28.) et olim 51. (iv. 55.) ubi nunc meliorem lectionem cum epitrito restituit Boeckhius. At, inquiat aliquis, quid Creticus ad rem, qui quum nihil sit nisi catalexis, non alius, sed idem numerus est, ut, si ante hunc syllabæ ancipiti locus est, ea res indicio sit, esse potius in epitrito isto trochaicum numerum, quam non esse. Etenimvero ita videri non nego: attamen non esse ita, tantisper mihi concedi volo, dum attulero, quod opinionem meam confirmet. Nunc, si vera dicimus, Ol. xii. 6. (7.) metrorum dispositio ea, quæ est in vulgatis libris, excusationem præbebit ditrochæo, quam ille in nupera descriptione non habet. Sed præter hæc exempla etiam illa non sunt existimanda ditrochæum habere, in quibus nomen proprium illum pedem infert, ut Isthm. ii. 14. (21.) || iii. 90. (iv. 123.) ¶ (nam Agesidamos, Agesilaos, Agesimachos, qui communi lingua Hegesidami, Hegesilai,

* Servata vulgata lectione nunc rectius dispositis membris hoc vitium removi.

† Quamquam hoc in exemplo, quia non epitritus, sed Creticus sequitur, ferri posset ἀτύζεται.

‡ Defendi hic quoque potest vulgata, modo membris recte divisis.

§ Non est tamen hæc, ut opinor, vera lectio, sed scribendum ἐν τίν τοι: vide Nem. vii. 132. nisi præstat etiam ἔν τοι τίν, ut Pyth. i. 134. σύν τοι τίν.

|| Hunc quidem locum in Elementis doctrinæ metricæ p. 651. monui liberari posse licentia ista, membris aliter dispositis, et v. 66. ἐπεί τοί γ' scribendo. Sed rectius tamen, opinor, concedemus hanc veniam nomini proprio.

¶ Hic locus non indiget hac excusatione. Sed non recte distinxi membra in Elem. doctr. metr. p. 651.

Hegesimachi erant, scions omitto) ita ut in his, quæ paullo ante ab alio sequente 9
numero veniam habere diximus, hæc Ol. viii. 54. (71.) xii. 19. (25.) Pyth. ix. 125. (214.) Isthm. iii. 15. (24.) in quibus nomen proprium est, duobus modis defendi possint. Nam ut Æschylus Ἱπποµέδοντος et Παρθενοπαῖος, Sophocles autem Ἀλφεσίβοιαν secunda longa, idemque prima producta Τελεύταντος dixit, etsi hoc quidem Porsonus eleganti conjectura tollere studuit, ita Pindarus quoque aliquid in nominibus propriis sibi indulsit, et plus fortasse, quam quis opinetur. Insigne exemplum præbent Ol. ii. initio Ἡρακλέης, et Nem. vi. 54. (89.) Ἀοῦς ἀκµᾷ; quibus in verbis, ut nos quidem putamus, pæon primus secundam tertiamque syllabam contractas habet in unam longam: quod quum contra legem pæonum factum sit, apparet, syllabam istam duobus sonis cani debuisse *. Id enim factum esse interdum, et hæc Aristoxeni verba monstrant in fragm. rh. pag. 288. ὁ δὲ µικτὸς (χρόνος), ᾧ συµβέβηκεν ὑπὸ φθόγγου µὲν ἑνὸς, ὑπὸ ξυλλαβῶν δὲ πλειόνων καταληφθῆναι, ἢ ἀνάπαλιν ὑπὸ ξυλλαβῆς µὲν µιᾶς, ὑπὸ φθόγγων δὲ πλειόνων, et Aristophanes comprobat, abusum hujus rei notans illo εἰαιαιαιαιλίσσετε in Ranis v. 1349. 1390. Pæones quidem, quibus vel Germanicas Musas noster ille canere docuit Klopstockius, Boeckhius nunc Græcorum volubili linguæ eripere conatus est, quod quæ ab ipso inventa est metrorum doctrina eos non ferret. Nos, aliter ea de re sentientes, illud tantum nunc monebimus, in carmine Ol. ii. primum pæonem, aliquoties ab interpolatoribus sublatum, præter illud Ἡρακλέης in omnibus strophis et posse restitui, et videri restituendum esse. Redeo ad ditrochæum. Is uno in carmine, Isthmicum quartum, vulgo quintum, dico, prorsus videtur rationes nostras conturbare:

µᾶτερ Ἀλίου, κολυώνυµε Θεία,
σέο γ' ἕκατι καὶ µεγασθενῆ νόµισαν,

cujusmodi pleraque stropharum initia sunt †: simulque addi his debet iii. 19. (iv. 1.)

ἔστι µοι θεῶν ἕκατι µυρία πάντᾶ κέλευθος.

Quibus locis quum scripturæ correctio adhiberi non possit, certo evertent senten- 10
tiam nostram, nisi inveniatur, quo ipsi quoque defendi queant. Ac de Isthm. iii. 19. (iv. 1.) sic existimo: quoniam quaternæ dipodiæ conjunctæ sunt, binas, ut in multis versibus, unum membrum constituere: quam rationem huic versuum generi etiam v. carmine Isthmiorum, licet alio modo, vindicari, non opus est ut peritos moneam. Ex quo consequitur, nihil offensionis habere ancipitem in fine secundæ dipodiæ, ut finito ibi numero; sed in prima dipodia post ἔστι particulam aliquam excidisse. Aliter statuendum videtur de primis duobus versibus quarti carminis: in quorum primo quum secundus, in secundo quartus pes sæpius, quam velis, excusatione opus habeat, in priore autem secundi versus dipodia nulla prorsus trochæo venia sit: nihil reliquum est, quam ut hos duo versus aut vere trochaicos numeros habere, ideoque plane ab illo genere, de quo loquimur, diversos esse censeamus, quod tamen non videtur bene convenire cum

* Ita tamen hoc insolens videtur in pæonico numero et pene abhorrens ab ejus natura, ut dubitem, an præstet has Cretici soluti contractiones putare.

† Descriptionem membrorum nunc eam dedi, qua tollitur vitium. Vide Elem. doctr. metr. p. 650.

reliquis numeris, in quibus omnibus Dorica gravitas conspicua est; aut primam primi, secundam secundi versus dipodiam neque trochaicam, neque ex trochæo et spondeo, sed ex basi et trochæo esse statuamus *; quod genus si cui duplicem basin vocare placet, ostendat velim, cur secundus pes alias sequatur, quam quæ sunt baseos leges. Ita vero non modo in utraque dipodia varians mensura idoneam rationem habebit, sed recte etiam in secundo versu prior dipodia trochæum pro spondeo recipiet, latente, quia alius numerus sequitur, falsa mensura. In epodorum autem versu septimo, in quibus omnibus (sunt autem tres tantum) ditrochæus dactylos præcedit, ferri fortasse trochaicus numerus, quum sit brevissimus, poterit; sin minus, apparet, certe excusari syllabam ancipitem posse.

Sed veniendum jam est ad ea, quorum caussa hæc disserui: ex quibus, ut hoc obiter addam, satis intelligetur, cur finem fragmenti Pindarici, quod a Thierschio
11 in Actis Monacensibus i. fasc. iii. p. 315. sq. et a Boeckhio in adnotationibus ad Isthm. vii. editum est, choriambum, non ditrochæum constituerim. Alia fragmenta, in quibus ditrochæus est, ubi epitritum esse conveniebat, vel aperte corrupta sunt, vel certum judicium excludunt. Igitur dipodia trochaica non potest aliter pronunciari, quam ut prior pes majorem, posterior minorem ictum accipiat, ut in hoc versu,

ὦ βαθυζώνων ἄνασσα Περσίδων ὑπερτάτη.

In qua re nihil mutat ultimæ productio, quia ea syllaba tamen pro brevi est. Quin Boeckhio auctore etiam mensuram in secundo pede prima syllaba breviorem, quam in primo, habet. Hic enim lib. i. cap. extremo, ut æqualem pedum mensuram, qua hodie musici utuntur, etiam in Græcam musicam inferret, quum id quosdam per puncta, quibus sescuplum ad dimidium comparatur, frustra tentare intelligeret, rem excogitavit, cui rite exsequendæ ipse Apollo impar sit, mensuram dipodiæ trochaicæ, trochæum irrationalem habentis, ex his constare rationibus: 2. 1. $1\frac{5}{7}$. $1\frac{2}{7}$. Esto: quis enim hodie incredibilia reformidet? At quid fiet præceptis veterum rhythmicorum? Nam quum $1\frac{5}{7}$ et $1\frac{2}{7}$ hanc rationem habeant, quam 4 et 3, triplicis et quadruplicis mensuræ consociatio usitatissima foret, quam tamen veteres vel plane rejectam, vel raro certe usurpatam perhibent. Deinde, si dicunt veteres, posteriorem spondei irrationalis syllabam brevi longiorem esse, quis tamen eorum dixit, priorem syllabam breviorem esse longa? Denique quis dixit, irrationalem syllabam cum irrationali consociari, quæ ratio aperte exclusa est et ab Aristoxeno in fr. rh. p. 298. et a Bacchio p. 23. Quæ quum ita sint, manebit, ut opinor, etiam secundi pedis initio eadem, quæ primi, mensura in ditrochæo, etiam si posterior pes irrationalis sit. Sed quid dicemus de illo genere, quale hoc est,

Δωρίῳ φωνὰν ἐναρμόξαι πεδίλῳ,

quod isto modo si legimus, mensura utriusque pedis pari, priore autem pede
12 majorem percussionem habente, omnis perit numerorum gravitas et magnificentia. Quod genus neminem, qui aliquo venustatis sensu polleat, aliter, quam prioris pedis initio minorem, alterius majorem habente percussionem recitaturum putamus, ipso sensu illuc inclinante, ut pedem, qui posterior est, spondeum, quam trochæum

* Nihil opus esse hac metri descriptione, ex ea, quam nunc dedi, dispositione versuum intelligetur.

irrationalem esse malit. Id vero planissime confirmatur iis, quæ supra attulimus. Nam si spondeus tam constanter usurpatur, ut non ipse, sed trochæus, si is aliquando inveniatur, excusatione indigeat, quid aliud, quam non ex duobus trochæis, sed ex trochæo et spondeo hoc genus compositum esse dicemus? At hoc quoque dubitationem habet non exiguam. Nam si iste non ditrochæus, sed epitritus est, quid caussæ est, cur rhythmici, quum hic numerus apud lyricos usitatissimus, apud tragicos minime rarus sit, tamen, ubi de divisione numerorum loquuntur, tria faciant genera, par, duplex, sescuplex; quartum genus autem, epitritum, ut quod exigui usus sit, a quibusdam tantum adjici referant, veluti Aristides p. 35. bis, Porphyrius in Comment. ad Ptolem. pag. 220. Psellus pag. 300. Quin Aristoxenus plane hoc genus exclusit, ita scribens in fine fragmenti: τὸ δὲ ἑπτάσημον μέγεθος οὐκ ἔχει διαίρεσιν ποδικήν· τριῶν γὰρ λαμβανομένων λόγων ἐν τοῖς ἑπτά, οὐδείς ἐστιν ἔῤῥυθμος· ὧν ὁ εἷς μέν ἐστιν ὁ τοῦ ἐπιτρίτου· δεύτερος δὲ, ὁ τῶν πέντε πρὸς τὰ δύο· τρίτος δὲ, ὁ τοῦ ἑξαπλασίου· ὥστε πέμπτοι ἂν εἶησαν οἱ ἐν ὀκτασήμῳ μεγέθει: numeraverat autem quattuor ante genera, trium quattuor, quinque, sex temporum. Ex quo apertum est, quem diximus epitritum apud Pindarum inveniri, ab rhythmicis aut ad trochæos relatum, aut certe ne pro epitrito quidem habitum esse. Atqui ne ad trochæos referatur, obstant, quæ paullo ante commemoravimus: quodsi ne epitritus quidem est, quid tandem erit aliud? Laudabo, qui ad hoc ita responderit, ut locus dubitationi non relinquatur. Ego satis habebo, distinctius constituenda quæstione etiam augere dubitandi materiam. Sensum si consulas, quem solum in hoc genere, et quamquam non contemnendum, attamen ne omni quidem ex parte certum ducem habemus, facile adducaris, ut gravitatem Dorii numeri ne spondeo quidem trochæum sequente, i. e. his mensuris 2. 1. 2. 2. contentam esse, sed longius etiam duci debere secundi pedis initium existimes. Unde, qui 13
hodiernam musicam veteri immiscent, talem forsitan rationem comminiscentur, 2. 1. 3. 3. adhibito vel illo Aristidis tempore triplici, de quo supra diximus, vel, si id eripiatur, testimonio Aristoxeni p. 302. cujus verba emendata adscribam: τέταρτοι δ' εἰσὶν οἱ ἑξασήμῳ μεγέθει· ἔστι δὲ τὸ μέγεθος τοῦτο δύο γένων κοινὸν, τοῦ τε ἰαμβικοῦ, καὶ τοῦ δακτυλικοῦ· ἐν γὰρ τοῖς ἓξ πρώτοις λαμβανομένων λόγων, τοῦ τε ἴσου, καὶ τοῦ διπλασίου, καὶ τοῦ τετραπλασίου, ὁ μὲν τελευταῖος ῥηθεὶς οὐκ ἔῤῥυθμός ἐστι· τῶν δὲ λοιπῶν ὁ μὲν τοῦ ἴσου λόγος εἰς τὸ δακτυλικὸν γένος ἐμπεσεῖται· ὁ δὲ τοῦ διπλασίου εἰς τὸ ἰαμβικόν. Eademque dicit Aristides p. 35. seq. τῶν ῥυθμῶν τοίνυν οἱ μέν εἰσι σύνθετοι, οἱ δὲ ἀσύνθετοι· ἀσύνθετοι μέν, οἱ ἐνὶ γένει ποδικῷ χρώμενοι, ὡς οἱ τετράσημοι· σύνθετοι δὲ, οἱ ἐκ δύο γενῶν, ἢ καὶ πλειόνων, ὡς οἱ δωδεκάσημοι· μικτοὶ δὲ, οἱ ποτὲ μὲν εἰς χρόνους, ποτὲ δὲ εἰς ῥυθμοὺς ἀναλυόμενοι, ὡς οἱ ἑξάσημοι. At hæc ad aliam rem transfert Boeckhius pag. 27. cui neque contradicam, neque assentiar, nisi alia prægressa disputatione, cui nunc non est locus. Omnino autem etiam si defendi ista ratio posset, minime apta ea foret his numeris, manente trochæi similitudine, cujus iteratio non minus omnem gravitatem excludit, quam ineptus ille dactylorum exitus, qui in Ol. vi. nimis patienter ad hunc usque diem toleratus est. Aptius fortasse prioris pedis duplum videbitur, 2. 1. 4. 2. Modo quis aliunde hunc longiorem trochæum proferat. Poterit quidem, ductus ope, ex memorabili loco Aristoxeni Harm. ii. p. 34. πάλιν ἐν τοῖς περὶ τοὺς ῥυθμοὺς πολλὰ τοιαῦθ' ὁρῶμεν γιγνόμενα· καὶ γὰρ μένοντος τοῦ λόγου, καθ' ὃν διώρισται τὰ γένη, τὰ μεγέθη κινεῖται τῶν ποδῶν, διὰ τὴν τῆς ἀγωγῆς δύναμιν· καὶ τῶν μεγεθῶν μενόντων ἀνόμοιοι γίγνονται οἱ πόδες, καὶ αὐτὸ τὸ μέγεθος πόδα τε δύναται καὶ συζυγίαν. Quæ non recte explicat Meibomius. Nam hoc dicit Aristoxenus, manente ratione eadem, v. c. dupli, mutari pedem pondus per ductum, ut trochæus, si hoc utare, vel trium possit vel sex temporum esse; rursum-

que magnitudine manente, veluti senorum temporum, dissimiles fieri pedes, ut
14 eadem magnitudo vel uni, vel duobus trochæis sufficiat. Verum enim vero nec tam crebro, quam in his epitritis opus foret, ductum mutatum esse credibile est, præsertim si compares, quæ Quintilianus ix. 4. 50. dicit, silentiumque ea de re Aristidis pag. 99. seq. et obstare quodammodo etiam Plutarchi verba videntur, qui in libro de musica, quamvis c. 21. p. 1138. B. laudet antiquorum in numeris varietatem, tamen c. 6. p. 1133. B. ita scribat: τὸ δ' ὅλον ἡ μὲν κατὰ Τέρπανδρον κιθαρῳδία καὶ μέχρι τῆς Φρύνιδος ἡλικίας παντελῶς ἁπλῆ τις οὖσα διετέλει· οὐ γὰρ ἐξῆν τὸ παλαιὸν οὕτω ποιεῖσθαι τὰς κιθαρῳδίας, ὡς νῦν, οὐδὲ μεταφέρειν τὰς ἁρμονίας καὶ τοὺς ῥυθμούς. Præterea bene tenendum est, quos Græci pedes rhythmicos vocant, etsi natura sua dissimillimi sunt hodiernæ illi æquali pedum mensuræ, cui tactui nomen fecere, tamen usu non multum ab ea diversos esse: unde consequitur, non necessarium fuisse, ut cantus non alias, quam has ipsas, partes, quibus pedis cujusque natura continetur, exprimeret. Id quum obscurius colligi possit ex iis, quæ eodem illo, quem commemoravimus, loco addit Aristoxenus: δῆλον δ' ὅτι καὶ τῶν διαιρέσεων τὸ καὶ σχημάτων διαφοραὶ περὶ μένον τι μέγεθος γίγνονται· καθόλου δὲ εἰπεῖν, ἡ μὲν ῥυθμοποιΐα πολλὰς καὶ παντοδαπὰς κινήσεις κινεῖται· οἱ δὲ πόδες, οἷς σημαινόμεθα τοὺς ῥυθμούς, ἁπλᾶς τε καὶ τὰς αὐτὰς ἀεί· multo clarius intelligitur ex his, quæ idem in fr. rh. p. 290. scribit, ubi quum dixisset, pedem suapte natura non ultra quattuor partes, duas theses, totidemque arses, recipere, pergit ita: δεῖ δὲ μὴ διαμαρτεῖν ἐν τοῖς νῦν εἰρημένοις, ὑπολαμβάνοντας μὴ μερίζεσθαι πόδα εἰς πλείω τῶν τεττάρων ἀριθμόν· μερίζονται γὰρ ἔνιοι τῶν ποδῶν εἰς διπλάσιον τοῦ εἰρημένου πλήθους ἀριθμὸν καὶ εἰς πολλαπλάσιον· ἀλλ' οὐ καθ' αὑτὸν ὁ πούς εἰς τὸ πλέον τοῦ εἰρημένου πλήθους μερίζεται, ἀλλ' ὑπὸ τῆς ῥυθμοποιΐας διαιρεῖται τὰς τοιαύτας διαιρέσεις· νοητέον δὲ χωρὶς τά τε τὴν τοῦ ποδὸς δύναμιν φυλάσσοντα σημεῖα, καὶ τὰς ὑπὸ τῆς ῥυθμοποιΐας γιγνομένας διαιρέσεις· καὶ προσθετέον δὲ τοῖς εἰρημένοις, ὅτι τὰ μὲν ἑκάστου ποδὸς σημεῖα διαμένει ἴσα ὄντα καὶ τῷ ἀριθμῷ καὶ τῷ μεγέθει· αἱ δ' ὑπὸ τῆς ῥυθμοποιΐας γιγνόμεναι διαιρέσεις πολλὴν λαμβάνουσι ποικιλίαν. Quæ quomodo Boeckhio pag. 104. ad ductum rhythmicum
15 spectare videantur, nullo modo assequor. Rectius ea compares cum his verbis Longini, in fragm. 3. (v. scholiasten Hephæstionis, pag. 76.) ἔτι τοίνυν διαφέρει ῥυθμοῦ τὸ μέτρον, ἢ τὸ μὲν μέτρον πεπηγὸς ἔχει τοὺς χρόνους, μακρόν τε καὶ βραχύν, καὶ τὸν μετὰ τοῦτον, τὸν κοινὸν καλούμενον, ὃς καὶ αὐτὸς πάντως μακρός ἐστι καὶ βραχύς. ὁ δὲ ῥυθμὸς ὡς βούλεται ἕλκει τοὺς χρόνους· πολλάκις γοῦν καὶ τὸν βραχὺν χρόνον ποιεῖ μακρόν. Apertiusque etiam Dionysius hoc declarat in libro de compositione verborum p. 134. ἡ μὲν γὰρ πεζὴ λέξις οὐδενὸς οὔτε ὀνόματος οὔτε ῥήματος βιάζεται τοὺς χρόνους, οὐδὲ μετατίθησιν. ἀλλ', οἵας παρείληφε τῇ φύσει τὰς συλλαβάς, τάς τε μακρὰς καὶ τὰς βραχείας, τοιαύτας φυλάττει· ἡ δὲ ῥυθμικὴ καὶ μουσικὴ μεταβάλλουσιν αὐτὰς μειοῦσαι καὶ αὔξουσαι, ὥστε πολλάκις εἰς τἀναντία μεταχωρεῖν· οὐ γὰρ ταῖς συλλαβαῖς ἀπευθύνουσι τοὺς χρόνους, ἀλλὰ τοῖς χρόνοις τὰς συλλαβάς. Ex quibus æstimari potest, non ita planum esse, quæ musicorum numerorum cum metris poetarum consociatio fuerit atque communitas. Quamquam male abuteretur ista Dionysii observatione, qui ea vel in metris si quid vitiosum est, excusatum iret, vel musicos numeros non putaret aliqua tamen ratione cum metricis convenisse. Præterea vero a Plutarcho in libro de musica c. 28. p. 1140. F. 1141. A. quædam commemoratur εἰς τοὺς οὐχ ὁμογενεῖς ῥυθμοὺς ἔντασις, quæ quam vim habuerit, melius fortasse intelligetur, quum exempla, quæ ibi allata sunt, maximeque pæon epibatus, explicatus fuerit, de quo pede quæ ab Aristide tradita sunt, et secum ipsa, et cum iis, quæ supra ex Aristoxeno de quattuor pedum σημείοις attulimus, videntur pugnare. Sed quiqui fuerint

numeri musici, qui Doriis istis epitritis aptabantur, hoc tamen ex iis, quæ disputavimus, effici videtur, posteriorem pedem non trochæum irrationalem, fortasse ne spondeum quidem quattuor temporum, sed longiorem quempiam pedem fuisse. Quæ ratio si vera est, sponte intelligitur, tolli dubitationem, quam supra tetigimus, quomodo etiam ante Creticum ditrochæus pro epitrito locum habeat. Nam Creticus jam minime erit catalexis præcedentis numeri, sed plane alius numerus, ut ex his mensuris constans, 2. 1. 2. ex quo conficitur, si ante dactylos aut choriambos ditrochæus epitriti vicem sustinere potest, non minus id fieri ante Creticum posse. Confirmatque eam rem justa versuum 16
recitatio. At, inquiat aliquis, epitritum istum ex trochæo rationali et irrationali, majoris tantum gravitatis caussu, compositum esse, ex eo colligi potest, quod etiam anacrusin, si quando ea usurpatur, constanter longam habet Pindarus, bis tantum brevem sibi indulgens, semel Ol. vii. 4. (5.) et Isthm. i. 4. (5.) qui loci nescias an corrigendi sint. Nam. Ol. viii. emendatio levis mendi, quod. v. 87. (115.) relictum est, meliorem versuum distinctionem monstrabit. Fateor, ejusmodi esse hoc argumentum, ut in se ipso nihil habeat, quod reprehendi possit. Verum quod ad anacrusin attinet, eam etsi longam esse necessitas nulla cogit, tamen sequente tam gravi, quam nos quidem putamus, numero, facile intelligitur, longam anacrusin brevi aliquanto aptiorem esse: quod autem maximum est, non everteruntur isto argumento, quæ de gravitate Dorii numeri diximus: quæ quum tanta sit, ut trochaicum numerum, quidquid comminiscare, plane aspernari videatur, nihil proderit ad trochæorum defensionem mensura anacruseos. Sed satis. Alia, quæ fortasse de hoc versuum genere dici possent, aliis relinquam.

Aliud enim, idque apertius proferre exemplum volo mensuræ per numeros musicos mutatæ. Numerum ex uno spondeo factum nemo magnopere laudabit, sed certis tamen locis recte adhiberi fatebitur. Minus etiam trochæus probabitur unus: etsi hunc quoque pedem, maxime basi prægressa, ante choriambum vel Creticum sæpe, neque id inepte positum videmus. Nam qui basin et hunc trochæum pro duplici basi numeret, non persuadere mihi, supra significavi: vereor potius, ne hic illic basis in iis numeris conspiciatur, quibus Pindarus etiamnum lege solutis fertur. Omninoque est ea nuper imperiosius in arbitrariam legem coacta, adeo ut lyrici Æolenses et comici, quibus addere necessario etiam tragicos dedebimus, imperfecti rhythmici audiant. Nimirum quid facillius, quam in poetas culpam conjicias, ubi, doctum credulis vitii nomen, παραχαταλογὴ ad manum sit? Sed ille, quem dixi, trochæus plerumque ante breves quosdam et abruptiores numeros invenitur, nihilque habet, quare non eadem, qua reliquæ 17
syllabæ, mensura esse judicetur. At alius haud raro invenitur trochæus, gravibus ille vel longis numeris mixtus, quem sive trochæum esse, sive spondeum putes, (plerumque enim ex duabus longis constat) concinnitati eum numerorum, servata communi mensura, mire officere fatendum est. Sic apud Pindarum:

τᾶς ἀκούει μὲν βάσις ἀγλαΐας | ἀρχὰ,
πείθον | ται δ' ἀοιδοὶ σάμασιν.

Apud Æschylum in Eumenidibus:

μᾶτερ, ἅ μ' ἔτικτες, ὦ | μᾶτερ
Νὺξ, ἀλαοῖσι καὶ δεδορκόσιν | ποινάν.

In Agamemnone:

Ζεὺς, ὅς | τίς ποτ' ἐστὶν, εἰ τόδ', αὐ-
τῷ φίλον κεκλημένῳ.

Lege istum trochæum eadem, qua reliquos pedes mensura, ut hanc habeat longitudinem, 2. 1. et senties, numeros esse ineptos, inconcinnos, clumbes. Cur ita non est etiam in versu Hipponacteo:

ἀκούσαθ' Ἱππώνακτος· οὐ γὰρ ἀλλ' | ἥκω.

Nempe in hoc versu trochæus ille pro iambo substitutus, hujus vice fungitur, servans proinde mensuram ejus: in illis autem exemplis sejunctus a cæteris numeris integri membri locum tenet, ut, si trium ille temporum sit, ineptissima evadat tam brevis membri ad tam longa, quam cætera sunt, comparatio. Quare quid aliud, quam, quo numeri isti apta proportione æquarentur, quantum multitudini syllabarum deerat, tantum ponderi adjectum fuisse censeamus? Ac profecto, qui modo ineptissimi et turpiter fracti numeri videbantur, aptissimi erunt et eximia gravitate decori, si hunc non vulgarem illum trochæum, qui trium, sed semantum, qui duodecim temporum spatio producitur, esse statuas.
18 Hoc ejusmodi mihi esse videtur, ut neminem forte credam, qui semel monitus, si reputarit, quales illa carmina numeros requirant, non vera nos attulisse sibi persuadeat. Aliud exemplum hujus trochæi inauditos tollet numeros in Ol. ix. Sed facta semel pedis hujus mentione, paucis explicemus Aristidis locum, qui nescio an a plerisque non satis intellectus fuerit. Dicit is p. 38. nominis originem declaraturus: σημαντὸς δὲ, ὅτι βραδὺς ἂν τοῖς χρόνοις, ἐπιτεχνηταῖς χρῆται σημαίσαις, παρακολουθήσεως ἕνεκα διπλασιάζων τὰς θέσεις. Martianus Capella obscure vertit: *semanticus sane, quia, quum sit tardior, tempore, significationem ipsam productæ et remanentis cessationis effingit.* Σημασία, de quo vocabulo non satis accurate scholiastes Hephæstionis p. 20. σημασία οἱ χρόνοι παρὰ τοῖς μετρικοῖς καλοῦνται, potius notationem temporis significat. Ita Aristoxenus fr. rh. p. 302. qui locus ita corrigendus: τῶν δὲ ποδῶν ἐλάχιστοι μὲν εἰσὶν οἱ ἐν τῷ τρισήμῳ μεγίθει· τὸ γὰρ δίσημον μέγεθος παντελῶς ἂν ἔχοι συνεκὴν τὴν σχηματσίαν· γίγνονται δὲ ἰαμβικοὶ οὗτοι, οἱ ἐν τρισήμῳ μεγίθει. Comparandus cum his scholiastes Hephæstionis, qui p. 81. de eodem pede pyrrhichio ita scribit: οὗτος δὲ κατὰ πόδα μὲν οὐ βαίνεται, διὰ τὸ κατάσυνεκον γίνεσθαι τὴν βάσιν, καὶ συγχεῖσθαι τὴν αἴσθησιν. Jam quæ sint ἐπιτεχνηταὶ σημασίαι, declarabunt hæc Quintiliani verba ix. 4. 51. *inania quoque tempora rhythmi facilius accipient: quamquam hæc et in metris accidunt. major tamen illic licentia est, ubi tempora etiam animo metiuntur, et pedum et digitorum ictu intervalla signant quibusdam notis, atque æstimant, quot breves illud spatium habeat; inde τετράσημοι, πεντάσημοι, et deinceps longiores fiunt percussiones: nam σημεῖον tempus est unum.* In tanta enim trochæi semanti tarditate non recte servata mensura fuisset, nisi pedum digitorumve ictu tempora notassent. Jam vero intelligi poterit, cur illa addat, διπλασιάζων τὰς θέσεις, quæ aliis et quod διπλασιάζων, non τετραπλασιάζων, et quod τὰς θέσεις, non τάς τε θέσεις καὶ τὰς ἄρσεις dixerit, mira videantur necesse est. Et quamquam τετραπλασιάζων, quum id
19 librarii etiam διπλασιάζων scribant, facile restitui possit, tamen διπλασιάζων, ut quod caussam contineat, quare τὰς ἄρσεις omiserit, genuinum esse puto. Hoc enim vult, pedem istum propter magnam ejus tarditatem ita proferri, ut, quo mensura ejus recte comprehendi observarique possit, thesis duplici ictu pedis

notetur, eaque ratione quasi in duas quaternorum temporum partes dividatur: ex quo consequitur, arsin, quæ, ut ex quattuor tantum temporibus constans, artificiosa, i. e. fictarum partium, notatione non opus habebat, ne commemorandam quidem fuisse. Itaque ut vulgaris trochæus tres habebat moras, sic semantus ille partes complectebatur tres, quattuor quamque temporum, quarum partium priores quum in uno sono comprehensæ facile justa mensura excidere possent, omnes tres partes ictu aliquo pedis vel manus notabantur, quorum ictuum duo priores ἐστιγμηναὶ dicuntur σημασίαι, quod non syllabas duas, sed unius syllabæ duas partes discernebant. Sed finem facio. Existimari vero ex his poterit, neque metricam doctrinam ab omni parte jam explanatam esse, rhythmicam autem adhuc in tenebris totam jacere.

DISSERTATIO III.

DE

DIALECTO PINDARI.

---

3 Græcæ grammaticæ pervestigatio, quæ nuper paucorum quidem, sed idoneorum hominum studiis admirabiles fecit progressus, nunc, si recte sentio, aut consistere in medio cursu cogetur, aut alia, quam hactenus, via debebit ingredi. Eo enim jam perducta videtur ista doctrina, ut, nisi ille locus, qui est de dialectis, pertractetur, nulla in parte ejus cum aliquo fructu procedi possit longius. Non mirabor tamen, si plerique dialectorum explicationem propter incredibilem rei difficultatem defugient. Neque enim hæc res collectione diversarum formarum confici potest, ut quidam opinati sunt, sed et lectio in singulis locis ad criticas regulas expendenda est, et tempora scribendique genera diligenter sunt discernenda. Quod quam magnum sit, quamque difficile, in tanta non solum copia, sed etiam corruptione veterum scriptorum, sponte intelligitur. Equidem ut aliquid ad eam rem conferam, editis ante biennium de hac materia observationibus nunc alias addam, quæ ad Pindarum spectabunt. De quo scriptore non minus perverse quosdam judicare video, quam de Theocrito, quum utrumque Dorica lingua usum existimantes, temere, quidquid Doriensibus usitatum fuit, aut ferendum in his scriptoribus, aut etiam reponendum esse censent. At ne Theocritus quidem ubique aut Doricam dialectum, aut eumdem Dorismum admisit: sed hujus rei fines qui monstraret, præsertim in tam corrupto scriptore, nondum inventus est. Minus etiam Dorica lingua usus est Pindarus: qui ne ipse quidem, quamvis integrior aliis scriptoribus ad nos pervenisse creditus, suæ dialecti probabilem reperit explanatorem. Nimirum, ut alibi non semel diximus, ante
4 omnia gentium dialecti a dialectis scribendi generum secernendæ erant. Quæ res habet sane aliquid difficultatis, quod gentium usus e scriptoribus tamen, exempla sectantibus illorum, qui in eodem genere elaborarunt, cognoscendus est. Verumtamen scribendi genera alia aliis ad hunc finem aptiora sunt; maxime pleræque prosæ orationis formæ; tum poesis illa, quæ communem vitam imitatur, ut comœdia et mimi: multo minus cætera poeseos genera, quorum nullum est, quod puram cujusquam gentis linguam exprimat. Et quoniam prima omnium fuit epica poesis, cujus duæ fuerunt levi discrimine distantes familiæ, una

Ionica Homeri, altera Æolica Hesiodi, quarum victrix Ionica diu lex et norma habita est omnis poeseos: quæcumque deinde aliæ exstiterunt poeseos formæ, eæ aut epicam sequutæ sunt poesin, alia ab alius gentis lingua colorem trahens, ut lyrica poesis, nunc Ionum linguæ, nunc Æolensium, nunc Doriensium, neque uno modo, sese accommodans, aut certarum gentium linguam consectatæ sunt, colorem ab epicis ducentes, ut tragœdia et bucolicum genus. Hæc reputantibus planum erit, qua via in hac disputatione incedendum sit.

Veniamus ad Pindarum. Verissime hunc veteres communi lingua usum dixerunt. Sturzium quidem, hoc in Maittairii libro pag. xxxiv. sic interpretantem, ut Pindari, poetæ temporibus Persicis florentis, dialectum proxime ad antiquissimam Hellenum linguam, a qua omnium minime abfuerit Dorica sive Æolica, accedere putaret, mirarer profecto, si nullus Pindari versus ad nos pervenisset: nunc autem, quum tantum ejus carminum volumen omnium manibus teratur, quid de tali opinione dicam, non invenio. Qui communem linguam Pindaro tribuerunt, hoc dixisse censendi sunt, dialectum, qua utitur, singulari quodam temperamento pene ex omnibus dialectis mixtam videri. Id quomodo factum sit, apertum est. Est enim Pindari dialectus epica, sed colorem habens Doricæ, interdum etiam Æolicæ linguæ *. Aliis verbis, fundamentum hujus dialecti est lingua epica, sed e Dorica dialecto tantum adscivit Pindarus, quantum et ad dictionis splendorem et ad numerorum commoditatem idoneum videretur, repudians illa, quæ aut interioris essent, aut vulgaris, aut certis in locis usitati Dorismi. Nec primus hoc fecit Pindarus, sed sequutus 5 alios, ipse quoque post in exemplis habitus. Horum attingam quæ præcipua sunt. Fines libelli, brevitatem, brevitas ordinem consulto neglectum excusabit.

Ac de epica apud Pindarum dialecto quum multa dici possent, consistam in hiatu et quorumdam verborum mensura. De hiatu quidem hoc magis mihi dicendum est, quod is nuper quemdam doctissimum virum adduxit, ut digamma a Pindaro usurpatum crederet. At ea littera Pindarum non esse usum, certissimum est. Nam et hiatum admisit in his quoque vocabulis, quæ numquam habuerunt digamma, neque ante illa vocabula, quæ apud antiquos a digammo incepisse scimus, aut correptionem syllabæ consonante terminatæ, aut apostrophum declinavit. Neque enim fore puto, qui digamma nunc adhibitum, nunc neglectum fuisse censeat; nec magis, qui eam litteram cum spiritu aspero comparet, qui ad mensuram nihil usquam confert, hiatum autem reddit etiam duriorem. Omnino ex quanam dialecto digamma a Pindaro sumptum dicetur? Ex epica? At Pindari tempore pridem digamma ex epica poesi evanuerat. An e Dorica? At ab antiquo illo et interiore Dorismo, cujus proprium erat digamma, plane abstinuit Pindarus. An denique ex Æolica? At quum omnino perpauca hinc hausit, tum ne Æolici quidem poetæ, ut Alcæus et Sappho, digamma magnopere frequentarunt, quo illi in multis vocabulis abstinuerunt, quibus Pindarus, si ex hiatu conjectura facienda esset, adjecisset digamma. Bis occurrens apud hunc *ἄνακτα* de se ipso, non de aliis vocibus, testimonium edit. Sola ille pronomina ἑοῦ, ἑ, οἱ, quæ tamen ne ipsa quidem apud eum digamma habuisse puto, prorsus ita, ac si haberent, usurpat. Horum ϝ semel invenitur, sed post consonantem, Ol. ix. 23. οὗ Ol. i. 37. 106. vi. 35. 111. vii. 164. 168. ix. 24. 101. xiii. 39. 52. 92. 100. 109. 130. xiv. 32. Pyth. i.

* Ὡς δὲ οἱ Δωριεῖς ἔχαιρον καὶ αἰολίζοντες, δηλοῖ Πίνδαρος, ἀναμιξ οὕτω ποιῶν, ἤτοι καὶ Δωρικῶς γράφων καὶ Αἰολικῶς. Eustathius p. 1702, 3.

14. ii. 153. iii. 112. iv. 40. 65. 84. 129. 337. 432. 470. 510. v. 157. ix. 62. 99. 145. 192. 213. Nem. i. 19. 24. 88. 92. iii. 66. 98. v. 62. vi. 38. vii. 58. x. 53. Isthm. v. 78. vi. 16. 72. viii. 125. in fragm. p. 80. iii. ed. Heyn. His adde Ol. ii. 6 74. Pyth. ii. 78. ix. 148. Nem. iv. 96. vii. 32. x. 27. 149. Isthm. iv. 109. de quibus locis disputavi ad Orphica p. 787. seqq. Ἔϑιν, nusquam occurrens, quin eamdem legem sequi debuerit, non est dubium. Hoc unum addo, si quando syllaba ob digamma per positionem produci videatur, hos locos aut aperte vitiosos esse, aut suspicionem certe vitii habere non exiguam. Male numeris consulens lectio Pyth. iv. 450. ἐπεδείξαντο κρίσιν ἰσϑῶτος ἀμφὶς, scribi postulat ἐπέδειξαν: quo facto ad digamma confugientem retinebit ejusdem carminis v. 140. Quare rectius fortasse scribetur κρίσις, Ionice pro κρίσιας, ut in libris certe omnibus φάτις est Pyth. iii. 199. In Isthm. vi. 61. τοιοῦτόν γ' ἔπος haud obscure offert ed. Rom. Arsis quidem in lyricorum versibus non sufficit ad producendas breves syllabas. Quare vide ne Ol. ii. 10. scribendum sit γεγωνητίον, ὅπιν δίκαιον ξίνον: v. Isthm. v. 74. In Pyth. iv. 328. deletum uno cum codice ineptum γὲ gravioris mendæ index est, cujus correctionem ab libris, quam a conjectura, sperare malim. Quamquam hæc tenuis spes est, quum codices Pindari omnes ex uno videantur fonte manasse, unde tantus eorum etiam in vitiis consensus est. Sic in eodem carmine v. 452. ubi scribendum videtur: καὶ ἐν ἀλλοδαπαῖς στέρμ' ἀρούραις τουτάκις ὑμετέρας ἀπεῖνος ὅλβου δέξατο μοιρίδιον ἅμαρ. Et v. 55. ubi poetam dedisse conjicio κάϑισσαν ϑεῷ.

Redeo ad hiatum, quem epicæ poeseos exemplo admissum esse a Pindaro inde cognoscitur, quod plerumque in iis vocabulis reperitur, in quibus Homerus quoque eum habet; deinde in nominibus propriis, et quibusdam verborum conjunctionibus, quæ ipsæ, si opus esset, similibus epicorum locis defendi possent. Quo certius de hac re constet, ipsos afferam Pindari locos, ac primo, ubi in brevi vocali hiatus est. Τὰ ἴδρις Ol. i. 167. πολλὰ ἰδὼς ii. 155. τὰ Ὦπυιον v. 25. δὲ ἔχοντες 37. τὰ ἴσος vi. 25. τὰ Ἰάλυσον vii. 136. κατὰ ἰδέος viii. 25. σάφα εἰπας 61. τὰ ἰδὼν ix. 94. καλὰ ἐρξαις x. 109. διαλλάξαντο ἦϑος xi. 22. εὐρὺ ἀνάσσων xiii. 34. δὲ ἴδιος 69. τόσα ἐπεῖν 101. παρὰ ἐλπίδα 117. ἐρασίμολπα ἰδοῖσα xiv. 22. ϑεὸ Ἀχοῖ 29. ὄφρα ἰδοῖσ' 31. sic enim legendum; ἀντὶ ἔργων Pyth. ii. 33. ἐπὶ ἐλπίδεσσι 89. ποτὶ ἅπαντα 123. πάντα 7 ἴσαντι iii. 52. ἀνέρι εἰδομένῳ iv. 37. Ἐπίλατα ἄναξ 159. οὔτε ἔργον 185. δὲ Ἰωλκὸν, nisi δ' Ἰωλκὸν legendum 384. παῖδα ὄν, suum, vi. 36. μάλα ἀδόντι 51. καλὰ ἔργα vii. 20. ποτὶ Οἰκλέος, si recte sic cod. Bodl. viii. 55. δὲ οἰκοδεν 72. καλᾶντ' ἄκρα xi. 17. τὰ ἄναξ 94. μέγα ἐπεῖν Nem. v. 25. οὔτινα οἶκον vi. 42. μέγα ἐπέων 45. ἐπὶ εἴκοσι cum cod. Aug. 100. ἐπὶ ἴσα vii. 7. τρία ἔπεα 71. γλυκεῖα ἔργῳ 77. καλὰ ᾄσεσεν x. 8. μέγα ἔργον 119. ἁλιερκέα Ἰσϑμοῦ, nisi ἁλιερκέος scripsit, Isthm. i. 10. Ποσειδάωνι Ἰσϑμῷ 45. περὶ ᾧ, scil. ᾠῷ, iv. 60. ἄρα ἐπέων vi. 81. τὰ εὐανϑέα vii. 47. τὰ ἄδον viii. 40. Ἀρεῖ ἐναλίγκιον 81. δὲ ἑσπέραις 94. Quod Ol. ii. 169. legitur, ἑκατόν γε ἐτέων, defendi potest, sed non male scriberetur ἑκατόν γ' ἐπ' ἐτέων. Ol. iii. 29. hiatum tollit melior lectio. v. 42. corruptum videtur, de quo loco infra. Pyth. i. 72. scribe στεφάνοισί τ' ἐν ἔπεσι τε. Ibidem v. 178. scribe, ὦ φίλος εὐτραπέλοις κέρδεσσ', ut Nem. iii. 133. qua oblata opportunitate moneo ι dativi post duplex σ abjici epicorum exemplo, non post unum σ. Itaque Nem ix. 55. aut cum scholiasta σώματ' ἐπέαναν, aut σώμασι πέαναν legendum. Cod. Aug. σώμασιν ἐπέαναν. Olymp. xiii. 153. autem scribe Ἀρκάς. Hic hiatus, Κάρνεια ἐν δαιτὶ σεβίζομεν Pyth. v. 106. non ferendus: malim σύν. Nem. v. 58. scribe τοῖο δ' ἐργάν, et Isthm. vii. 18. cum Heynio ἀνίκ' ἄρ' ὀρϑῷ. Alius locus, viii. 87. infra emendabitur. Ibidem v. 130. scribendum videtur, ἴδοξεν δ' ἄρ' ἐν ἀϑανάτοις. In fragm. p. 19. μελίφρονα ἀρχὰν error Schneideri est: apud Athenæum recte μελίφρονος.

Sequitur hiatus in longa syllaba, quæ est in arsi: Ol. iii. 54. iv. 10. vi. 141. vii. 3. ix. 149. x. 31. xi. 10. xiii. 48. xiv. 28. Pyth. i. 74. ii. 122. iii. 3. iv. 252. v. 112. ix. 79. 137. xi. 92. xii. 6. Nem. iii. 58. vi. 35. 36. ix. 131. x. 162. xi. 52. Isthm. i. 21. 86. iv. 24. 69. vii. 14. Sed Ol. xi. 87. xiii. 96. versuum distinctio mutata hiatum tollet. Ibidem v. 164. et Pyth. i. 130. scribendum Ζεῦ τέλει'. De Pyth. xii. 24. vide ad Orph. p. 722. Nem. i. 78. jam in commentatione de metris Pindari correctum. Isthm. vi. 83. ex Olymp. ix. 120. et Nem. x. 35. scribendum ἀναγήσασθ'. Isthm. viii. 124. lege ἀοιδαί γ' ἔλιπον.

Longa syllaba in thesi, ut jam ad Orphica observatum, non facit hiatum, nisi 8
in fine ordinis. Vide Pyth. i. 56. viii. 136. Isthm. i. 21. ii. 64. Ita defendi posset οὕτω a Schmidio in Pyth. x. 42. illatum, nisi etiam vulgata recte se haberet. Defendi posset etiam Pyth. iv. 115. παισὶ τούτου e cod. Bodl. receptum: sed longe exquisitius est vulgatum, παισὶ τούτοις. Sed quod ix. 84. legitur, φθονεροὶ δ' ἀμύνοντ' ἄτᾳ· εἴ τις ἄκρον ἰλὼν, nullo pacto ferri potest. Locum pessime corruptum sic emendandum puto: φθονεροὶ δ' ἀμυνόνται, εἰ γάρ τις etc. i. e. *invidi prætereunt mediocrem sortem*. Vide Pyth. i. 86.

Frequentissimus omnium ille hiatus est, quo longa syllaba ante vocalem corripitur: qui quidem hiatus ab his numeris, qui ad trochaicum genus pertinent, prorsus exclusus est. Quare λυγρῷ ἐν νείκει Nem. viii. 42. sic, ut apud scholiasten est, ἐν λυγρῳ νείκει scribi debet. Etiam in dactylicis numeris hic hiatus peccat Nem. vi. 6. ubi αἶν scribendum.

Progredior ad productiones correptionesque brevium vocalium ante mutam cum liquida. Et quum vetustiores epici, ut ad Orpheum docui, productionem præferant, Pindarus non rarius hos sequitur, quam corripiendo vincit etiam Atticos. Sic frequentes apud eum correptiones sunt ante γλ, quas rarissime admiserunt Attici; ante φν, ut in ἀφνειὸς, in ἔπεφνε Ol. ii. 74. et alibi; ante πτ in Νεοπτόλεμος Nem. vii. 52. Sed nusquam ante ζ, quamquam ante σκ Nem. vi. 46. vii. 89. quorum tamen locorum in priore cum Heynio σκοπεῖν ἄντα τυχεῖν scribendum videtur: quo magis alterum suspectum habeo. Monstra sunt πλαγχθέντες prima brevi Nem. vii. 55. ubi videant grammatici, ne πλανέντες legendum sit; et ἰσλὸς ter primam corripere creditum, Ol. ii. 35. Pyth. iii. 116. Nem. v. 155. Equidem, venia enim erit modesta audenti, antiquam vocabuli formam cum Ev. Scheidio ἰϑλὸς fuisse puto, servatam, ut tot alias, in Germanico *edel*. Ex qua forma quum medium ϑ ejiceretur, factum est ἰϑλὸς, jure suo primam corripiens: quod quum Dorienses ἴσλὸς pronunciarent, hoc pro ἰϑλὸς Pindaro obtruserunt grammatici. Cæteri Græci, invitante ipsa littera ϑ, ἰσϑλὸς dixere. Alia similia non rara sunt, e quibus δίδυμνος vindicavi Pindaro in epist. ad Heynium p. 398. Sed propius accedunt βαϑμὸς, βασμὸς, ἴϑμα, ἴσμα, δυϑμὴ, δυσμὴ, male δυσϑμὴ 9
scriptum in schol. Ven. ad Iliad. xi. 61. Ἰσϑμὸς pro ἰϑμὸς dictum tradunt grammatici. Apud Hesychium est ἰϑμαίνων, ἰσϑμαίνων, ἰσμαίνει.

Pergo ad alia. Quum numeri e genere dactylico spondeum in quibusdam locis adspernentur, mirum est tamen, eam legem sæpius a Pindaro violari. Excusationem ab sede versus præsertim in nomine proprio habet Ol. x. 119. Nullam excusationem admittit Ol. v. 42. τιμῶν τ' Ἀλφεὸν εὐρὺ ῥέοντ' Ἰδαῖόν τε σεμνὸν ἄντρον, ubi vulgo ῥέοντα Ἰδαῖον, pejus etiam. Hunc locum aliis emendandum relinquo: illud apertum est, nusquam a Pindaro invocatum Idæum Jovem hic etiam inepte invocari. Pyth. iv. 406. scribendum ὀρόγνιαν, de qua forma videndus censor Porsoni in Monthly Review 1799. mens. April. p. 430. s. Nem. xi. 45. recte Schmidius, χαλκιντία, ubi codex Aug. χαλκίων τι. Isthm. viii. 67. scribendum videtur, ἐπεὶ ϑισφάτων ὅπ' ἄκουσαν. Pleraque

hujus generis vitia in uno vocabulo χρύσεος reperiuntur, si id, ut sæpius monenti Clarkio creditur, prima semper longa est. At equidem persuasum mihi habeo, ancipitem eam syllabam in lyrica dialecto esse. Brevem facit Pindarus Pyth. iii. 129. iv. 6. 257. 411. ix. 98. x. 61. Nem. v. 14. Isthm. vii. 69. Ipsique hoc tragici in melicis versibus aliquoties fecerunt: Sophocles in Antig. 103. Euripides in Med. 639. 683. in Iphig. Aul. 1057. in Bacchis 97. in Heracl. 919. in Herc. fur. 350. Ambigui loci sunt Sophoclis in Œd. R. 158. 188. Euripidis in Herc. fur. 395. Expendi merentur apud eumdem in Bacchis 372. in Elect. 192. Obtinet hæc mensuræ ambiguitas in solo adjectivo χρύσιος. Pindarus tamen etiam nomen χρυσὸς semel prima brevi posuit Nem. vii. 115. Aliæ apud hunc sunt longarum vocalium correptiones, partim ab epicis quoque aliisque poetis admissæ, ut primæ in υἱέων Nem. vi. 37. Isthm. viii. 52. tertiæ in ἱέρια, neglecta lexicis forma, Pyth. iv. 9. quod ἰερέα scribendum, ἰερέη dictum Callimacho epigr. 42. i. partim excusationem idoneam habent, ut secundæ in ἥρωας Pyth. i. 103. iii. 13. iv. 102. et ἡρωΐαις Nem. vii. 68. ultimæ in ἰσχὺν Nem. xi. 41. partim
10 insolentiores sunt, ut primæ in πιαίνων Pyth. iv. 267. in αἰόλει ibidem. v. 414. in ἰοχέαιρα ii. 16. in μητίονται 170. secundæ in τετραόροισιν Nem. vii. 137. ultimæ in Κύκνεια Ol. x. 119. quamquam huic quidem exemplo similia alibi quoque inveniuntur, ut Ἑκτόρεια χεὶρ in Rheso v. 764. quod iste Atticorum imitator ex diversæ formæ exemplis, ut βασίλεια χεὶρ, Πολυδεύκεια χεὶρ, apud Etym. M. p. 451, 50. 461, 44. hausit. Magis singularia sunt πὰν Ol. ii. 153. οἰκορίᾶν Pyth. ix. 35. ἀὲ v. 154. Nam Σερίφῳ media correpta Pyth. xii. 21. nondum credo sanum esse. Θεὸς autem pro una brevi syllaba positum Pyth. i. 109. nescio an defendi possit versu Praxillæ, ἀλλὰ τιὸν οὔποτε θυμὸν ἐνὶ σηθέσσιν ἔπιθον, apud Hephæst. p. 9. Eustath. p. 12, 23. 805, 21. 1372, 8. Πέλλανα Ol. xiii. 155. ultima brevi, quæ producitur vii. 156. Æolicæ dialecti est. Simile Νέμια Ol. xiii. 47. potest etiam pluralis esse. Primæ correptio in Θειαῖος Nem. x. 45. 69. arguere videtur, nomen illud caruisse diphthongo. Δάπεδον sequitur auctoritatem epicam: quare Nem. vii. 121. ubi longa est prima, fortasse γάπεδον scribendum: v. Pors. ad Eurip. Or. 324. Ἀνὴρ et ὕδωρ epicorum exemplo variant: καλὸς, ut apud Atticos, prima semper brevi posuit: sic etiam ἴσος et φθίνειν.

Non minor in contractionibus licentia. Epicorum usu firmantur hæ: ἀργυρέῳ Ol. ix. 48. πορφυρέοις Nem. xi. 36. κουλέῳ, sic enim scribendum, x. 11. Ἡρακλέος Pyth. x. 4. Πηλέος Isthm. vi. 36. Πολυδεύκεος v. 42. γονέων Pyth. v. 27. Πυθέᾳ Isthm. vi. 85. Νεμέᾳ Nem. iv. 122. διαπρεπέα Isthm. v. 42. Ἀλκυονῆ vi. 48. Ὀδυσσῆ Nem. viii. 44. πάτρῳ Pyth. vi. 46. ἑπτετανὸν Nem. vi. 19. πλέον Pyth. iv. 401. ἢ ὅτ' Isthm. vii. 11. 12. Non multum recedunt hæc: Ὀσοῦντος Ol. ix. 87. Νικοκλέους Isthm. viii. 134. Ἀριστοφάνευς Nem. iii. 35. ubi cod. Aug. male Ἀριστοφάνους; γενύων Pyth. iv. 401. Magis Dorica videntur hæc: ξυνᾶνα Nem. v. 50. τετράορον Pyth. x. 103. τετραορεῖᾶν Isth. iii. 28. τιμάορος Ol. ix. 124. χρυσάορα Pyth. v. 139. Λαομεδοντίαν Isthm. vi. 28. Λᾶον Ol. ii. 70. τιαῖσιν Isthm. vii. 71. ναρὰ Pyth. x. 39. Nem. viii. 34. κτίατα vii. 59. πολυκτίανον Ol. x. 44. Κτίατον v. 33. Δὶ Pyth. viii. 142. Nem. i. 111. iv. 15. x. 105. Isthm.
11 viii. 75. Quædam ex hoc genere corrupta sunt. Ol. vii. 122. scribendum videtur φανόν. Pyth. xi. 67. recte Pauwius Πυθονίκᾳ, ut Πυθοχρήστας, Πυθόκραντος. Nihil enim sani est in his, quæ Brunckius ad Æsch. Pers. 35. attulit. Tale esset λόγιοι Nem. vi. 51. sed veram lectionem, λόγοι, servavit cod. Aug. Nec μάτρωες Isthm. vi. 91. contrahi potuisse puto, sed aut μάτρως legendum, aut, sublata interpunctione, ἀνάγαγον.

Diphthongi αι abjectionem, acceptam ab epicis, latius extendit Pindarus. Invenitur hæc in prima persona præsentis passivi Pyth. xi. 80. et futuri Ol. xiii.

72. et in tertia sing. Isthm. vi. 18. et in conjunctivo Ol. viii. 15. in tertia pluralis Ol. iii. 18. xii. 9. xiii. 59. Pyth. iv. 259. ix. 73. Nem. i. 48. iv. 125. v. 39. xi. 49. Isthm. iv. 20. et in perfecto Isthm. vi. 32. et in infinitivis passivi Ol. x. 47. Pyth. i. 86. iii. 33. 205. Nem. vii. 31. viii. 17. x. 35. et, secundum supra propositam emendationem, Isthm. vi. 83.

In crasi propius ad Atticos accedit Pindarus, v. c. κἀκεῖνον Ol. iii. 55. κἀσόφοις 81. χὠπόταν, χὥταν Pyth. ii. 159. s. χὠπόσαι ix. 83. χὥτι, χὠπόθεν 86. Dorica crases sunt τᾆνθ' Ol. i. 71. τὠργείου Isthm. ii. 15. Sed quod Isthm. iv. 42. Aldina habet, κἠν, vulgo κεἰν et vi. 87. κ' ἐν scriptum, id vereor ne abhorreat a Pindari dialecto. Solutio Ionica παρθενηΐοισι, nostra emendationem Nem. viii. 3. restituta, firmatur quodammodo a cod. Aug. in quo est παρθενηΐσι. Ad epicam legem factum est ἄϊστος Isthm. vii. 60.

Venio nunc ad Dorismum Pindari, qui aliquanto angustioribus circumscriptus est limitibus, quam plerosque existimasse video. Non Pindarus usquam primam personam pluralis numeri in μες terminavit; non ἦνθεν dixit, aut quæ similia apud alios reperiuntur: nam scholiastes ad Ol. vi. 37. nugas profert; non σδ pro ζ: nam καχλάσδον in fragm. pag. 43. Reiskii inventum est, meliora monstrante Pindaro Ol. ix. 3. iv. 318. non Μῶσα, Alcmani usurpatum et certa lege Theocrito; non genitivum secundæ declinationis in ω terminatum: nam Pyth. iv. 202. Nem. vi. 36. vii. 8. 41. Isthm. iv. 122. quin etiam O. vii. 35. et Nem. xi. 4. ubi πέλας additum, dativi restituendi sunt. Nec mirum, si Pindarus huic casui junxit πέλας: in quam quidem rem nolim Sophoclis loco uti in Aj. 774. Πέλας, ἐγγύς, et similia, genitivo juncta significant *prope ab aliquo loco*; dativo, *prope ad aliquem locum*. Ol. ix. 85. recte legitur φερτάτων. Nem. iii. 16. οὐρανῶ πολυνιφέλᾳ scholiorum indicio grammaticis debetur, ut fere in cæteris locis. Pindarus dederat οὐρανῷ πολυνιφέλᾳ κρέοντι, ut εἰκεῖν οὐρανῷ dixit x. 109. Jam nemo, opinor, dubitabit, quin Nem. vi. 62. scribendum sit χρυσαλακάτου. Librarii, nimis interdum Dorismo prospicientes, aliquando etiam monstra reposuerunt, ut θάσσομαι Isthm. i. 3. ubi v. Heynium, et Ἀσκλάπιον ἄρωα Pyth. iii. 12. ubi etiam Ἀσκλάπιον in dubitationem venit ob Nem. iii. 94. Nec Δωριῆς Pyth. i. 125. scriptum a Pindaro puto, sensu etiam Δωρίοις requirente. Valde suspectum est ποστὰν in fragm. pag. 8. Nec νικῇ Nem. v. 9. licet agnitum scholiastæ, probaverim, cui tuendo frustra afferas διψῇ iii. 10. Interdum vero Atticas formas librarii vel Ionicas pro Doricis dederunt, ut λεὼν Ol. ix. 100. λεῷ Pyth. viii. 76. Μοῦσα in fragm. pag. 56. 99. Ἀθηναίων Pyth. i. 148. fragm. pag. 14. 64. Nolim tamen sollicitari Μουσαγέτας p. 74. etsi Μοισαῖος Pindarus dixit Nem. viii. 30. Isthm. vi. 2. viii. 134. Non enim constans ubique usus est, nec, si κιλαδεννὸς, κλεεννὸς, φαεννὸς, aut ὀδυναρὸς, aut ἔφανας, ἀπεφάνατο, ἀπανάνατο dixit Pindarus, mirabere ποθεινὸς, σκοτεινὸς, τυχηρὸς, ὑγιηρὸς, παστήνας dicentem. Sunt tamen, quæ numquam Doricis formis careant. Quare librariis imputanda ἱερῆσιν ἀοιδῆς fragm. p. 79. ἰφημερίων p. 80. ἐφήμερος p. 97. ἡμένη p. 77. quod scribendum ἡμένα. Nam Ol. x. 41. male est ἄμενον, quod e vestigiis ed. Rom. ἀμμένον scribendum, cui verbo dativus junctus etiam Isthm. iv. 20. Deinde ὑπνοτάσιν Pyth. iv. 241. et ἤκουσαν Isthm. viii. 67. εἰργασάμην ii. 67. ναίουσι vi. 97. περιπνέουσι Ol. ii. 136. ἀείδουσι fragm. p. 21. κικλήσκουσι p. 26. στυγέουσι, ἀναδέρουσι p. 82. καίουσαι p. 21. λαχοῦσαι p. 96. τυχοῦσα Isthm. viii. 79. Nam τυχοῖσα dicit Pindarus, et aut ναίοντι, cujus formæ exempla inveniuntur Ol. i. 47. ii. 135. iii. 12. vi. 36. 163. 170. vii. 18. 100. ix. 31. 75. x. 115. xiii. 12. xiv. 12. 17. Pyth. i. 43. 100. 121. ii. 27. 40. 56. 161. iv. 55. 157. 511. v. 16. 60. 97. 108. 135. 144. vi. 21. vii. 11. viii. 124. x. 109. Nem. iii. 6. v. 72. vii. 14. 19. 123. ix. 65. x. 99. xi. 53. Isthm. v. 15. vi. 94. viii. 102. fragm. p. 8. 84. aut ναίοισι, ut Pyth. iii. 31. iv. 32. ix. 110. x. 67. xii.

46. Nem. vi. 102. ix. 98. xi. 6. Isthm. ii. 41. Hinc Isthm. viii. 87. *φασὶ*, alio quoque nomine vitiosum, ita corrigendum, *φάτις Ἰωλκοῦ*. In singulari numero, si recte memini, semel *τ* pro *σ* positum in *ἐφίητι* Isthm. ii. 15. Tangam hic verbum *εἶναι*, cujus prima persona singularis numeri apud Pindarum est *εἰμὶ*, secunda *ἐσσὶ*, tertia *ἐστί*; prima pluralis *ἐμὲν*, Pyth. iii. 108. tertia *ἐντὶ*, Ol. iii. 151. ix. 158. Pyth. iv. 247. v. 132. Nem. i. 34. vi. 76. ix. 75. Isthm. ii. 44. et duobus locis, quorum tamen prior tantum certus est, *εἰσὶν*, Pyth. v. 155. fragm. pag. 17. Ἀραρε Pindaricum præbet cod. Aug. Nem. v. 81. Nec ferendum *οὖν* Pyth. ix. 179. quod *ὦν* est Ol. i. 133. 179. iii. 67. vi. 3 3. 87. Pyth. iii. 83. 147. iv. 133. 526. Nem. vi. 18. xi. 50. Isthm. ii. 19. iv. 1. fragm. p. 88. Φασὶ quoque vereor ne ubique dixerit, quemadmodum Pyth. ii. 49. iii. 192. iv. 194. Nem. 108. Isthm. iii. 4. ut corrigi debeant Ol. vii. 44. Pyth. iii. 107. iv. 389. Similia sunt *σκιαρὸς* Ol. iii. 25. 31. et inversa ratione *γιλανὴς* Ol. v. 5. Pyth. iv. 322. Ἀρτάμιδος vero Nem. i. 3. non habet idoneam auctoritatem. Constanter dicit *σκᾶπτον*, *ὄρνιχα*, et, nisi fallor, *δίδοι*, quod quum codd. habeant Ol. i. 136. vi. 178. vii. 164. restituendum videtur etiam Nem. v. 93. Uti Ψαύμιος Ol. iv. 18. Πάριος Pyth. vi. 33. Θέτιος Isthm. viii. 104. ita Δείνιος cod. Aug. Nem. viii. 26. In aliis vocabulis dialecti diversitas conjuncta est cum discrimine significationis. Ita *τότε nunc*, *τόκα interdum* dicit: v. Ol. vi. 112. Nem. vi. 18. 20. Quare in suspicionem venirent hæc Pyth. ii. 163. *ὃς ἀνέχει τότε μὲν τὰ κείνων, τόθ' αὖθ' ἑτέροις ἔδωκεν μέγα κῦδος*, nisi cod. Aug. præberet *ποτὲ μὲν*, quo recepto recte servari *τόθ' αὖτε* periti intelligent. Πόκα nusquam dixit. Similis differentia est in pronominibus *τὶν*, *σοὶ*, et *τοὶ*, quorum *τὶν* personæ distinguendæ inseruit: v. Ol. vi. 18. xii. 4. Pyth. i. 134. iii. 150. iv. 489. vi. 49. Nem. iii. 145. vii. 9. 85. 132. 140. Isthm. v. 21. et quidem correpta vocali, quæ apud Theocritum longa est: v. Pyth. i. 56. Nem. x. 55. unde Isthm. vi. 5. scribendum *τίν γ'*:
14 encliticum autem nunc epicorum more *τοὶ* est, Pyth. iv. 252. 263. 294. fragm. p. 88. nunc *σοὶ*, Pyth. iv. 481. ix. 96. quod tamen personam distinguit in fragm. pag. 70. Τεὶν et *ἐμὲν* nusquam inveniuntur: quibus usum eum esse ex Aristophane non tuto colligitur: v. fragm. pag. 4. Primæ personæ apud Pindarum est *ἐμοὶ*, Ol. i. 82. 134. fragm. p. 65. accusativus pluralis *νὼ* e cod. Bodl. reponendus Pyth. iv. 261. secundæ nominativus *τὺ*, Ol. i. 135. Pyth. ii. 104. viii. 7. 10. 88. Nem. v. 75. Isthm. vii. 43. sed *σὺ* Ol. x. 5. Pyth. v. 7. genitivus *σεῦ* et *σέθεν*, accusativus *σὲ* et semel *τίν*, correptum, ut in dativo, Pyth. viii. 97. Vexatissimi loci hæc constructio est, *εὔχομαι, ἑκόντι νόῳ σὲ καταβλέπτειν ἀρμενίαν: cantum tu mihi, precor, inspires.* Raram hanc accusativi formam habent Theocritus xi. 39. 55. 68. et Corinna in excerptis gramm. Apollon. p. 555. (427. A.) Tertiæ personæ dativum *ἵν*, correptum, et digammo carentem, bis habet ex nostra emendatione Pyth. iv. 63. Nem. i. 99. Usus hac forma est etiam Hesiodus ibidem apud Apollon. p. 556. (427. B.) de quo loco v. Ruhnk. ep. crit. p. 115. Accusativum *ἵ* jam supra commemoravi: sed plerumque *μὶν* et *νὶν* usurpantur: quorum quum *μὶν* Ionicum, *νὶν* Dorieum sit, ex quodam Pindari carmine allatum ab Apollonio in excerptis gramm. pag. 557. (428. A.) videri poterit *νὶν* ubique restituendum esse. Et fluctuat lectio Ol. ix. 116. Pyth. iv. 71. 193. Non tamen temere quidquam audendum. Libri *μὶν* præbent Ol. ii. 48. 102. iii. 50. 81. ubi male plerique *μήν*: vi. 94. 107. 163. vii. 10. 108. 111. 122. 128. 153. ix. 48. 90. 96. xi. 17. xiii. 93. 113. Pyth. i. 98. 188. iv. 140. 426. ix. 218. Nem. iii. 19. 66. v. 57. 70. vii. 124. ix. 119. x. 63. 139. xi. 22. ubi sic Heynius pro *μέν*; Isthm. i. 90. ii. 27. viii. 113. 136. *νὶν* autem Ol. i. 110. iii. 46. 58. vi. 21. vii. 70. viii. 44. Pyth. i. 61. ii. 52. 104. iii. 64. iv. 77. 414. 430. 510. v. 7. 166. vi. 19. ix. 11. 45. 58. 92. 126. 130. 138. 154. xi. 35. xii. 39. 52. Nem. ii. 10. iv. 5. 34.

126. v. 48. 95. vi. 71. vii. 61. viii. 14. x. 128. Isthm. i. 52. 60. ii. 38. iv. 123. vi. 77. 106. viii. 148. Offert hæc locorum enumeratio rem satis miram, dignamque de qua amplius quæratur: nam in quibusdam carminibus codices fere ubique hanc, in aliis alteram formam exhibent, ut in Ol. vii. et Pyth. ix. 15 Eadem inconstantia etiam in his est: Ποσειδάων et Ποσειδᾶν, unde genitivus Pyth. iv. 246. in uno codice Ποτειδᾶνος scriptus cum Heynio improbandus videtur. Similia sunt apud Pindarum Ἀλκμὰν et Ἀμυθάν. Nolim tamen Ἀμφιάραον tueri Isthm. vii. 47. qui Ἀμφιάρηος vocatur Ol. vi. 20. Pyth. viii. 78. Nem. ix. 30. ubi v. 57. insolens dativi forma est Ἀμφιάρῃ, cum qua non potest comparari Παμφάῃ Nem. x. 92. ubi restituendus accusativus. Non magis κρατῆρα Isthm. vi. 2. præferendum Ionicæ formæ, quæ exstat Ol. vi. 155. Nem. ix. 118. Sed ἀσυχῆ Nem. vii. 120. corrigendum e Pyth. xi. 84. Aliquid etiam inconstantiæ est in futuris, aoristis, et perfectis verborum contractorum, et nominibus inde derivatis: in quibus verbis universe ex ω est η, ex αω autem α, in quo genere ut singulare notandum κοινᾶσαι et παρακοινᾶσθαι Pyth. iv. 204. 236. Jure suo excipiuntur κτάομαι et χράω, unde κτησάσθαν est Ol. ix. 70. κτησάμενοι Nem. ix. 124. et χρῆσαι, χρῆσις, χρησμὸς sæpius. Tum καύχημα Isthm. v. 65. Correctione autem indigent ἀντήσας Ol. x. 49. et ἀναστήσῃ Pyth. iv. 276. ubi de tribus lectionibus, ἀνασστήσῃ, ἀνασστήσῃς, ἀνασταίη, fortasse nulla vera est, sed ἀναστήῃ. Ex altera classe regulam deserunt δοναθεῖσα Pyth. vi. 36. ἐδινάθην xi. 53. unde ὠκυδίνατος Isthm. v. 7. Tum ἀφθένατος Ol. xiii. 35. ἀταρβάτοιο Pyth. iv. 149. ἰδὲματον xii. 6. Mire variant hæc: ἰνόστησε Nem. xi. 33. et ἀπονοστάσαντος vi. 84. ubi Heynius non suspectum habens ὑμνᾶσαι Isthm. iii. 12. ediðit tamen deinde ὑμνῆσαι, recte fortassis, ut alibi semper est apud Pindarum. Porro φωνᾶσαι et φωνᾶεν, quum Pyth. iv. 422. ἀφωνήτῳ reperiatur. Magis etiam variat φιλεῖν, unde minime dubia sunt πεφίληκε Pyth. i. 25. et πεφιλημένον Nem. iv. 74. sed suspecta φίλησε Nem. v. 82. et φιλήσαντα vii. 129. quum ἐφίλασε legatur Pyth. ii. 30. ix. 34. Pro significatione mutat dialectum πονεῖν, quod de molestia dicitur πονῆσαι Nem. vii. 55. Isthm. i. 56. de efficiendo πονᾶσαι Ol. vi. 17. Pyth. ix. 166. Ex his intelligi potest, cautum esse in hoc genere debere criticum, nec monstra procudere, velut nuper quidam νόαμα. Non magis Atheniensem Timodemum Nem. ii. Doriensem facere licebit. Maxime 16 differunt codd. in formis participiorum αις, αισα, et ας, ασα. Quarum Doricas quidam editores pene ubique prætulerunt, recte forsitan, modo ne metri caussa: nusquam enim Æolensium more ας illud corripuit Pindarus, qui error ne Maittairio quidem p. 319. (241. D.) ignoscendus. Variant in his formis libri, codices dico, quorum lectiones aut editæ aut a me adnotatæ sunt, et editionem Romanam, nondum ubique satis excussam, Ol. i. 127. ubi ἑλίσσαις soli debetur Gregorio Cor. iii. 28. Pyth. i. 12. 158. 177. iii. 102. 136. iv. 60. 65. 337. 405. viii. 13. ix. 209. x. 52. Nem. i. 45. 68. 74. iii. 107. v. 92. xi. 36. Isthm. i. 56. Consensu, quod sciam, libri a criticorum mutationibus puri formas communes exhibent Ol. i. 98. ii. 108. iii. 5. v. 17. vi. 10. 34. 61. 97. vii. 8. 52. 61. 96. 106. ix. 87. 91. 111. 139. x. 23. 36. 49. 51. 54. 58. 87. 109. Pyth. iii. 23. 39. 190. iv. 109. 169. 179. 383. 393. 409. 413. 417. 479. 502. 522. v. 67. vi. 30. viii. 37. 74. ix. 66. 93. 129. 147. x. 37. xii. 28. Nem. v. 29. vi. 87. vii. 104. Isthm. vi. 60. nam viii. 61. ἴρισαν legendum videtur. Doricæ formæ inveniuntur Ol. ii. 165. ix. 23. 142. x. 111. Pyth. i. 86. 154. iii. 63. 89. iv. 178. 184. 240. xii. 14. Nem. iv. 104. v. 51. vii. 99. 145. ix. 45. 58. ubi cod. Aug. σχίσαις, quod si σχίσσαις scribatur, et deinde κρύψιν θ', habebit quo defendi possit; x. 44. 152. Isthm.

ii. 21. 51. 59. iii. 1. iv. 43. 57. 65. 98. vi. 21. 75. In hoc quoque indice illud notabile est, quod in Nemeis, maximeque in Isthmiis, pene ubique Dorica forma comparet. In infinitivis quoque quum tantum non ubique communi forma utatur, aliquando tamen Doricam *ν*, nusquam *ῆν* habet. Quamquam non ausim contendere, illud *ν* non deberi grammaticis. Nam bis tantum certa lectio est, *γαρύειν* Ol. i. 5. et *τραφῆεν* Æolicum pro *τραφεῖν* Pyth. iv. 205. quorum locorum prior a carmine isto habet aliquam excusationem, ut infra apparebit, alter fortasse a verbo. Sed *ποριύειν* Ol. iii. 45. *ἀκούειν* vi. 112. *σχὴν* Nem. i. 106. *τύχειν* vi. 46. criticorum inventa sunt, repugnantibus antiquis libris. *Ἀγαγὴν* Pyth. iv. 98. jam in commentatione de metris Pindari correctum. *Στέλλειν* Ol. vii. 61. lectionis varietatem et scholia consideranti non erit dubium quin genuino *εὐδὺν* cedere
17 debeat. *Μειλιζίμειν* Nem. xi. 23. si *μειλίζειν* scriberetur, metro satis fieret, non sensui. Fortasse poeta scripsit *μείλιον ἐν ἀοιδαῖς*.

Addam his denique singulares quasdam formas et verba Pindaro propria. *Ἀτίδας* ex nostra emendatione Pyth. i. 161. *ὑποφάτιες* Pyth. ii. 140. *ψιυδὶς* Nem. ii. 72. *ψέγιον* vii. 102. *τόσσαι* et *ἐπιτόσσαι* Pyth. iii. 48. iv. 43. x. 52. *πεπαρεῖν* ii. 105. *παλαιμονίῃν* 112. *σωπᾶσαι* Isthm. i. 88. et *διασωπᾶσαι* Ol. xiii. 130. *κιχλαδὼς* ix. 3. *κιχλάδοντας* Pyth. iv. 319. *ἀκᾶ* Pyth. iv. 277. *ἁμᾶ* Ol. iii. 38. *ὥτε* Nem. vi. 47. vii. 90. 137. Isthm. iv. 31. *ἅς* Ol. x. 61. *ἔργμα* cum aspero spiritu semper scriptum, et prægressam tenuem litteram in adspiratam mutans Nem. i. 9. Isthm. i. 65. Nec prætereundum *κάπιστον* Ol. iii. 50. correpta prima, pro *κάπτισον*. Alibi in verbo *πισεῖν τ* pro *σ* ponit, ubi duo *σ* sibi vicina futura essent. Hinc est participium *πισοῖσα* Ol. vii. 126. Nem. iv. 66. *ἴμπισις* Pyth. viii. 117. Servatur *σ*, ubi non accedit alterum *σ*. Sed *πιστόντισσιν* Pyth. v. 64. ad Æolismum, de quo mox, retulerim. Pro *πιτνῶντα* Isthm. ii. 39. scribendum *πιτνόντα*. Illud *κάπιστον* et Alcmanis *καΐσαίνων* apud Hephæst. p. 44. ne quem moveat, ut *καΐας* scribendum putet Nem. vi. 87. in quo carmine pene omnium stropharum finis corruptus est, moneo ibi sic legendum videri: *βαρὺ δέ σφι νίκος ἵμπας, Καΐας Ἀχιλεὺς χαμαὶ ὧν ἀφ' ἁρμάτων Φαεννᾶς υἱὸν εὖρ' ἐνάριξεν Ἀόος ἀκμᾷ Ἐγχιος ζακότοιο.* *Ἔμπας*, ab sensu commendatum, ob metrum necessarium est, quum in vulgato *ἔμπτα*, etiamsi vocalis sequatur, non possit brevem syllabam apostrophus ante anacrusin excipere. *Ἀχιλεὺς* uno *λ* cod. Aug. *Ὧν* addidi, quod alibi quoque Homerum sequitur Pindarus. Correptionem diphthongi ante hoc pronomen tuetur Ol. v. 17. *Ἀόος* Schmidio debetur: metrum certe hanc formam requirit: alibi poeta *Ἀοῦς*, *Ἀργοῦς*, *Κλεοῦς*, sed Pyth. iv. 182. ed. Rom. *Χαρικλοῖς*. *Ἀκμᾷ* denique, jam ab aliis inventum, et sæpius similiter a Pindaro usurpatur, nec semel cum *αἰχμᾷ* permutatum invenitur. Sed ne cui in reliquis strophis metrum difficultates objiciat, de his quoque dicendum puto. Ac v. 12. scribendum videtur *οἵαν τίν'*: v. 25. *νῦν πέφανται οὐκ ἄμμορος*, ubi *ἄμμορος* cod.
18 Aug. præbuit: v. 49. *εὐκλῆϊ*, forma ab Homero accepta, apud quem est *ἀκλειῆς* Iliad. xii. 318. denique v. 99. *ἄγγελος ἔξαν* (seu potius *βᾶν*) *πέμπτον γ' ἐπὶ εἴκοσι*. *Ἐπὶ* sine elisione esse in cod. Aug. jam supra indicavi.

Dicendum est denique etiam de Æolismo Pindari, qui, si recte dijudico, duplex est, alius communis omnium ejus carminum, alius quorumdam proprius. Habet hic locus magnam difficultatem, nec nunc quidem nisi primis lineis describi potest. Motam semel quæstionem erit fortasse aliquando qui plenius tractet. Harmonias Pindarus, quibus usus sit, commemorat tres, Doricam, Æolicam, Lydiam. Dorica et Æolica quales fuerint, docebit instar omnium Heraclides Ponticus apud Athenæum xiv. p. 624. D. his verbis: *ἡ μὲν οὖν Δώριος ἁρμονία τὸ*

ἀνδρώδες ἐμφαίνει, καὶ τὸ μεγαλοπρεπὲς καὶ οὐ διαπεχυμένον, οὐδ' ἱλαρὸν, ἀλλὰ σκυθρωπὸν καὶ σφοδρὸν, οὔτε δὲ ποικίλον, οὔτε πολύτροπον. τὸ δὲ τῶν Αἰολέων ἦθος ἔχει τὸ γαῦρον καὶ ὀγκῶδες, ἔτι δὲ ὑπόχαυνον· ὁμολογεῖ δὲ ταῦτα ταῖς ἱπποτροφίαις αὐτῶν καὶ ξενοδοχίαις· οὐ πανοῦργον δὲ, ἀλλὰ ἐξημένον καὶ τεθαρρηκός. διὸ καὶ οἰκεῖόν ἐστιν αὐτοῖς ἡ φιλοσοφία καὶ τὰ ἐρωτικὰ, καὶ πᾶσα ἡ περὶ τὰν δίαιταν ἄνεσις. Lydiam Plutarchus de musica p. 1136. B. a Platone in lib. iii. de rep. repudiatam esse scribit, ἐπειδὴ ἐξεῖα καὶ ἐπιστήδειος πρὸς θρῆνον. Plato isto loco pag. 389. E. θρηνώδεις esse dicit harmonias, quæ μιξολυδιστὶ et συντονολυδιστὶ vocabantur: mox autem μαλακὰς et συμποτικὰς appellat τὴν Ἰαστὶ καὶ Λυδιστὶ, αἵτινες χαλαραὶ καλοῦνται. Plura in hanc rem quum ex aliis scriptoribus, tum ex illo Plutarchi libro de musica colligi possent. Ex eodem libro, maxime p. 1143. cognoscimus, id quod etiam sponte poterat intelligi, aliis harmoniis alios numeros aptari solitos fuisse. Ad quem finem philosophiam commendat Plutarchus pag. 1142. D. αὕτη γὰρ, inquit, ἱκανὴ κρῖναι τὸ μουσικῇ πρέπον μέτρον καὶ τὸ χρήσιμον. Hæc quoque res multis posset veterum scriptorum locis confirmari: de pleniore tamen ejus cognitione, nisi plura veterum musicorum scripta in lucem protrahantur, desperamus. Quare, quid conjectura effici possit, experiendum est. Quod si in numeris Pindari eadem diversitas invenietur, quæ est inter illas tres harmonias, ex numeris conjici poterit, quæ cujusque carminis fuerit harmonia. Inde vero, quæ maxime sibi dissimiles sunt harmoniæ, Dorica et Æolica, etiam cum dialecti quadam diversitate conjunctas fuisse non immerito suspicabimur. Ac major Pindari carminum pars numeros habet e dactylis et trochæis cum spondeo alternantibus mixtos: quod genus ob insignem gravitatem eximie convenit Doricæ harmoniæ. Idque ipse poeta indicat Ol. iii. 9. Μοῖσα δ' οὕτω μοι παρέστα μοι νεοσίγαλον εὑρόντι τρόπον Δωρίᾳ φωνὰν ἁρμόξαι πεδίλῳ ἀγλαοκώμων: ubi v. schol. Alia pars numeros habet brevium syllabarum frequentia concitatos, multoque motu inæquabiles: quod genus ab Horatio legibus solutum dici videtur. Hos ad Æolicam harmoniam aptatos fuisse et similitudo eorum cum isto genere harmoniæ ostendit, et ipse poeta significat Ol. i. 162. ἐμὲ δὲ στεφανῶσαι πεῖνον ἱππικῷ νόμῳ Αἰολῇδι μολπᾷ χρή. Nem. iii. 136. ubi se carmen mittere dicit Αἰολίσσιν ἐν πνοαῖσιν αὐλῶν. Ad utrumque locum falsa veris miscent scholiastæ. Sed objicientur nobis hæc duo, unum, quod, quum poeta Ol. i. 26. dicat, ἀλλὰ Δαρίαν ἀπὸ φόρμιγγα πασσάλου λάμψανε, nihil discriminis inter Doricam atque Æolicam harmoniam agnoscere videatur. At non dubitamus, quin Δωρίαν φόρμιγγα de Hypodoria harmonia intelligi voluerit*: ita vero Æolica harmonia vocabatur, ut Heraclides Ponticus apud Athenæum docet xiv. p. 624. E. F. et 625. A. Eamdem harmoniam poeta tangit his verbis in schol. ad Pyth. ii. 127. Αἰολιὸς ἔβαινε Δωρίαν κέλευθον ὕμνων. Alterum, quod objicietur, hæc verba sunt, Pyth. ii. 125. σόδε μὲν κατὰ Φοίνισσαν ἐμπολὰν μέλος ὑπὲρ πολιᾶς ἁλὸς πίμπτεται· τὸ Καστόρειον δ' ἐν Αἰολίδεσσι χορδαῖς θέλων ἄθρησον χάριν ἐπακτύπου φόρμιγγος ἀντόμενος. Nam, si scholiastas audias, Pindarus hoc carmen, quod nobis Æolicis numeris scriptum videtur, pretio emptum mitti dicit, distinguens illud ab Æolico carmine, gratis misso, cujus initium fuerit, σύνες ὅ τι λέγω, ζαθέων ἱερῶν ὁμώνυμε, κτίστορ Αἴτνας. Fuerunt sane hujus quoque carminis numeri, ut exordium docet, Æolici: sed inepta tradere scholiastas jam Heynius et Gedickius senserunt: qui quidem nollem ad emendationem confugissent, quam nec res, nec metrum admittit. Inepta sunt in scholiastarum explicatione hæc duo, unum, quod de mercenario carmine

* Præstabit, opinor, Δωρίαν φόρμιγγα de poesi Doria, non de modis musicis intelligi.

et gratis misso poetam loqui putant; alterum, quod hic eum istud gratis missum carmen Hieroni commendare credunt, quod in ipso illo carmine fieri debebat. Utraque criminatione liberabitur Pindarus, si eum hoc dicere statuas: hoc carmen, i. e. ipsa carminis verba, Tyriæ mercis modo, i. e. navi, tibi mittitur: ipsum vero chori ingressum, carmen hoc Æolicis fidibus canentis, benigne excipias. Καστόρειον enim μέλος, obscurius memoratum Isthm. i. 21. canebatur apud Lacedæmonios, quum acie instructa hosti obviam irent: v. Plutarch. de mus. p. 1140. C. et alios, quos citavit Heynius ad Pyth. ii. init. Est autem carmen Pyth. ii. vel maxime in his, quorum numeri Æolicæ harmoniæ conveniunt. Eosdem numeros eamdemque harmoniam habuit Lasi hymnus in Cererem, ut ex ejus initio apparet, servato apud Athenæum xiv. pag. 624. E. Δάματρα μέλπω Κόραν τε Κλυμένοιο ἄλοχον Μελίβοιαν, ὕμνων ἀνάγων Αἰολίδ' ἅμα βαρύβρομον ἁρμονίαν. Tertia denique a Pindaro memoratur Lydia harmonia Ol. v. 44. xiv. 24. Nem. iv. 73. viii. 25. Quæ carmina, numeris mirifice diversa, hoc tamen commune habent, quod nec tam concitatis numeris sunt, ut Æolica, nec tam gravibus, ut Dorica. Ad Doricos numeros propius accedit Nem. viii. ad Æolicos Ol. xiv. maxime omnium proprie Lydios numeros dixerim, qui sunt in Nem. iv. Quantum ex tam tenuibus indiciis colligi potest, Doricam harmoniam in his carminibus fuisse conjicio: Ol. iii. vi. viii. xi. xii. Pyth. i. iii. iv. Nem. i. v. x. xi. Isthm. i. ii. iii. et iv. v. vi. Æolicam in his: Ol. i. ii. x. Pyth. ii. v. vi. vii. viii. xi. Nem. iii. vi. vii. Lydiæ vestigia reperire mihi videor in his: Ol. iv. v. vii. ix. xiii. xiv. Pyth. ix. x. xii. Nem. ii. iv. viii. ix. Isthm. vii. viii.

Redeo nunc ad Æolismum. Ac veri simile est, concitatiores Æolicæ harmoniæ numeros majorem sibi dialecti libertatem vindicasse. Lydii enim numeri, leviores Doricis, non aliam, quam hi, linguam habent. Æolicis igitur numeris hæ videntur propriæ formæ esse: ποὶ pro ποῦ Pyth. v. 135. expellendum Ol. iii. 7. ubi cod. Pal. recte τοι. In Doricis enim et Lydiis carminibus ποῦ dicit, ut Pyth. iv. 154. x. 18. Isthm. ii. 37. ne ab Æolicis quidem prorsus alienum, ut Ol. i. 21 44. Deinde πίδα Pyth. v. 62. (in quo tamen carmine v. 126. μίτρα sine libris non mutandum) viii. 105. fragm. p. 74. apud Athen. pag. 641. C. e Schneideri emendatione: περίχιται Nem. vii. 109. Composita tamen etiam in Doricis πίδα admittunt*: πιδάμειψαν Ol. xii. 18. πιδαυγάζων Nem. x. 114. ubi cod. Aug. ed. Rom. aliique libri πόδ' αὐγάζων. Porro ἐπάμερος Pyth. viii. 135. quod in Doricis est ἐφάμερος et ἐφαμέριος. Tum ἐν pro ἐς Pyth. ii. 21. v. 50. et in Æolico fragment. p. 41. Nusquam hoc in Doricis invenitur, nisi forte librariorum errore, aut grammaticorum invento, ut Pyth. iv. 459. Ibidem v. 376. pro ἐς Φᾶσιν δ' ἔπειτ' ἐνήλυθον scribendum est, versuum quoque distinctione postulante, ἐς Φᾶσιν δ' ἔπειτεν ἦλυθον. Hoc ἔπειτεν, quod Ælius Dionysius apud Eustath. p. 1158. 39. Ionicum esse et apud Herodotum inveniri testatur, Phrynicho p. 48. Atticos respicienti, et inde Favorino in v. εἶτε, ἰσχάτως βάρβαρον vocatum, Pindaro etiam Nem. iii. 94. pro ἔπειτ' ἐν, ut jam Pauwius suspicabatur, restituendum. Cod. Aug. ibi ἐπὶ τόν. Æolicis carminibus etiam ὀνυμάξαι tribuendum videtur, Pyth. ii. 82. vii. 6. xi. 10. In cæteris enim communis forma invenitur, ὀνόμασθεν Ol. ix. 71. ὠνόμασεν Pyth. xii. 41. ubi nemo paullo doctior ὀνύμασθεν et ὠνύμασεν scribi volet. Nomen autem ὄνυμα et in Dorico et in Æolico carmine locum habet:

* Boeckhius pag. 293. "quod Hermannus hoc excusat in compositis, nihil est: quid enim hac quidem in re interest inter πίδα sim simplex et cum verbo compositum?" Non nihil, sed aliquid dictum esse fatebitur vir optimus, ubi reputaverit, vel a tragicis πίδα in compositis admissum inveniri. Omninoque non adeo ignotum crediderim, compositorum alium esse, quam simplicium usum.

Ol. vi. 95. Nem. vi. 82. neque usquam ὄνομα apud Pindarum est. Etiam accusativus pluralis secundæ declinationis in ος terminatus in solis Æolicis carminibus videtur admissus esse: νᾶσος Ol. ii. 129. ἰσλὸς Nem. iii. 50. ubi quidem cod. Aug. ἰσλόν. Alibi si hæc forma invenitur, expellenda est, non minus quam Dorica ως, qua nusquam usum esse Pindarum puto. Traxit enim aliquid labis hic illic Pindarus a grammaticis, neque a recentioribus, sed a veterrimis et clarissimis, quod vel hæc, quæ habemus, scholia ostendunt: multo clarius intelligeretur, si reperirentur, qualia ad Iliadem. Ol. i. 85. genuina scriptura est κακαγόρος. Nem. iii. 42. ὑπερόχως, quod editum, vel ὑπερόχους duorum librorum, metro conveniret, si ἰδίᾳ sanum esset, quod et sensus et præstantissima apud scholiasten lectio διά τ' ἐρεύνασε corruptum esse arguunt. Restitue tres litteras ob præcedentium similitudinem neglectas: δάμασε δὲ Θῆρας ἐν πελάγεσιν ὑπερόχος· διά τ' αὖτ' ἐρεύνασε πεναγίων ῥοάς. Πελάγεσι et accusativum ὑπέροχος, accentu nominativi scriptum, præbuit optimus codex, cujus sæpius jam facta est mentio. Nem. i. 35. fuisse qui metro repugnans ἰσλὸς scriberent ἰσλὼς, scholia docent. Scribe ἰσλούς. Aristarchi apud scholiasten verba in cod. MS. sic scripta: καταλείπεται δὲ τῇ ἀρχαίᾳ σημασίᾳ τὸ ἰσλός. ἡ γὰρ ἀντίστροφος οὐκ ἀπήτει τὸ υ. Dele cum edd. οὐκ, et hoc dicet Aristarchus, antiquo more Pindarum ο scripsisse, quod esset ου pronunciandum. Nem. x. 116. cod. Aug. ἥμενος, quæ vetus lectio fuit. Aristarchus et Apollodorus scribebant ἥμενον, Didymus ἡμένης pro ἡμένους. Ed. Rom. al. ἡμένως. Accusativum seu pluralem seu singularem agnoscunt Heynio commemorati Pausanias et scholiastes Aristophanis, auctoritatem, opinor, sequuti grammaticorum. Mihi Pindarus, spreto incredibili commento, ut facit Ol. i. 43. ss. nominativo casu videtur ἥμενος de Lynceo dixisse. Denique in Æolico fragmento p. 36. v. 10. non debebat ἵππος in ἵππως mutari. Æolicorum carminum propria sunt etiam verba in μι terminata pro contractis: αἴτημι fragm. p. 70. Sed in alio Æolico fragm. p. 49. restituendus optativus σιγῷμι. Nisi fallor, etiam Dorica quædam, quæ in Æolicis carminibus inveniuntur, a Doricis abjudicanda erunt. Sic πολυμάλῳ recte videtur legi Ol. i. 19. recte vero etiam μῆλα Pyth. iv. 263. ix. 114. μηλοδόκῳ iii. 47. μηλοβότου xii. 5. μηλοβότᾳ Isthm. i. 67. Unde Ol. vii. 115. 145. ubi scriptura fluctuat, communem formam prætulerim.

Æolismi illius, quem poeta in omnibus carminibus usurpat, aliquot exempla jam supra dispersimus. His adde elisam litteram in περὶ Ol. vi. 65. Pyth. iv. 472. et in compositis πρ᾽ἄπτων Pyth. iii. 94. πρ᾽όδοις Nem. xi. 51 *. Non absimile est ποτ᾽ ἀστῶν Ol. vii. 165. Deinde solutionem diphthongi in his: Αἰγεΐδαι Pyth. v. 101. Ἀλκεΐδᾶν Ol. vi. 115. Ἀτρεΐδας Pyth. xi. 47. Isthm. viii. 111. Κρηθεΐδας

* Adde περιδαΐον pro περιΐδαΐον fragm. p. 65. quod ita scribendum videtur:

ἐλαφρὰν κυπάρισσον φιλέσιν,
ἐᾷν δὲ νομὸν Κρήτας περι-
δαΐον· ἐμοὶ δ᾽ ὀλίγον μὲν γᾶς δέδοται,
δῖον ἄδρὸς, πενθίων δ᾽
οὐκ ἔλαχον, οὐδὲ σταδίων.

Paucis contentum esse hominem debere dicit, nec, si cupresso delecteris, quidquid hujus arboris circa Idam in Creta nascatur, expetendum. Abundabat autem Creta hoc genere arboris, auctore Hermippo apud Athenæum p. 27. F. Plinius H. N. xvi. c. 33. s. 60. de duobus generibus cupressi: *huic patria insula Creta. — Sed in Creta quocumque in loco terram moverit quispiam, vi naturali hæc gignitur, protinusque emicat: illa vero etiam non appellato solo ac sponte, maximeque in Idæis montibus, et quos Albos vocant, summisque jugis, unde nives numquam absunt, pluriina, quod miremur.*

Pyth. iv. 271. Οἰνεῖδαι Isthm. v. 39. Πηλείδα Pyth. vi. 22. Καδμεῖᾶν Isthm. iv. 88. Πηνειὸν Pyth. x. 86. Λαοτίδας ix. 8. Τροΐα Nem. iii. 103. iv. 40. vii. 59. Isthm. vi. 41. viii. 112. Sed non est horum constans usus: sic Αἰγεῖδαι Isthm. vii. 21. Ἀτρεῖδαι Ol. ix. 107. Οἰκλείδαν Nem. x. 16. Λαοτίδα Pyth. i. 22. Alia, ut videtur, Æolica forma est ἀμεύσασθαι Pyth. i. 86. restituenda, ut supra dixi, etiam xi. 4. παραμεύσεται Nem. xi. 17. ἀμευσίπορος Pyth. xi. 58. ubi scribendum videtur κατ' ἀμευσικόρος τριόδους, nisi quis utriusque accusativi communem formam præferat. Prorsus Æolicum nomen, etiam digammo memorabile, ἀυάτα legitur Pyth. ii. 52. iii. 42. Addam denique hoc: duplicatas consonantes, quæ in quibusdam vocabulis, ut in κιλαδεννὸς, κλεεννὸς, φαεννὸς, origine Æolicæ sunt, etiam in his verbis ad Æolicæ linguæ usum referendas videri, in quibus apud epicos aut improbatæ, aut rarissime adhibitæ inveniuntur. Ejusmodi sunt ἔσσαντο Pyth. iv. 363. ἔσσαι 486. καθέσσαντο, sive κάθεσσαν, v. 55. ἔσσαν Ol. ix. 79. Θέσσαν I. 102. Θέσσαντο Nem. v. 18.

Persequutus sum, quæ in Pindari dialecto maxime memorabilia videbantur. Omnia attingere nec licebat, neque animus erat. Quare si quis amplius de his rebus quærere volet, satis inveniet materiæ: veluti in verbis e præterito factis, ut γεγάκειν, κεχλάδοντας, πεφρίκοντας; in formis infinitivorum, de quibus βᾶμεν, στᾶμεν, et similes in rarioribus sunt; in terminationibus personarum, ut σίθεν, ἶεν, ἔγνον; et ex alio genere ἐξικέσθαν, κτησάσθαν; in compositorum formatione, ut βουλαφόροι, et quæ sunt hujuscemodi alia. Quæ omnia operæ pretium est aliquando diligentius pertractari.

DISSERTATIO IV.

NOTÆ AD PINDARUM.


In describendis carminum Pindaricorum metris hanc tenui rationem, ut initia eorum versuum, qui cum præcedentibus una numeri perpetuitate cohærent, paullum ad mediam paginam reducta ponerem, quo statim, ubi initium esset novi numeri, vel ubi plures versus uno numero continerentur, intelligi posset. Trochæum semantum, ut supra dictum est, longioribus lineis, —′ — et interruptiones numeri signo continuationis „ notavi.

OLYMP. I.

STROPHÆ:

υ -′ -′ υ υ - υ -
-′ υ -′ υ υ - ⏑̄
υ υ υ -′ υ - -
υ υ -′ υ υ - υ υ - ⏑̄
-′ υ - υ - υ ⏑̲
-′ υ -′ υ υ - ⏑̄
-′ υ - υ - υ ⏑̲
-′ υ - υ υ υ - υ -′ υ - υ -′ υ υ -
-′ υ - υ ⏑̲
-′ υ - υ - υ - υ -′ υ υ -′ υ ⏑̲
υ υ υ υ υ υ -′ υ - υ -′ υ -
υ —′ —′ υ -′ υ υ υ ⏑̲
⏑̲
υ -′ -′ υ - υ -′ υ υ υ ⏑̲
υ -′ υ υ υ - υ - υ -

EPODI:



V. 16. Scribe ex melioribus libris *ἱκομένοις*, et refer ad *σοφοῖς*, quod latet in *σοφῶν μητίεσσι*. Codex Lipsiensis in bibliotheca Paullina *ἱκόμενοι*. Is codex scriptus est in charta bombycina, forma quadrata, et, præter Pindari Olympica cum maxime parte scholiorum recentiorum, Theocriti octo priora idyllia cum scholiis, atque Hesiodi Opera et Dies cum scholiis continet. Servatus est pessime: quippe nullum prope folium est, cujus non aliqua pars vetustate, situ, humore aut tabefacta sit, aut penitus interierit, quibusdam etiam foliis plane perditis, quorum duo a manu admodum recente in charta vulgari suppleta sunt. Cæterum inter lineas glossæ adjectæ, partim ab eadem manu, quæ textum et scholia scripsit, partim ab alia recentiore, sed quæ antiquior est illa, a qua folia, quæ interiere, scripta sunt. A prima manu interdum transversæ lineæ supra eas syllabas positæ sunt, quas librarius producendas indicare voluit. In quo genere etsi nonnumquam erravit, interdum tamen opportuna est ista admonitio ad metrorum correctionem. Sæpe enim eas syllabas ista lineola notavit, quas alii ineptis fulcrorum additamentis auxerunt, quum essent in fines versuum rejiciendæ. Ita Olymp. x. 70. ultimam syllabam in *ἄρα*, et v. 122. in *χρόνον* notavit. Hic igitur codex etiamsi non continet eximias quasdam et singulares lectiones, hanc tamen habebit auctoritatem, ut aliorum librorum scripturam nonnullis in locis confirmet atque corroboret. Ex quo genere quæ lectiones in eo inveniuntur, eas adnotandas putavi.

44. Pro *φρένας* meliores libri *φάτις*, quod recipiendum erat, nec debebat in *φάτιν* mutari. Volebat poeta dicere, *καί που τι καὶ βροτῶν φάτις ἐξαπατᾷ*: nunc ad *φάτις* per appositionem adjectis verbis *ὑπὲρ τὸν ἀληθῆ λόγον διδαιδαλμένοι ψεύδεσι ποικίλοις μῦθοι*, his accommodavit verbum *ἐξαπατῶντι*.

61. Restituendum metri caussa, quod vulgo legebatur, *τὸν εὐνομώτατον ἐς ἔρανον*. Qui articula usus non abhorret a Pindari consuetudine. Ita v. 13. *ὁ πολύφατος ὕμνος*, v. 129. *ὁ μέγας κίνδυνος*. ix. 3. *ὁ τριπλόος κιχλαδώς*. xiii. 4. *τὰν ὀλβίαν Κόρινθον*. Pyth. i. 152. *τὰν εὐυδρον ἀκτὰν*, et alibi sæpissime. Codex Lips. *τὸν εὐνομώτατον εἰς ἔρανον*, sed *εἰς*, quod evanuerat, ab recentiore manu restitutum.

66. MSS. Lips. et Ciz. *χρυσίαισιν ἀν' ἵπποις*.

69. Laomedontis filium habere videtur Ganymedem, ut Euripides Troad. 822. Cæterum v. Interpp. ad Hygin. fab. 271.

77. Τὶ non dicit Pindarus pro *σέ*. Itaque hæc conjunctio est. Quare v. 79. scribendum *τάμον κάτα*, ut Iliad. ii. 699. *ἔχεν κάτα*.

80. Parum felix grammatici cujuspiam correctio διύματα majorem peritiam artis coquinariæ, quam diligentiam in perpendendis verbis poetæ prodit. Hic διύτατα κριῶν scripsit, utrumque sciens et prudens, κριῶν propter διεδάσαντο: carnes enim, non ossa apponebantur convivis: διύτατα autem propter φάγον: solus enim humerus consumptus, et deinde ebore suppletus est. Ἀμφὶ melius, opinor, adverbialiter ad διεδάσαντο referentur, quam ut præpositio ad τραπέζαισι.

91. Scribe ἄν. Idem error etiam alibi occurrit, ut Pyth. ii. 13. Nem. v. 23. vi. 103. Cæterum nihil difficultatis in οἵ et αὐτῷ. Οἵ cum πατὴρ conjungendum, pater ejus, ut Nem. vii. 32. Ψευδεσί οἱ, et alibi sæpe.

102. Cod. Lips. Ἵσσαν.

128. Idem ἱερῶντας.

134. Atticæ formæ in Pindaro non locus. Lege οὗτος ἄεθλος ὑποκρίσιται, metro etiam jubente. Ita etiam MSS. Ciz. et Lips.

138. Scribe ἔπεσι.

159. Scribe αἰεί.

163. Aldus et MSS. Gotting. et Ciz. habent ἱππείῳ. Scribe ἱππίῳ, de more Pindari. Neque ἱππικὸς alibi apud nostrum.

167. Quantum ex codd. lectionibus colligi potest, ἄλλον ἤ a correctoribus profectum est, scripturam, quam in libris inveniebant, ἅμα καὶ non recte refingentibus. Videtur poeta dedisse καλῶν τε ἴδριν, ἀλλὰ καὶ δύναμιν κυριώτερον. Particulis τὲ, μὲν, et si quæ sunt similes harum, sæpe mutata orationis forma eæ particulæ respondent, quas aliæ, quam istæ, præcedere debebant.

172. Interpunge: Ζεὺς, ἐπίτροπος ἰὼν τεαῖσι, μήδεται ἔχων τοῦτο κῆδος, Ἱέρων, μεριμναισιν. Deus, inquit, prospiciens tuis consiliis, hanc habet meditaturque curam. Plane alienum est, quod quibusdam in mentem venit, κῦδος.

OLYMP. II.

STROPHÆ:

⏑ ˊ ⏑ – ˊ ⏑ – ⏑̄
⏑ ⏑ ⏑ – ˊ ⏑ – ˊ ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑̄
– ˊ ⏑ – ˊ ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ ⏑ –
⏑ ⏑
ˊ ⏑ – — ⏑ –
ˊ ⏑ – ˊ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑̆
– ˊ ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ – ˊ ⏑ ⏑ ⏑ – ˊ ⏑ ⏑̆
⏑ ˊ – ˊ ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ – ˊ ⏑ –
⏑ ˊ – ˊ ⏑ – ⏑̄
– ˊ ⏑ – ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ ˊ ⏑ ⏑ –

EPODI:

– ˊ ⏑ – ˊ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑
ˊ ⏑ – ⏑ ˊ ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ – ˊ ⏑ – ⏑̄
⏑ ⏑ ⏑ – ˊ – ˊ ⏑ – ⏑ – ˊ ⏑ ⏑ ⏑ – ˊ ⏑ ⏑̆
– ˊ ⏑ – ˊ ⏑ — ˊ ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑̄
⏑ ⏑

5 υ-˘ υυυ - υ - -˘ υ - ῡ
υ-˘ υ - υ - υ

v. 6. Exit hic versus, si quid video, non in dochmium, sed in duos Creticos. Male enim, si dochmius esset, ictus caderent in plerisque strophis. Si pæonico ordine finiretur versus, contractio pæonis in palimbacchium fortasse ab nomine proprio aliquam excusationem haberet, servata tamen in cantu modulatione pæonica: vide de mens. rh. p. 9.

10. Non sum verum assequuntus in diss. de dial. Pind. p. 6. Scribendum potius, *γιγωνητίον, ὅτι δίκαιον ξίνων*, casu dativo. Non satis accurate de nomine *ὅτις* disseruit Boeckhius. Significat illud reverentiam hominum erga deos. Sic etiam apud Hesiod. Theog. 222. et Pindarum P. viii. 101. Inde ad hospitum reverentiam propter deos ultores violati hospitii translatum est.

17. Cod. Lips. *ποταμοῦ*, sed a prima manu supra ultimam syllabam scriptum Dericum *ω*.

19. Metro consuletur, si alia paullo, sed non deteriore sententia articulum addideris: *ὁ πλοῦτον τε καὶ χάριν ἄγων γνησίαις ἐπ' ἀρεταῖς.*

29. Male interpungitur post *πιπραγμένων*. Interpungendum post *δίκαν*. Cæterum in fine hujus versus brevem, non ancipitem syllabam in metri descriptione posui. Nam, nisi egregie fallor, hic versus cum sequente una numeri perpetuitate cohæret, quæ in prima tantum et secunda epodo turbata est. Hic quidem vulgatam lectionem habet etiam scholiastes Sophoclis ad Trach. 744. Eustathius quid legerit, incertum est, quod is sententiam tantum exprimit p. 1591, 7. *τὸ γὰρ πιπραγμένον οὐκ ἔστιν ἀπρόπτον γενέσθαι, ὡς που γνωμικεύει καὶ Πίνδαρος.* Repone vero facili conjectura: *τῶν δὲ πιπραγμένον ἐν δίκᾳ τι καὶ κατὰ δίκαν ἀπρόπτον οὐδ' ἂν χρόνος ὁ πάντων πατὴρ δύναιτο θέμεν ἔργων τέλος.* Τῶν δὲ quum posuisset, in fine addit, quod istuc referatur, *ἔργων*.

35. Cod. Lips. *ἰσλῶν*.

41. Scribe: *πένθος δ' ἔπεστι βαρὺ τῶν κρεσσόνων πρὸς ἀγαθῶν*. Aoristo hoc usus etiam Sophocles in Œd. Col. 1732. Nuper in mentem venit quibusdam, verbum *πιστιῦν* exstirpare, et in ejus locum *αὐθυπόστατον* illud intrudere, cujus nullus est, nisi in aoristo usus.

48. Post hunc versum cod. Lips. ut alii libri addit, *φιλέοντι δὲ Μοῖσαι.*

56. Recte *βροτῶν γε* revocavit Boeckhius. Cod. Lips. *βροτῶν κέκριται.*

65. Vide ad v. 29. Hic quidem aut *ἅτε πατρῴα*, aut, quod malim, *ἃ τὰ πατρῴα* scribendum videtur.

66. Cod. Lips. *τῶνδ' ἔχει.*

70. Scribendum *Λᾶον*. Longis enim vocalibus subscribendum iota est, quo impuræ diphthongi, quæ sic nascuntur, a puris, quæ vocari solent, distingui queant. Itaque ut nunc *λῴϊον, πατρῴϊον*, nunc imminuto syllabarum numero *λῷον, πατρῷον* scribitur, ita etiam *Λᾶος, Ὑπερῆδα, πάτρῳ, μάτρῳ*, et quæ sunt alia hujus generis, scribi debent. Ac male profecto fecerunt, qui quum litterarum compendia ex typothetarum officinis ejicere vellent, etiam illud repudiarunt, quo longæ litteræ *υ* iota adjicitur. Eo enim ad impuram diphthongum a pura distinguendam carere non possumus. Aliter enim *νἱκνυι* bisyllabum, aliter *Θυιὰς* scribendum est.

74. Scribe *ἔπιφνέ οἱ*. Cod. Lips. *πίφνειν ἰοῖ*. Ciz. *οἳ*.

78. Cod. Lips. *νίοις ἐν ἀίδλοις.*

83. Libri fere ἔχοντι, quod plena interpunctione ad ῥίζαν apposita recepit Boeckhius. Et ita scholiastæ. At neque frigidius quidquam isto additamento, ὅθεν στέρματος ἔχοντι ῥίζαν, neque alienius abrupto illo ad alia transitu cogitari potest. Quod Schmidius dedit, ἔχοντα, tam est elegans, ut, si ex his tantum duobus alterum optandum sit, non dubitem codices posthabere. Verum ἔχοντι grammaticis Dorismi studiosis deberi puto, poetam autem ἔχουσι dedisse, quod in nonnullis codd. est. Non est id autem tertia persona verbi, ut illis visum, sed dativus participii, qui est cum verbis τὸν Αἰνησιδάμου ἐγκωμίων συγχανέμεν construendus. Πρίπτει, inquit, τὸν Αἰνησιδάμου αὐτοῖς ἔνθεν στέρματος ῥίζαν ἔχουσιν ἐγκωμίων συγχάνειν. Cæterum ἔχοντι est etiam in Lips. et Ciz. et Lips. interpungit post ῥίζαν.

101. Non contenderim non esse verum ἐτήτυμον, sed ἀλαθινὸν ne quis calidius ad poetas ithyphallicos infimæ notæ ac sequioris ætatis detrudat, Theocritus, Callimachus, aliique intercedent.

102. Recte vetus lectio habet, εἰ δέ μιν ἔχων τις, agnita, ut videtur, etiam ab Eustathio, qui p. 714. 63. de Sophocleo illo in Œd. R. πρῶτα σὲ κεκλόμενος ita scribit: ἢ γὰρ ἐκεῖ λείπει τὸ εἰμὶ, ἢ τὸ κεκλόμενος ἀντὶ τοῦ κέκλομαι εἴληπται. χρῆσις δὲ ὁμοία σεσημείωται που καὶ παρὰ Πινδάρῳ ἐν Ὀλυμπιονίκαις. Sed male et hic, et quos sequutus est, hæc interpretantur. Non verbi locum tenet participium, sed fervor poetam ad anacoluthon abripuit. Volebat dicere: si quis opes virtute temperatas possidens, sortem intuetur eorum, qui propter bene facta diis cari sunt, is ita utitur divitiis, ut hic Thero. Sed delatus ad descriptionem illius beatorum sortis, pro apodosi, quæ sequi debebat, aliam liberius conformatam substituit v. 160. ἔπεχε νῦν σκοπῷ τόξον, et quæ sequuntur.

112. Quum ad νέμονται in optimis codd. adscriptum sit δέρκονται, vel etiam δὲ δέρκονται, festinantius nuper repositum est δράκησαν, qui aoristus vereor ut bene defendi possit. Quanto facilius erat scribere διδόρκαντι βίον. Illud viderint alii, ne forte διδορκὰν βίοτον legi possit. Alexandrini, quorum hæc forma esse perhibetur, (v. Maittair. p. 301. ed. Sturz. et Sturzium de dial. Alex. p. 57.) mihi videntur magis formas vetustate obscuratas servasse, quam corrupisse usum communem. Smyrnæos certe, qui Æolenses origine erant, (v. Plutarch. Symp. Q. vi. 8. p. 694. B.) ab his potius, quam ab Alexandrinis formam istam accepisse crediderim.

114. Cum Heynio præferendum censeo ἐν χερὸς ἀκμᾷ, quod etiam liber Cizensis habet. Lips. ἀλκᾷ χερῶν.

129. Scribere νᾶσος. Ita etiam cod. Lips.

136. Festinantius, qui στεφάνοις non apte dici animadverterunt, reposuerunt κεφαλῆς. Ipsum illud nomen στεφάνοις, quod etiam in cod. Lips. est, et magis etiam lectio quorumdam librorum στεφάνους, monere poterat, ut στεφάνας scriberent, quo nomine partem capitis eam, cui corona imponitur, appellari satis notum est. Nisi ea etiam στέφανος dicta est, ut adeo στεφάνους servari possit.

158. Recte libri γαύϊστον, quod jam Gurlittus in Simonidem et Bacchylidem dictum monuerat.

165. Cod. Lips. Ἀκράγαντα.

166. Etiam si αὐδάσομεν scribatur, tamen τανύσαις participium erit. Vide, si opus est, Porsonum in præf. ad Hec. p. 38. Sed αὐδᾶσθαι activa significatione, præter Sophoclis Philoct. 130. tuebitur etiam ejusdem fabulæ v. 852. et Æschyli Eum. v. 383. In Ajace v. 772. vehementer miror Boeckhium de passiva significatione cogitare potuisse. Cæterum cod. Lips. a manu prima αὐδάσομεν, sed postea ν erasum, et a manu secunda supra scriptum λέξω, διαξέξαισθμαι.

169. v. de dial. Pind. p. 7.

173. Recte se habet αἶνον ἴδε κόρος. Euripides Hippol. 234. ὅρος βᾶσα, et 1381.

καὶ νῦν ὀδύνα μ', ὀδύνα βαίνει.

Ibidem v. 841. pariter, ut hic, ἴδε cum ἐπίδε permutatum fuit. Dochmiacus sic scribi postulat:

πόθεν θανάσιμος
τύχα σὰν ἴδε, γύναι, καρδίαν;

176. v. ad Nem. x. 157.

177. Scribe καλοῖς ἔργοις. Τὸ λαλαγῆσαι θέλω non est Græcum. Θέμεν et ad τὸ λαλαγῆσαι et ad κρύφον pertinet. Hoc enim dicit: invidia laudem invasit, improborum virorum rumores, obscurationemque honestis factis bonorum excitare volens. Etiam cod. Lips. ἐσθλῶν καλοῖς ἔργοις.

OLYMP. III.

STROPHÆ:

– ˘ ˘ – ˘ ˘ – – – ˘ – ˘ –
– ˘ ˘ – ˘ ˘ –
– – ˘ ˘ – ˘ ˘ – – – ˘ –
– – ˘ ˘ – ˘ ˘ – – – ˘ – ˘ –
– ˘ ˘ – ˘ ˘ –
– – ˘ – ˘ – – ˘ – ˘ – ˘ –
– ˘ ˘ – ˘ ˘ – – ˘ ⏑
– ˘ – ˘ – ˘ – – ˘ –

EPODI:

– ˘ – ˘ – – ˘ – ˘ –
– ˘ ˘ – ˘ ˘ –
– ˘ – ˘ – ˘ ˘ – ˘ ˘ – –
– ˘ – ˘ – ˘ ⏑
– ˘ ˘ – ˘ ˘ – –
– ˘ ˘ – ˘ ˘ – – – ˘ ⏑
– ˘ ˘ – ˘ ˘ – – ˘ – ˘ ⏑
– ˘ ˘ – ˘ ˘ –
– ˘ – – ˘ – ˘ – ˘ –

V. 6. Non opus emendatione. Hymnum vocat ἵππων ἄωτον, laudem equorum. Ita v. 1. 2. ἀριστᾶν καὶ στιφάνων ἄωτον. Et viii. 97.

ἀλλ' ἐμὲ χρὴ μναμοσύναν ἀνεγείροντα φράσαι χειρῶν ἄωτον Βλεψιάδαις ἐπίνικον.

7. Scribe: Μοῖσα δ' οὕτω τοι παρέστα μοι. Παρίστα qui scribunt, exempla velim hujus formæ afferant. Nam activum hi^c non est aptum.

21. Valde friget γλεφάρων ὑψόθεν. Jungenda puto ἀτρεκὴς γλεφάρων, fixo, firmo oculo intuens, quod est strenui et severi judicis. Utitur hac voce defixis oculis Plutarchus de sollert. animal. p. 974. F. τὰς γὰρ αὐτῶν ὁμοῦ πάσας αἴγας, ὅταν ἀνάσχῃ μεθ' ἡλίου τὸ ἄστρον, ἀτρεκῶς ἐπιστρεφομένας ἀποβλέπειν πρὸς τὴν ἀνατολήν. Sic scribendum pro vulgato ἐκεῖ στρεφομένας.

23. Temporum et modorum usitata apud Græcos consequutio postulat, ut legatur βάλῃ, quod etiam Mss. Lips. et Cizensis habent. Βάλοι hic significaret, carminibus indicari, quis reportasset victoriam.

29. Cod. Lips. θεράποντα. ὄγε, ac deinde Διὸς αἴτεῖ et σκιερὸν, quod postremum etiam in Cizensi est. Est hic locus in iis, qui sine librorum auxilio pro deploratis habendi sunt. Nam consideranti ea, quæ a viris doctis de hoc loco disputata sunt, vix, puto, dubium esse potest, quin a Pindaro scriptum sit, Διὸς ἄλσει πανδόκῳ. Neque illud ambiguum est, ἄλσει v. 31. ex interpretatione receptum, expulisse veram lectionem. Enimvero hoc quum semel factum esset, vetus et apud Gregorium jam atque Eustathium obvia corruptio αἴτεῖ effecit, ut hoc pro verbo haberetur, atque αἰτεῖ scriberetur. Inde, quum inconcinna oratio displiceret, ὄγε pro λόγῳ scriptum. Hæc si non sine probabilitate conjecimus, quis affirmare ausit, quid hic scriptum fuerit a Pindaro? Nam aut infinitivus aliquis excidit, ut ἔμμεν, aut substantivum. Quam Boeckhius nuper viam iniit, ea et regulis artis criticæ adversari videtur, et orationem inconnexam infert, ubi nexus necessarius est. Nam quod ille ἦθος commemorat, id hic quale sit non intelligo. Omninoque quum sibi persuasit, asyndeta amare Pindarum, non videtur, ubi id ille fecerit et potuerit facere, satis perspexisse.

40. Scribe ἔθαλλεν, etsi longa syllaba non est omnino necessaria: ita etiam v. 42. ἔδοξεν scribendum. Utrumque sic scriptum in cod. Lips. qui etiam ἅμα.

45. Revocandum πορεύειν. Vide diss. de dial. Pind. pag. 16.

46. Vide diss. de mens. rh. p. 7.

54. MS. Lips. et Cizensis ἱράν.

56. Iidem codd. πνοιαῖς.

57. Nihil opus θαυμαίνει scribi, neque diligentius hæc consideranti deerit, quod respondeat quærentibus, cur, qui δένδρε' ἔθαλλε scripserit, non dederit etiam δένδρε' ἐθάυμαινε.

63. Cod. Lips. σὺν βαθυζώνου διδύμμοις παιδὶ Λήδας. Cizensis διδύμοισι. Scribendum διδύμνοις, ut νώνυμνος, ἀπάλαμνος, atque alia hujusmodi a poetis metri caussa usurpantur.

81. Recte Boeckhius οὔ μιν διώξω: sed non probo, quod μὶν refert ad τὸ πόρσω, quo facto bis idem dictum foret. Referendum puto ad Theronem: nam τὸ ἔσχατον κορυφοῦται βασιλεῦσι. Compara finem primi carminis. Qui κεῖνος legerunt, permoti videntur optativo, cui ἄν deesset. At id omitti interdum Hoogeveenius jure et merito contendit, cui non debebat contradicere Eichstaedtius in specimine quæstionum philologicarum pag. 68. qui quos Homeri locos propter hanc rationem corrigendos putat, ii integerrimi sunt. Ita Iliad. ii. 340.

ἐν πυρὶ δὴ βουλαί τε γενοίατο μήδεα τ' ἀνδρῶν.

Pindarus autem Ol. xi. 21.

τὸ γὰρ ἐμφυὲς οὔτ' αἴθων ἀλώτης
οὔτ' ἐρίβρομοι λέοντες διαλλάξαιντο ἦθος.

Æschylus Choeph. v. 590.

ἀλλ' ὑπέρτολμον ἀν-
δρὸς φρόνημα τίς λέγοι;

Vide ad Pyth. x. 47.

OLYMP. IV.

STROPHÆ:

⏑ ⏑ ⏓ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏓ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –
⏓ ⏑ – ⏑ – –
⏑ ⏑ ⏓ ⏑ ⏑ – ⏓ ⏑ ⏑ – –
⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑̄
– – ⏓ ⏑ ⏑ – ⏓ ⏑ ⏑ – –
– – ⏓ – – – –
⏑ ⏓ ⏑ – ⏑ – ⏑ ⏑ –
⏑ ⏓ ⏑ – ⏑ – –
– – ⏓ ⏑ – ⏑ – ⏓ ⏑ –
– ⏓ ⏑ – ⏑ ⏑ ⏑ – ⏓ ⏑ ⏑ –
– – ⏓ ⏑ – ⏑ ⏑̆
– – ⏓ ⏑ ⏑ – ⏓ ⏑ –
⏑ ⏑ ⏓ ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑

EPODUS:

– – ⏓ ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑
– ⏓ ⏑ ⏑ – ⏑ – –
⏑ ⏓ ⏑ – ⏑ – ⏑ –
– – ⏓ ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ ⏑̆
⏑ – ⏓ ⏑ – ⏓ ⏑ ⏑ – ⏓ ⏑ – ⏑ ⏑ ⏑ –
– ⏓ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑
– – ⏓ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ –
– ⏓ ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏓ ⏑ ⏑ –
⏑ ⏑ ⏓ ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑
– ⏓ ⏑ ⏑ –

Epodum, quum antithetici versus nulli sint, ita constitui, quemadmodum maxime consuetudo Pindari postulare videbatur. Quamquam an ab ipso poeta versus sic distributi fuerint, incertum manet. In hujuscemodi enim carminibus neque est aliud, nec potest esse artis officium, quam ut caveat ea, quæ facienda non fuisse demonstrari potest; quæ facta sint, ut ostendat, exigere, id non minus ineptum foret, quam si quis eos, qui prosodiam tradunt, reprehenderet, quod quasdam syllabas dicerent ancipites esse.

3. Valde aberrant mea sententia a more veterum poetarum, qui quæcumque nomina deum aliquem deamve significare possunt, continuo ut numina introducunt, eaque re nescio quid venustatis atque elegantiæ se attulisse putant.

18. Mira et incredibilia commenti sunt interpretes, ut genitivum ἀχέων ex-

plicarent. Nihil opus his machinis. Hoc dicit, *ἵκει ὁ κῶμος, Ψαύμιος ἐχέων κῶμος ὤν.*

39. Inepta hic foret observatio physiologica. Sunt hæc omnia usque ad finem, ut Süvernio quoque et Gurlitto visum est, Ergini verba. De quo quæ narrantur in scholiis, ficta ex hoc loco esse puto. Rectius, opinor, adolescentem fuisse Erginum statuemus, qui derisus ab Lemniis mulieribus, quod inter *ὁπλιτοδρόμους* constitisset, victor monuerit eas, posse aliquem etiam præter ætatem validum et robustum esse. Cum Psaumide nulla est in his verbis comparatio, qui provectior ætate erat, nisi quis multa prius, quam Olymp. lxxxii. scriptum hoc carmen esse contendat. Illud tamen certum est, primam hic Psaumidis victoriam laudari, quum nullius alius mentio fiat; quinto carmine autem tertiam mularum, quia ibi etiam curulis victoriæ et equi desultorii memoratur.

40. Nostra versuum descriptio cum quibusdam libris *ἀνδράσιν* scribi postulat. Sic etiam cod. Lips. qui mox *καὶ παρ τὸν ἁλικίας.*

OLYMP V.

STROPHÆ:

-́ - -́ υυ - -́ υ υ - υ - -́ υ -
—
-́ - -́ υυ - υ υ - υ υ -
-́ υ - υ - ῡ
υ υ -́ υ υ - υ - - υ -
-́ υ - υ - υ

EPODI:

-́ - -́ υ υ - υ υ - υ υ ˊ υ
-́ υ - υ - -
-́ - -́ υ υ - υ υ - υ υ -
-́ υ - -́ υ -
-́ υ - υ - υ

V. 9. Cod. Lips. recte Καμάρινα.

29. Hæc Libanius t. i. pag. 361. ed. Reisk. de Hippari intelligit.

37. Alienum est ab hoc loco, quod Boeckhius dedit. *ἰῦ δὴ ἔχοντες.* Hiatu si quis offendetur, poterit is *ἰὼ δ' ἔχοντες* scribere. Silent quidem, quod meminerim, grammatici de hac forma adverbii. Sed non dubitandum, quin proba sit. Qui formulam *ἰῦ τρέφον ἠδ' ἀτίταλλον* consideraverit, Iliad. ξ. 202. 303. Odyss. τ. 354. facile adducetur, Iliad. π. 191. scribendum esse,

τὸν δ' ὁ γέρων Φύλας ἠὺ τρέφεν ἠδ' ἀτίταλλεν.

Non opus est Jacobsii conjectura, *σοφισταί.* Καὶ enim hyperbaton facit, pro *καὶ σοφοί.* Ita vi. 41. Pyth. iv. 153. Similiter Pyth. ix. 151. *κωφὸς ἀνὴρ τις, κωφός τις ἀνήρ.* Æsch. Choeph. 1038.

40. Cod. Lips. omittit *ναίων.*

42. Vide de dial. Pind. p. 9. et Elem. doctr. metr. p. 362.

51. Junge εὔθυμον cum τελευτάν. Eo enim placidus est finis vitæ, si adstant filii, opum paternarum heredes futuri.

OLYMP. VI.

STROPHÆ:

– – ˈ ∪ – ˈ – – ˈ ∪ – ˈ –
– ˈ ∪ ∪ – ∪ ∪ ˘
– ˈ ∪ ∪ – ∪ ∪ – – ˈ ∪ ∪ –
– ˈ ∪ ∪ – ∪ ∪ – – ˈ ∪ – ˈ ⏑
– ˈ ∪ – – ˈ ∪ – ˈ –
– ˈ ∪ ∪ – ∪ ∪ – –
– – ∪ – – ˈ ∪ ∪ – ∪ ∪ – ∪ | ∪́ –
∪ – – ˈ ∪ – – ˈ ∪ – ˈ –
– ˈ ∪ ∪ – ∪ ∪ – ∪̄
– ˈ ∪ ∪ – ∪ ∪ – –
– ˈ ∪ – – ˈ ∪ – – ˈ ∪ – ˈ –

EPODI:

– ˈ ∪ ∪ – ∪ ∪ – – ˈ ∪ – ˈ –
– ˈ ∪ ∪ – ∪ ∪ ⏑
– ˈ ∪ – – ˈ ∪ – – ˈ ∪ ∪ –
∪ ∪ – ˈ ∪ ∪ – – ˈ ∪ ∪ –
– ˈ ∪ ∪ – – ˈ ∪ ∪ – –
– ˈ ∪ – – ˈ ∪ –
– ˈ ∪ – – ˈ ∪ – ⏑
– ˈ ∪ ∪ – ∪ ∪ –
– ˈ ∪ ∪ – ∪ ∪ – –
– ˈ ∪ ∪ – ∪ ∪ ⏑
– ˈ ∪ – – ˈ ∪ – – ∪ – – ˈ ∪ – ˈ –

V. 3. Vide ad Viger. p. 919.

4. Librorum lectionem ἀεχομένου habent etiam Plutarchus in πολιτ. παραγγ. p. 804. D. et Eustathius p. 1381, 2.

7. Valde memorabile est hoc carmen propter numeros in stropharum versibus septimo atque octavo. Vulgata divisio, si utrique versui una in fine syllaba adjiciatur, talis est, ut numeri sint optimi, et qui maxime huic generi carminis conveniant:

βωμῷ τε μαντείῳ ταμίας Διὸς ἐν Πί-
σᾳ, συνοικιστήρ τε τᾶν κλεινᾶν Συρακοσ-
σᾶν.

At primam posterioris versus syllabam septimo adjiciendam esse, hiatus aliquot et fulcra producendis brevibus syllabis addita certissimum reddunt:

βωμῷ τε μαντείῳ ταμίας Διὸς ἐν Πίσᾳ,
συνοικιστῆρ τε τᾶν κλεινὰν Συρακοσ-
σᾶν.

Verum si versus septimus ita, ut primo adspectu cuivis videri necesse est, vel tribus dactylis finiri statuetur,

– – ⏑ – | – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑

vel in ordinem logaœdicum exire,

– – ⏑ – | – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑ –

neminem fore arbitror, quin, si vel aliquem sensum venustatis habeat, statim plane alienos esse hos numeros ab hac Dorica compositione intelligat. Tollunt enim proportionem illam membrorum, quæ strenue in his carminibus servatur, et servanda est necessario, nisi gravitatem illam Dorii generis excidere natura sua, et repente aliam speciem, eamque pene ridiculam induere volumus. Membrum hic requiritur ex duobus tribusve dactylis et una arsi, sive accedat in fine thesis trochaica, sine non accedat. Hac vero mensura nec brevius potest, nec longius esse. Itaque quum tamen certum sit, versum brevissima mensura longiorem, longissima autem breviorem esse, de alio potius numero, quam de prolongando ordine dactylico cogitandum est. Quod si quis forte pedem orthium in his duabus syllabis, quæ redundant, latere suspicabitur, facile revocari ab hac opinione poterit. Nam et per se absonum est, orthium, cujus prima syllaba quattuor, secunda octo tempora habet, non, ut in simili pede, trochæo semanto, factum videmus, in duabus syllabis natura longis repræsentari, et plane pes ille eo removetur, quod fere semper hæ duæ syllabæ ejusmodi voces in hoc carmine continent, in quibus nulla vis sententiæ, nullum pondus est: ut perineptum fuerit, longius eas produci, quam cæteras. Quod contra trochæus semantus ubique in iis vocibus est, quas eminere ante alias et singulari cum robore pronunciari sensus postulat. Veram in hac dubitatione viam monstrat sequens versus: qui quum non integro epitrito incipiat, sed a Bacchio ad epitritos transeat, prodit ea re, inceptum in praecedente versu numerum impleri Bacchio illo, ut vulgaris descriptio, quamvis metricis legibus repugnans, tamen rhythmicis consentanea sit: etsi aptius et magis de more Pindari est, dactylicum ordinem hic catalecticum in disyllabum esse Rhythmici enim ordines hi sunt:

– – ⏑ – | – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑
– ⏑ – – | – ⏑ – – | – ⏑ – –

βωμῷ τε μαντείῳ ταμίας Διὸς ἐν Πί-
σᾳ, συνοικιστῆρ τε τᾶν κλεινᾶν Συρακοσ-
σᾶν.

Sed ordo ille, qui sequitur dactylicum, medius intercipitur pausa post secundam syllabam facta: quo fit, ut hæc syllaba priori versui adjicienda sit, sed

ut pars sequentis rhythmi, non ut pars ordinis dactylici. Sic ergo metiendi sunt hi versus:

$$- \breve{} \breve{} - \breve{} \breve{} | - \breve{} \breve{} \breve{} - \breve{} \breve{} \breve{} - \breve{} | \underline{\breve{}}$$
$$\breve{} - \breve{} | - \breve{} \breve{} - \breve{} | - \breve{} \breve{} - -$$

Et hoc modo apparet, justam membrorum proportionem restitui, voce in tertia thesi ordinis dactylici, ut par est, consistente, deinde autem incipiente epitritum, sed pausam statim post ejus primam arsin faciente, ac tum demum partem, quæ reliqua est, peragente.

15. Vide ad Viger. p. 723.

31. Lege *πάρεστι*, omisso *νῦν*. Ita etiam liber Cizensis. Sed cod. Lips. *νῦν πάρεστι*.

32, 33. Ordo verborum in MS. Lips. idem, qui in Pal. C. et. Gott. sed a manu secunda. Recte Boeckhius ex codd. *οὔτε δύσηρις ἐὼν, οὔτ' ἂν φιλόνεικος ἄγαν*. Sensus est autem: non opus est, ut sim rixosus, qui hæc prædicem: quippe nullum habiturus adversarium. Ita removebitur etiam Gurlitti reprehensio.

47. MSS. Lips. et Ciz. omittunt *γέ*.

55. Mala versuum descriptio molestum illud ac plane ineptum *γε* intulit, quod etiam a Ms. Cizensi abest.

65. Ms. Ciz. *περ*. Lips. *πέρ'*, Æolensium more, recte.

72. Veram lectionem habet etiam cod. Lips.

73. Sic loquutus est pro *ὑπ' ἰρατᾶς σπλάγχνων ὠδῖνος* jucundo partu. Similiter v. 6. seq.

79. Cod. Lips. *καδόμενοι*

89. Nihil caussæ erat, quare Boeckhius diviso verbo, quod compositum est, ita offenderetur, ut *ἐν κίκρυπτο* scribendum putaret.

106. Conjeceram olim *μεταλλάσαντί ἐν*, quod repetii ad Orph. pag. 150. 788. Sed vide ad Viger. pag. 936. Quæ nuper de hoc aliisque Pindari locis Thierschius in Actis Monac. vol. ii. p. ii. disseruit, satis erit, si legisse me dixero. *Καί τι ἔπος προέηκεν, ὕπερ τ' ἄῤῥητον ἄμεινον*.

116. Hic quoque falsa dispositio numerorum vitiavit verba Pindari. Non dubito, quin scribendum sit, *πατρὶ ἑορτάν*. Ita x. 52. *Διὸς ἄλκιμος υἱὸς σταθμᾶτο ζάθεον ἄλσος πατρὶ μεγίστῳ*. Cod. Lips. *πατρός θ' ἑορτάν τε*.

122. Videndum ne tollenda sit interpunctio post *Ἰαμιδᾶν*. Nam si sanus est locus in Nem. x. 69. ausus est Pindarus *ἵπτασθαι* etiam cum accusativo construere.

125. Servandum *δ'*, a Schmidio loco suo restitutum. Alienum hic asyndeton, quod aptum est in verbis prægressis.

126. Etiam cod. Lips. *τοῖς οἷς*. Multo elegantius foret *τοῖσιν* vel *οἷσιν*, omisso altero pronomine.

127. Dele *γε* post *δρόμου*, quod etiam a Msto Cizensi abest.

129. Etiam Ms. Ciz. *ὄρεις*, idque reponendum. Nam et exquisitius est, et metrum ita fieri jubet. *Ὄρος* scripserunt librarii, quorum animo obversaretur illud Homeri e catalogo,

οἵ θ' ἔχον Ἀρκαδίην ὑπὸ Κυλλήνης ὄρος αἰπύ.

149. Non habeo magnam fidem narrationi scholiastæ de Æneæ. Quid enim

Thebis chorus canat præconium Agesiæ Syracusani, quod ibi erat canendum, quo carmen missum esset, ut Nem. iii. 6. sqq. 18. 116. Aut si chorodidascalus a Pindaro ad Agesiam missus cum hoc carmine fuit, eane tam insignis persona erat, ut, si omnino compellanda esset, tantis laudibus extolleretur? Equidem vereor, ne grammatici, ut Æneam Pindari chorodidascalum fuisse perhiberent, nullo adducti alio argumento sint, quam hisce ipsius poetæ verbis: ἐσσὶ γὰρ ἄγγελος ὀρθὸς, ἠϋκόμων σκυτάλα Μοισᾶν, γλυκὺς κρητὴρ (κρατὴρ MS. Ciz.) ἀγαφθίγκτων ἀοιδᾶν. Quæ quidem etiam de quovis alio homine, cui poeta carmen suum choro tradendum committeret, dici potuere. In scholiis cod. Lips. nihil prorsus de Ænea adnotatum. Enimvero longe aptius et de more Pindari Æneam cognatum et hospitem Agesiæ Stymphalium intelligemus, cui missum fuerit hoc carmen, ut is eo Agesiam exciperet. Ac videntur mihi satis gravia argumenta reperiri, quibus Stymphalum, non Syracusas, carmen hoc missum esse conjiciamus. Primum enim quid est, quod poeta Syracusas, quam urbem effuse laudibus ornare solet, quamque nunc, ut victoris patriam, maxime prædicare debebat, negligentius et in transcursu tantum commemoret, Stymphalo autem et Arcadia atque Iamidis potissimum occupetur? Quod si Stymphalum misit carmen, nihil est, quare miremur. Deinde, si Syracusas misisset, victoria Agesiæ magis ad Ætnæum Jovem referri, quam ad Partheniam Junonem debebat, quæ ad Arcadiam, ac, nisi fallor, ad ipsam Stymphalum pertinet. Dubito enim, an illa non sit a monte Parthenio dicta, quod nemo præter scholiasten tradidit, sed ab eo, quod Stymphali antiquæ ab Temeno educata, dum virgo esset, Παιδὸς nomine colebatur, ut refert Pausanias viii. 22. Atque confirmat opinionem nostram de carmine Stymphalum misso etiam hoc, quod poeta omnium primam Junonem Partheniam cani, postremo autem loco Syracusarum mentionem, quæ quidem omitti non poterat, fieri jubet: ὄτρυνον νῦν ἑταίρους, Αἰνέα, πρῶτον μὲν Ἥραν Παθενίαν κελαδῆσαι, et postea, εἶπον δὲ μεμνᾶσθαι Συρακοσσᾶν τε καὶ Ὀρτυγίας. Porro illa quoque, quæ v. 165. de Hierone dicuntur, optime videntur cum nostra sententia congruere: σὺν δὲ φιλοφροσύναις εὐηράτοις Ἀγησία δέξαιτο κῶμον, οἶκοθεν οἶκαδ' ἀπὸ Στυμφαλίων τειχίων ποτινισσόμενον, ματρὸς ἐυμάλοιο λείποντ' Ἀρκαδίας. Λείποντα dicit, non λιπόντα, quo non reversum Syracusas, sed rediturum significat. Μάτηρ autem Ἀρκαδίας, ut hoc obiter moneam, cum scholiasta recentiore intelligendum est de matre Agesiæ Arcadica, i. e. de patria ejus Arcadica. Denique etiam quæ v. 46. leguntur, πρὸς Πιτάναν δὲ παρ' Εὐρώτα πόρον δεῖ σάμερόν γ' ἐλθεῖν ἐν ὥρᾳ, nolim de solo argumento carminis, quod circa Pitanam versetur, sed de misso carmine ad loca Pitanæ vicina intelligere. Similis locus est in initio carminis iv. Pyth. Quin etiam, quum idem nomen in eadem gente et familia sæpius frequentatum reperiatur, conjectura nostra eo erit probabilior, quod Æneas quidam, qui cum Mantineensibus et Arato contra Agidem tertium annis circiter CC post Agesiam pugnavit, inter Iamidas memoratur a Pausania viii. 10.


152. Legitur in multis libris ἀλαθίσι. In quo quidem propter ultimæ syllabæ libertatem non opus est ν addi. Attamen quum poetæ ubique illud ν ante consonas usurpaverint, mirum sane foret, ni sensissent, aures hoc sibi dari postulare, ut, ubi metrum ultimam longam requirat, littera ista non omittatur. Itaque recte ἀλαθίσιν.

164. Quomodo futuri optativus hic defendi possit, non video. Scribendum puto θραύσαι.


172. Cod. Lips. ἀπισκίμφθαι.

OLYMP. VII.

STROPHÆ:



EPODI:



V. 3. Ambo codd. nostri cum optimis libris et Athenæo xi. p. 503. F. ἴνδον ἀμπέλου, quod correctores in ἀμπέλου ἴνδον mutarunt: quam lectionem non est dubium metro magis convenire: v. de mens. rhythm. p. 7. Illud, ἴνδον ἀμπέλου, si ordinem verborum spectamus genuium puto: ad metrum quomodo defendi posse videatur, dixi in prima dissertatione cap. xix.

5. Retinendum ναυίᾳ.

15. Dele γὲ, quod etiam ab libro Ciz. abest.

21. Scribendum sane hic Θάμα, sed cave id idem, quod ἄμα, esse putes.

27. Cod. Lips. interpungit post Ῥόδον.

35. Cod. Lips. ἐμβόλῳ. Vide de dial. Pind. p. 11.

47. Necessario scribendum ἐν καὶ, quod etiam MSS. Lips. et Ciz. habent. Vide, quæ supra de hiatibus dicta sunt.

61. Cod Lips. στίλλε.

71. Vera est lectio plurimor. codicum, ac nostrorum quoque φανείμβροτος, ut ἐπιθέμβροτος, et alia, qui suavior sonus est.

83. Cod. Lips. ἀτέκμαρτον.

85. Dele γὲ, quod etiam a Ms. Cizensi abest.

109. Cod. Lips. λίστον.

122. Scribe φανόν.

139. seq. Recte se habet vulgata interpunctio. Πατρωΐαν ad γαῖαν relato corrumpitur venustas loci. Sponte enim intelligitur, non potuisse hos aliam quam paternam possessionem dividere: quod diserte dictum, tenue et exile est, ubi non de fundo aliquo aut regione ab homine, sed de insula a deo possessa sermo est. Illud vero apte dictum est, ἀπάτιερθε ἴσχον πατρωΐαν ἀστίων μοῖραν, oratione etiam poetica: partem quisque paternarum urbium seorsim obtinuere.

156. Codex Lips. Αἴγινα Πελλάνα τε. Cod. Ciz. Πελλάνα τ' Αἴγινά τε. Recte Boeckhius, Πέλλανά τ' Αἰγίνα τε νικῶνθ'.

162. Recte Heynius interpungi vult, τεθμὸν Ὀλυμπιονίκαν, ἄνδρα τε πὺξ ἀριστὰν εὐρόντα.

172. Interpungendum post Καλλιάνακτος. Nam nec τοὶ ad præcedentia relatum, ab languoris vitio satis tutum est, neque illa, ἴχει θαλίας καὶ πόλις, tam nude dicta vim ullam habent. Cod. Lips. Ἐρατιδᾶν.

OLYMP. VIII.

STROPHÆ:

-ˊ υ -ˊ – -ˊ υ υ – υ υ – – -ˊ υ –
– -ˊ υ -ˊ – -ˊ υ υ – υ υ – ῡ
-ˊ υ -ˊ – -ˊ υ υ – υ υ – –
-ˊ υ υ – υ υ – –
-ˊ υ υ – υ υ – – -ˊ υ ⏑
-ˊ υ υ – υ υ ⏑
υ υ -ˊ – -ˊ υ –
-ˊ υ -ˊ – -ˊ υ –

EPODI:

– -ˊ υ υ – υ υ – – -ˊ υ –
-ˊ υ υ – υ υ – –
-ˊ υ υ – υ υ ⏑
-ˊ υ υ – υ υ – ῡ -ˊ υ –
-ˊ υ υ – υ υ – –
-ˊ υ υ – υ υ – –
-ˊ υ υ – υ υ – –
-ˊ υ υ – υ υ – ῡ
-ˊ υ υ – υ υ – ῡ -ˊ υ –
-ˊ υ -ˊ – -ˊ υ υ – υ υ – ῡ
-ˊ υ -ˊ – -ˊ υ –

V. 10. Cod. Lips. πληρέονται πρὸς χάριν εὐσεβίων δ' ἀνδρῶν λισταί. Ἄνομαι ambiguæ prosodiæ vocabulum videtur, ex quo ἄνεται et κατάνεται apud Homerum prima longa est, ἄνοιτο autem brevi. Nisi forte ἄνομαι primam natura longam habet, ut ἄνοιτο Iliad. xviii. 473. aoristus sit, in quo eadem syllaba necessario cor-

ripitur. Apud Æschylum quidem Choeph. 795. *ἀνομίναν* primam brevem an longam habeat, incertum est. Pindari locum recte restituit Boeckhius. Quæ olim ad hunc locum schematis Pindarici caussa attuleram duo fragmenta Pindari, ea sic scribenda puto. Primum p. 67. iii.

δεῦτ' ἐν χορὸν, Ὀλύμπιοι,
ἔπι τε κλυτὰν πέμπετε χάριν, θεοὶ,
πολύβατον οἵτ' ἄστεος ὀμφαλὸν θυόεντα
ἐν ταῖς ἱεραῖς Ἀθάναις
οἰχνεῖτε, πανδαίδαλόν τ' εὐκλεᾶ ἀγοράν.
ἰοδέταν λάβετε στέφανον
τᾶν γ' ἐαριδρέπτων λοιβᾶν,
Διόθεν τέ με σὺν ἀγλαΐᾳ
ἴδετε, πορευθέντ' ἀοιδαῖς
δεύτερον ἐπὶ κισσοδέταν θεὸν,
τὸν βρόμιον, τὸν ἐριβόαν τε καλέομεν,
ὑπάτων γόνον μὲν πατέρων μελπόμενοι,
γυναικῶν τε Καδμείαν Σεμέλαν.
ἐν Ἀργείᾳ Νεμέᾳ
μάντιν οὐ λανθάνει
φοίνικος ἔρνος, ὁπότ' οἰ-
χθέντος Ὥρᾶν θαλάμου
εὔοδμον ἐπαΐωσιν ἔαρ φυτὰ νεκτάρεα.
τότε βάλλεται, τότ' ἐπ' ἀμβρότ αν
χέρσον ἐραταὶ ἴων φόβαι,
ῥόδα τε κόμαισι μίγνυται,
ἀχεῖταί τ' ὀμφὰ μελέων σὺν αὐλοῖς,
ἀχεῖται Σεμέλαν ἑλικάμπυκα χοροί.

Alterum p. 70. vi. quod tractavit Huschkius in Anal. crit. p. 110. seqq. ita scribendum videtur:

σοὶ μὲν κατάρχειν,
μᾶτερ, πάρα μεγάλοι ῥόμβοι κυμβάλων,
ἓν δὲ κεχλάδειν κρόταλα·
αἰθομένα δὲ δαΐς ὑπὸ ξανθαῖσι πεύκαις.

18. Cod. Lips. *ὐπραξίας*. Ciz. *ὐπραγίας*.
20. Recte Boeckhium dedisse puto, *ὅς σ' ἐν μὶν Νεμίᾳ πρόφατον*. Sed quod ille

vult, particulam ἐν per hyperbaton alio loco, ac debebat, collocatam esse, id vero nullo pacto fieri potuit. Ut sæpe μὲν et δὲ per inversionem quamdam aliis, quam quibus proprie debebant, vocabulis adjiciuntur, de qua re quum alii, tum Reizius in libro inclinatione accentus disputavit, ita hic audacior etiam facta est inversio. Volebat poeta dicere, ἓξ σὶ καὶ Ἀλκιμίδοντα ἑτοίησε νικῆσαι. Nunc in mentem ei venit diversis in locis eos victores fuisse, quos locos ut discerneret, dicere debebat ἐν μὲν Νιμέᾳ πρόφατον, παὰ Κρόνου λόφῳ δὲ νῦν Ἀλκιμίδοντα: sed invertit oppositionem, et verbo πρόφατον opponit Ἀλκιμίδοντα δὲ, in quo nomine νῦν illud, quia huic scriptum est carmen, jam inest. Illud non recte, neque ex diligenti observatione elegantiæ factum, quod Boeckhius scripsit ὕμμι δ' ἐκλέ-ρωσιν.

31. Cod. Lips. πολλά.

43. Idem liber τεύξειν.

51. Cod. Lips. et Ciz. ἀτυζόμενοι. Cizensis etiam ψυχάς.

71. MS. Ciz. Μιλησία. Lips. Μελησία, recte.

103. Sine dubio κὰν νόμον ἑρδομένων scribendum, ut recte Schmidius. Sic in cod. Lips. In Cizensi κἄν νόμον.

109. MS. Lips. ὅν σφιν ὥπασε Ζεὺς γένει. Propter hiatum, qui in vulgari lectione v. 110. est, præferendum puto, quod Aldus habet:

κόσμον Ὀλυμπία, ὅν σφιν Ζεὺς γένει
ὥπασεν.

Atque ita etiam Ms. Ciz. nisi quod in eo male Ζεῦ est. Hiatus quidem iste etsi ex iis est, qui facile intolerantur, atque usu tritissimi sunt, tamen non videtur præter necessitatem adhiberi, ubi elegantior in promptu est verborum collocatio.

115. Scribendum puto βιοτὰν, numerorum caussa.

OLYMP. IX.

STROPHÆ:

⏑ ⏑ -́ ⏑ ⏑ - ⏑ ⏓ | - -́ ⏑ ⏑ - ⏑ -
- - -́ ⏑ ⏑ - ⏑ - ⏑ ⏑
-́ ⏑ -́ ⏑ ⏑ - ⏑ - | ⏑ -́ ⏑ ⏑ - ⏑
-́ - -́ ⏑ ⏑ - ⏑ - | -́ - ⏑ ⏑ - ⏑
-́ ⏑ -́ ⏑ ⏑ - ⏑ - | ⏑ -́ ⏑ ⏑ - ⏑
⏑ ⏑ ⏑ -́ ⏑ -́ ⏑ ⏑ - | - -́ ⏑ ⏑ - -
-́ ⏑ -́ ⏑ ⏑ - ⏑ ⏓ | - -́ ⏑ ⏑ - ⏑
⏑ -́ ⏑ ⏑ - ⏑ - -́ ⏑ ⏔
- -́ ⏑ ⏑ - -́ ⏑ - ⏑ -́ ⏑ ⏑ - - -

EPODI:

⏑ -́ ⏑ - ⏑ - ⏑ -
⏑ ⏑ -́ ⏑ - ⏑ - ⏑ ⏑
⏑ ⏑ -́ ⏑ ⏑ - -
- -́ - - ⏑ ⏑ - ⏑ - | —́ —

5 – ⏑ ⏑ – – – – –
– – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –
– – ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – | —⏑—
– – ⏑ – | ⏑ – ⏑ – ⏑ ⏑ –
⏑ – ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑

Olymp. ix. Hoc carmen non potest ad Olympiadem lxxiii. referri, quod Corsinus fecit. Scholiastes ad v. 17. ἐνίκησε δὲ ὁ Ἐφάρμοστος καὶ Ὀλύμπια, ὡς πρεῖπε, καὶ Πύθια, ἑβδομηκοστῇ τρίτῃ Ὀλυμπιάδι. Et ad v. 18. καὶ γὰρ Πύθια ἐνίκησεν ὁ Ἐφάρμοστος τῇ τριακοστῇ Πυθιάδι. Quod si hic numerus Pythiadis, ut videtur, verus est, Pythica Epharmosti victoria ad Olympiadem lxxviii. referenda est, in quam incidit Pythias xxx. Atque ita etiam Corsinus. Atqui quum Pindarus et Olympicæ et Pythicæ victoriæ meminerit, necessarium foret, ut carmen hoc, in Olympicam victoriam scriptum, quinta Olympiade post adeptam victoriam factum esset. Quod quis verisimile putabit? Quamobrem mihi videtur scholiastes ad v. 17. quod ipse verborum ordo indicat, non qua Olympiade Olympia, sed qua Olympiade Pythia vicerit Epharmostus, indicare voluisse. Inde eum scripsisse puto ὀή Ὀλυμπιάδι, quod deinde in ογ' mutatum fuit. Igitur Olympia qua Olympiade Epharmostus vicerit, incertum est.

Versus 1. 3. 4. 5. 6. 7. asynarteti sunt. Ita dubitationes omnes tolluntur.

V. 13. Cod. Lips. μέλεσσιν.

22. Cod. Lips. distinguit post Ὀπόϊντος.

27. seqq. Si hi versus, ut supra dictum est, asynarteti sunt, nihil opus est mutationibus, quas Boeckhius durissimas et minime elegantes fecit.

43. Ἐπεὶ ἔναντ' ἂν ὣς τριόδοντος Ἡρακλέης σκύταλον τίναξε χερσίν; Ms. Ciz. ἔναντ' ἂν ὣς ἄν. Cod. Lips. ἔναντ' ἂν ὣς τριόδοντος. Veram lectionem scholia servarunt,

ἐγένοντ'. ἐπεὶ ἀντία
ὣς ἂν τριόδοντος Ἡ-
ρακλέης σκύταλον τίναξε χερσίν;

72. Mirum, hærere quemquam in verbis ἔγειρ' ἐπίων σφιν οἶμον λιγὺν potuisse; magis etiam mirum hærenti obtemperasse quemquam.

78. Cod. Lips. ἀνάπωσιν. Ciz. ἄμπωτιν.

82. Cod. Lips. κοῦροι κορῶν τε φερτάτων τε Κρονιδᾶν. Nihil est aut obscurum in hoc loco, aut alienum ab iis, quæ alii scriptores tradiderunt, si modo lectionem sequamur Aldi et Ms. Cizensis, καὶ pro τὲ exhibentium. Ita igitur legendum puto:

κείνων δ' ἔσσαν
χαλκάσπιδες ὑμέτεροι πρόγονοι,
ἀρχᾶθεν Ἰαπετιονίδος φύτλας
κοῦροι κορᾶν, καὶ φερτάτων Κρονιδᾶν,
ἐγχώριοι βασιλῆες αἰεί.

Inde, inquit, vestri majores genus suum deducunt, quorum primi nati sunt e

puellis gentis Iapeti, et Jove. Κορᾶν dixit, quum unam tantum intelligeret Protogeniam, et φιρτάτω, Κρονιδᾶν, quum unum Jovem, qui est φέρτατος Κρονίδας. Neque enim, si gentem Saturniam intelligi voluisset, nomine φιρτάτων esset usus, quod nimis usitatum de Jove est, quam ut ad omnem gentem Saturniam trahi possit. Τὰ ab imperitis metricis profectum. Dein πρὶν v. 85. est *olim*, ut Isthm. viii. 151.

92. Scribe ἔχιν, ut in libro Cizensi est.

99. Hic versus cum v. 73. 115. 157. mutari vulgarem metrorum descriptionem postularunt. Vide quæ supra de hiatibus dicta sunt.

100. Necessario scribendum λαόν τε. Cizens. λαῶν. Lips. λεών.

103. Reponendum οἱ δ' Ἀρκάδες, οἳ δὲ καὶ Πισᾶται. Ita etiam Ciz. Manifesto mutata lectio ab iis, qui metro metuebant. Lips. quoque ἰδ' Ἀρκάδες.

108. Restituendum Τιρύνθιοντος, neque audiendus Schmidius.

115. Expellendum γὲ post νόον, quo nihil fingi ineptius potest. Atque abest etiam ab libro Cizensi. Sed restituenda eadem particula mox post Θέτιος, ubi vim suam habet et significationem. Certo enim scribendum est,

ἐξ οὗ Θέτιός γ' οὐλίῳ γόνος μιν ἐν ἄρει
πραγορεῖτο.

157. Dele γὲ, idque etiam MSS. Cizensis et Lips. omittunt.

162. seqq. hic locus neque interpunctione nec scriptura satis elegans est. Scribendum:

τοῦτο δὲ προσφέρων ἄθλον,
ἔρθιον ὠρύσαι θαρσέων,
τόνδ' ἀνέρα δαιμονίᾳ γενεᾷ μεν
εὔχειρα, δεξιόγυιον ὀρθῶντ' ἀλκὰν,
Αἰάντειόν τ' ἐν δαιτὶ δῆς Οἰλιάδα
νικῶν ἐπιστεφάνωσε βωμόν.


Δαιμονίᾳ recte habent MS. Ciz. et scholiastes. Post εὔχειρα interpungit Cod. Lips. in quo postrema sic scripta sunt: αἰάντειόν τε δαιτὶ δῆς τ' ἰλιάδα νικῶν ἐπὶ στεφάνωσε βωμόν. Sed ἐν, quod MS. Ciz. et ed. Ald. habent, propter sensum abesse non potest. In δαιτὶ δῆς synizesis fit. Neque enim iota dativi abjicitur.

OLYMP. X.

STROPHÆ:

⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – | ⏑ – – ⏑ ⏑
– ⏑ – – ⏑ ⏑ – ⏑
⏑ – ⏑ – – ⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ – –
⏑ ⏑ ⏑ – – | – – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑
⏑ – – ⏑ ⏑ ⏑ – – ⏑
⏑ – ⏑ – – ⏑
⏑ ⏑
⏑ – — ⏑ ⏑ – ⏑ –

EPODI:



V. 3. Codex Lips. ἡμᾶς, quo confirmatur conjectura Mingarellii ἀμᾶς. Ego quidem vulgatam lectionem prætulerim.

12. Cod. Ciz. τόκος θνατῶν, ut alii libri. Vulgatum, ὁ τόκος ἀνδρῶν, quod etiam cod. Lips. habet, correctoribus deberi, tam est apertum, ut dubitari ea de re nequeat. Quod olim mihi in mentem venerat, τόκος ὁ θνατῶν, usuras inventas ab hominibus intelligi volebam: de qua re non monui lectorem, quia vel pueri sciunt, non posse dici τόκος ὁ pro ὁ τόκος. At neque tum mihi magnopere placebat illud τόκος ὁ θνατῶν, et nunc multo magis displicet. Alio enim nomine hic, quam θνατῶν, nominandi fuissent homines. Vereor, ne lateat hic litterarum similitudine obscuratum epitheton, quo nihil inveniri ad rem accommodatius potest, τόκος ὀνάτωρ.

13. Nullo modo de interrogatione cogitari potest. Non intellexerunt interpretes loquutionem satis usitatam, νῦν ὅτε, νῦν ὅπᾳ, i. e. νῦν ἔστιν ὅτε, vel ὅπᾳ. Æschylus Sept. ad Theb. 711. νῦν ὅτε σοι παρέστακεν. Suppl. 638. νῦν ὅτε καὶ θεοὶ διογενεῖς κλύουτ' εὐκταῖα γένει χεούσας. Sophocles Aj. 802.

καθ' ἡμέραν
τὴν νῦν ὅτ' αὐτῷ θάνατον ἢ βίον φέρει.

Simile est illud Horatii: *est ut viro vir latius ordinet arbusta sulcis.*

19. Scribendum Κύπνεια, ut ultima Æolensium more corripiatur, quem quidem præsertim in nominibus propriis nonnumquam sequutus est Pindarus. Ita Πέλλανα ultimam brevem habet Olymp. xiii. 155. contra, ut vulgo, longam vii. 156. et ἐπίδαν Pyth. iv. 249.

21. Cod. Lips. Ἴλᾳ.

26. Scribendum arbitror, ἄπονον δ' ἔλαβον χάρμα παῦροί τινες, ἔργων πρὸ πάντων βιότῳ φάος, hac sententia: pauci quidam sine labore eam adepti sunt gloriam, quæ præ quibusvis præclare factis vitam reddere jucundam posset, ita ut, qui ea fueretur, ne opus quidem haberet ulla exercitatione virium et contentione. Cod. Lips. ἔργων. Ciz. ἔργον.

35. Scribendum ἄκονθ' ἑκών, ut Cod. Lips. Iambica enim anacrusis est, in qua longam quidem et brevem syllabam promiscue Pindarus adhibet, duas autem numquam ponit syllabas. Ciz. ἀέκονθ' ἑκών.

41. Uterque codex ἄμεινον.

48. Male interpungitur, κἀκεῖνος ἀβουλίᾳ, ὕστατος ἀλώσιος ἀντήσας, θάνατον αἰπὺν οὐκ ἐξέφυγεν. Scribendum, κἀκεῖνος, ἀβουλίᾳ ὕστατος ἀλώσιος ἀντάσαις, (in Ms. Ciz. est ἀντίασας) θάνατον αἰπὺν οὐκ ἐξέφυγεν. Quum inopia consilii sero pugnæ se immiscuisset, periit. Ἀβουλίᾳ etiam Lips. sed Ciz. ἀβουλίαις.

56. Verborum, τὸ δὲ κύκλῳ πέδον ἔθηκε δόρτου λύσιν, hic sensus est: campum, qui circa est, destinavit ad persolvendas diis epulas sacrorum.

72. Lege ex Aldo et libro Cizensi, ποταίνιον ἔλαχε.

76. Non dubito, quin vere conjecerit Schmidius εὐθύδρομον. Similiter Nem. x. 1. in libris omnibus est ἀγλαοθώκων, quum Pindarus scripsisset ἀγλαοθρόνων, quod in scholiis invenit.

76. Uterque codex εὐθύτονον. Schmidii εὐθύδρομον elegans quidem est, sed longius recedit ab librorum scriptura, in qua si quærenda sunt veræ lectionis vestigia, vide an ita scripserit poeta:

σταδίου μὲν ἀρίστευσιν εὐθὺν πόνον,
ποσσὶ τρέχων, παῖς ὁ Λικυμνίου
Οἰωνός.

Mox v. 81, 82. vulgatus verborum ordo in nostro codice est.

77. Scribe ποσί.

82. In vulgari metrorum descriptione versus laborat, in quo Τίρυνθα primam brevem habere debeat, quæ, ut nos versus disposuimus, de more producitur. Sed in iis, quæ præcedunt, recipienda est ea verborum collocatio, quam e cod. Gotting. et Aldo notavit Beckius, φίρε πυγμᾶς τέλος. Eaque etiam in libro Cizensi est.

84. Codex, σῆμος ἠίδετο. ἄκοντι φράσσῳ ἔλασε σκοπόν. et v. 87. ἅπαντας, ubi Ciz. ἀπάντων. Mox v. 89. uterque παραίθυξε.

85. Repone ἄκοντι Φράσσῳ δ' ἔλασε.

94. Scribe καί νυν, ut νὺν corripiatur. Nec χάριν νίκας sollicitandum. Totus locus ita constituendus:

ἀρχαῖς δὲ πρoτέραις ἑπόμενοι
καί νυν, ἐπωνυμίαν χάριν
νίκας ἀγεσιδάμου
κελαδησόμεθα βροντὰν καὶ πυρπάλαμον βέλος
ὀρσικτύπου Διὸς,
ἐν ἅπαντι κράτει
αἴθωνα κεραυνὸν ἀραρότα.

Telum Jovis, inquit, fulmen cum omni victoria conjunctum canemus, præmium victoriæ Olympicæ Agesidami. Hymnum χάριν, præmium victoriæ, vocat; argumentum hymni Διὸς κεραυνὸν, id est, Jovem, ἐν ἅπαντι κράτει ἀραρότα, in omni victoria præsentem, ut qui præses sit ludorum Olympicorum et distributor victoriæ. Τὲ post Διὸς recte omissum in Ms. Ciz.

97. Codex Lips. γὲ omittit. Idem in præcedente versu βροντὰν, atque sic etiam Ciz. in quo βροτὰν est.

103. Scribendum νιόσατος, non metri caussa, cujus vulgata descriptio servari poterat si, Pindarus νιόσατ', quod etiam in MS. Lips. est, scripsisset, sed ipsius linguæ gratia. Genitivus enim hic, non dativus, requiritur. Ita Olymp. xii. 15. ἔμπαλιν τίρψιος, et Pyth. xii. 65. ἔμπαλιν γνώμας. Ac videtur etiam antiquus scholiastes ita legisse, ita scribens: ὥσπέρ τις γνήσιος παῖς ἐκ νομίμης γυναικὸς πατρὶ προθυμὸς ὁρᾶται εἰς τὸ ἀνάπαλιν τῆς νιότητος ἐλθόντι, τουτέστι γηράσαντος πάνυ τοῦ ἑαυτοῦ πατρός. Facilis etiam error, præcedente ἥκοντι. Mox cod. Lips. Θεμαίνιν.

115. Elegantissima et ad rem accommodatissima lectio est Aldi et libri Cizensis, τρέφοντι, quæ metri ignoratione male expulsa fuit. Lips. ἔχοντι.

118. Legendum sine dubitatione,

μέλιτι
εὐάνορα πόλιν καταβρέχων
παῖδ' ἐρατὸν δ' Ἀρχεστράτου
αἴνησα.

Prima syllaba verbi Ἀρχιστράτου facit, ut spondeus dactyli locum teneat. Δὲ post μέλιτι etiam a Ms. Ciz. abest. Cæterum vide diss. de dial. Pind. p. 9.

122. Dele γὲ, quod etiam MSS. Lips. et Ciz. omittunt. Reliqua sic constituenda:

ὥρᾳ τε κεκραμένον, ἅ ποτε
ἀναιδέα Γανυμήδει πότμον ἄλαλκε σὺν Κυπρογενεῖ.

Primæ duæ syllabæ verbi Γανυμήδει spondei loco anapæstum inducunt. Cod. Lips. ἃ ἐ' ἀναιδία Γανυμήδει Θάνατον.


OLYMP. XI.

STROPHÆ:

– ˘ – ˘ – ˘ ˘ – ˘ ˘ – –
– ˘ – ˘ – ˘ ˘ – ˘ ˘ –
– ˘ – ˘ – ˘ ˘ –
˘
– ˘ – ˘ – ˘ –
– – ˘ ˘ – ˘ ˘ – ˘
– ˘ – ˘ – ˘ –
– ˘ – – ˘ ˘ –
– ˘ ˘ – ˘ ˘ –

EPODUS:

– ˘ ˘ – ˘ ˘ – – ˘ ˘
– ˘ ˘ – ˘ ˘ – –




V. 4. Uterque codex *πράσσοι*. Mox etiam in Lips. interpunctio post *τέλλεται*, supra quod a prima manu scriptum, *ἀντὶ τοῦ τέλλονται*. Servato Pindarico schemate interpungendum puto, *ὑστέρων ἀρχαὶ λόγων τέλλεται, καὶ πιστὸν ὄρκιον μεγάλαις ἀρεταῖς*.

8. MS. Lips. *ἄγκειται*. Ciz. *ἔγκειται*.


16. Vide ad Viger. p. 937.

OLYMP. XII.

STROPHÆ:



EPODUS:



V. 1. Plane persuasum mihi habeo, Pindarum scripsisse *Ἰμέραν ἰὼ ῥυσθενεῖ ἀμφιπόλει*: quod et scholiastæ veteris auctoritate confirmatur, et a prosodiæ elegantia commendationem habet. Cod. Lips. *Ἰμέρᾳ ἰὼ ῥυσθενεῖ ἀμφὶ πόλει.*


7. Nequaquam assentior Schmidio *ταὶ* pro *τὰ* reponenti. Metro certe non erat quod timeret. Sensus autem optimus est, si modo, ut sæpissime apud Pindarum, *τὰ* pro *nunc* accipiatur. Ita *πόλλ' ἄνω, τὰ δ' αὖ κάτω* sibi respondent. Sæpe, inquit, sursum, nunc etiam deorsum feruntur. Uterque codex cum cæteris libris *τὰ δ' αὖ*. Versu seq. cod. Lips. *ψευδῆ*.

23. Cod. Lips. *εἴ κε μὴ*, sed a manu recenti, a qua integri folii jactura suppleta est, inde a carminis xii. v. 21. usque ad xiii. 33.


28. Codex *ὁμιλίων οἰκείαις παρ' ἀρούραις.*

OLYMP. XIII.

STROPHÆ:



EPODI:



V. 9. Recte Boeckhius *ταμίαι ἀνδρώσι* per crasin conjungi observat.

17. Cod. Lips. παῖδες ἀλίτα, et mox ὥπασαν ἄκραις. Hoc etiam Ciz. habet.

19. dele γὲ, quod etiam in Ciz. abest.

21. Recte Boeckhius ἐν ἀείλοις.

25. Cod. Lips. ταὶ Διωνύσου πόθεν ἐξέφανεν. Ciz. ἐξέφανε. Mox. v. 27. cod. Lips. τίς δέ. Γὰρ hic minus aptum videtur. Malim τίς δ' ἄρ'.

30. Scribe βασιλία (quod hic trisyllabum) δίδυμον ἐπέθηκ'. Ἐπέθηκ' optimi libri habent. Male Boeckhius epodorum v. 7. 8. in unum contraxit, contra justam proportionem membrorum.

42. In conjunctis οὐκ et οὔπω hæreri potuisse valde miror. Pauca de multis, quæ congeri possent, exempla dedit Erfurdtius in addendis ad Antig. Sophoclis v. 5. ed. min. Quare videndum, ne poeta οὐκ ἀξόλησεν scripserit. Nam Etymologus, qui p. 112, 50. ἀντιβόλησεν ex h. l. ut videtur, affert, lectionem a grammaticis refictam sequi potuit. Codex Lips. ἀντιβόλασε.

47. Scribi debet Νίμεά τ' οὖν, quod etiam in Mss. Cizensi et Lips. est, sive hic pluralis est, sive singularis correpto α Æolico, de quo vide supra ad x. 19. Versu seq. Lips. omittit δέ.

53. Recte Boeckhius delevit μὲν, quod servat etiam Lips.

59. Etiam cod Lips. τέρψις Σ' ἕψονθ' ἑρίτιμοί τ' ἀοιδαί. Probum videtur, quod Schmidio auctore reposuit Boeckhius Τερψίᾳ Σ' et Ἐριτίμῳ τ', sive ἕψονθ', sive ἕσπονθ' scribas.

63. Scribe πολέσι στερὶ, ut in Cizensi est.

76. Scribe Θεμίναν τὸν γάμον αὐτῷ, ναὶ σώτειραν Ἀργοῖ ex Aldo et Ms. Ciz.

85. Uterque cod. μέν. In Lips. linea productionis significandæ caussa supra scripta.

99. Non contempserim, quod quidam libri habent, ἀργᾶντα. Mutatum enim fuit a metricis, qui tribrachum non putarent ferendum. Etiam in Cizensi est ἀργάντα. Cod. Lips. ἀργόν. Videtur duplex olim in hoc loco lectio fuisse, altera vulgata, ἀργὸν πατρὶ, altera ἀργάεντα, omisso πατρὶ, quod Neptunus non satis recte pater Bellerophontis dicatur.

108. Scribe ὥς τέ οἱ.

111. Etiam Lips. et Cizensis χρυσὸν habent, quod metrorum imperitia in χρυσοῦν mutavit.

114. αὐερύῃ, correpta prima, ut tribrachus iambi vice fungatur. Sic Lips. seu Ciz. ἀναρύῃ.

115. Scribe Ἱππίᾳ, ut cod. Lips. habet.

116. Dele δὲ, Aldi et Cizensis libri auctoritate.

118. Dele γὲ, quod etiam in Cizensi abest.

121. Scribe γένυι, disyllabum. Cod. Lips. γένυ. Ciz. γένυϊ.

129. Scribe ἔστιφε.

130. Videtur, quod exquisitius est, διασωπάσομαι restituendum. Tum vero ex Aldo et Ms. Ciz. legendum puto:

— — διασω-
πάσομαί οἱ μόρον ἐγώ.

Altera lectio metricis debetur, tribrachum amovere studentibus. Cod. Lips. διασωπάσομαι αὐτῷ μόρον.

131. Quid hoc monstri est, quod Pegasus ἀρχίαις φάτναις excipi dicitur? Repone ἀρχαῖαι φάτναι ex Aldo et Gotting. et Cizensi ac Lipsiensi.

136. sq. Codex noster, *Μοίσαις γὰρ ἀγλαοθρόνοις ἔκων Ὀλιγαιθίδειόν τ' ἔβαν*, atque supra *ἔκων* scriptum est *ἀντὶ τοῦ οἴκων*, supra *τ'* autem *τοι*.

140. Quis sibi persuadeat *ἔξορκος* substantivum esse? aut quis ferat sequentia tam nude dicta, *ἐξηκοντάκι γὰρ ἀμφοτέρωθεν ἀδύγλωσσος βοὰ κάρυκος ἐσθλοῦ*? Veram lectionem monstrant Aldina et Mss. Gotting. et Ciz. *ἐξηκοντάκι δ' ἀμφοτέρωθεν* exhibentes. Scripserat poeta *δὴ*, quod quum casu excidisset, substituerunt imperiti homines *γάρ*. Similiter *δὲ* et *γὰρ* in libris permutata v. 6. et 27. Nos ita locum restituimus:

ναύρῳ δ' ἔπει θήσω φανέρ' ἀθρόα, ἀλαθής τέ μοι
ἔξορκος ἐπέσσεται ἑξη-
κοντάκι δὴ ἀμφοτέρωθεν ἀδύγλωσ-
σος βοὰ κάρυκος ἐσθλοῦ.

Verax, inquit, et adjurans mihi aderit sexagesies utrimque audita præconis vox. Ita *δὴ* etiam alibi adhibet. Pyth. ix. 160. *Αἰγίνα τε γὰρ φαμὶ Νίσου τ' ἐν λόφῳ τρὶς δὴ πόλιν τάνδ' εὐκλείξειν*. Nem. viii. 80. *ἕκατι ποδῶν εὐωνύμων δὶς δὴ δυοῖν*. Hic quidem *δὴ ἀμφοτέρωθεν* crasi juncta sunt. Quæ sequuntur, *τὰ δ' Ὀλυμπίᾳ αὐτῶν ἔοικεν ἤδη πάρεσθε λελέχθαι*, merito jejuna videntur Heynio, siquidem is scholiastæ interpretationem sequutus est. Ac sane Pindaro nihil indignius hac febriculosa oratione. Quare ne dubita ita totius loci sensum concipere: canam Isthmias et Nemeæas Oligæthidarum victorias: Olympicas quidem, quippe omnium illustrissimas, jam pridem celebratas oportebat: futuras vero, quum eas adepti fuerint, dicam.

151. Receptam ex Pal. A. et B. lectionem confirmat codex noster.

152. Scribendum puto,

ὅσα τ' Ἀρκὰς ἄνασσον μαρτυρή-
σει Λυκαίου βωμὸς ἄναξ.

Quæque, inquit, in Arcadia surgens testabitur ara, Lycæi regina. *Ἀνάσσων* est surgens. Similiter Nem. viii. 68. *χλωραῖς ἴρσαις ὡς ὅτε δένδρεον αἴσσει*, ad quem locum alia similia exempla commemorabimus. Nec mirum, quod aram Jovis appellat montis Lycæi reginam. In summo enim illa Lycæi cacumine constituta erat, ut nescias an nulla usquam venerabilior ac tam splendido nomine dignior Jovis ara esse potuerit. Cæterum v. de dial. Pind. p. 7.

155. Mutato accentu scribendum *Πίλλανά τι*.

163. Vide diss. de dial. Pind. p. 7. Scribe:

ἄνα, κού-
φοισιν ἐκνεῦσαι ποσὶν,
Ζεῦ τέλει', αἰδῶ διδοὺς
καὶ τύχαν τερπνῶν γλυκείαν.

Eodem modo supra in fragmentis Pindari p. 60, 61, 62. *ἀλλὰ* et *ἀνὰ*, et apud Pausaniam i. c. 4. *ἀλλὰ λαβόντες* et *ἀναλαβόντες* permutata invenimus. *Διδοὺς* exquisitior scriptura videtur, quod ex hoc participio *δὸς* repetendum ad *ἐκνεῦσαι*. Ejus explicationem esse conjicias, quod in quibusdam libris est, *αἰδῶ τε δίδοι*.

OLYMP. XIV.

Multi jam fuere, qui hoc quoque carmen antistrophicum esse animadverterent. Dawesio quidem nemo obtemperabit: feliciores sunt conjecturæ Mingarelli. Quod vero Vauvilliers in Comment. Acad. Paris. Inscript. t. xlvi. narrat, se tribus syllabis versui additis carmen sanasse, id quale sit, nec scio, nec scire cupio. Metrum carminis hoc est.

STROPHÆ:

– ´ ⏑ – ´ ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑
– ´ ⏑ – ´ ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑
– ´ ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ – ´ ⏑ ⏑ – ⏑
⏑ ⏑ ⏑ – ´ ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑
– ´ ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ –
– ´ ⏑ ⏑ – ⏑ – – ´ ⏑ –
– ´ ⏑ ⏑ – ⏑ –
– ´ ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ – – ´ ⏑ ⏑ –
– ´ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – ´ ⏑ ⏑ – –
– ´ ⏑ – ´ ⏑ ⏑ – – ´ ⏑ ⏑ – ⏑ –
– ´ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –
– ´ ⏑ – ⏑ – ⏑ – – ´ ⏑ ⏑ –
⏑ ⏑
— – ´ ⏑ – ´ ⏑ ⏑ – – ´ ⏑ –
– ´ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏓
– – ´ ⏑ ⏑ – – – ´ ⏑ ⏑ –
– ´ ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑
– ´ ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑

Adscripsi autem totum carmen, quia plurima mutanda fuerunt:

STROPHA:

Καφισίων ὑδάτων λαχοῖσαι,
αἵτε ναίετε καλλίπωλον ἕδραν,
ὦ λιπαρᾶς ἀοίδιμοι βασίλειαι
Χάριτες Ὀρχομενοῦ, πυλαιγό-
νων Μινυᾶν ἐπίσκοποι,
κλῦτ', ἐπεὶ εὔχομαι· σὺν γὰρ ὔμ-
μιν τά γε τερπνὰ καὶ
τὰ γλυκέα γίγνεται πάντα βροτοῖς,
εἰ σοφὸς, εἰ καλὸς, εἴ τις ἀγλαὸς ἀνήρ·
οὔτε θεοί ποτε σεμνᾶν Χαρίτων ἄτερ

κοιρανέοντι χοροὺς,
οὔτε δαῖτας· ἀλλὰ πάντων ταμίαι
ἔργων ἐνουρανίων χρυσότο-
ξον θέμεναι παρὰ
Πυθώϊον Ἀπόλλωνα θρόνους,
ἀέναον σέβοντι πατρὸς Ὀλυμπίοιο τίμαν·

ANTISTROPHA:

πόντι' Ἀγλαΐα, φιλησί-
μολπέ τ' Εὐφροσύνα, θεῶν κρατίστου
παῖδες, ἐπάκοοι τανῦν, Θαλία τε
ἐρασίμολπε, ἰδοῖσα τόνδε
κῶμον ἐπ' εὐμενεῖ τύχᾳ
κοῦφα βιβῶντα· Λυδῷ γὰρ Ἀ-
σώπιχον ἐν τρόπῳ,
ἔν τε μελέταις ἀείδων ἔμολον,
οὕνεκ' Ὀλυμπιόνικος ἁ Μινυεία
σεῦ ἕκατι. μελαντειχέα νῦν δόμον
Φερσεφόνας ἴθι, Ἀ-
χοΐ, πατρὶ κλυτὰν φέροισ' ἀγγελίαν,
Κλεόδαμον ὄφρα ἰδοῖσ' υἱὸν εἴ-
πῃς, ὅτι οἱ νέαν
κόλποισι παρ' εὐδόξοιο Πίσας
ἐστεφάνωσε κυδίμων ἀέθλων πτεροῖσι χαίταν.

V. 1. Vide Elem. doctr. metr. pag. 703. Ms. Ciz. Καφησίων. Cod. Lips. Καφισίων, quod hic trisyllabum est, nisi in antistrophico versu ω πόντι' Ἀγλαΐα scribatur. Idem codex recte totum vocabulum λαχοῖσαι primo versui tribuit, secundum ab ἴδραν incipiens.

10. Codd. nostri Χαρίτων. Etiam versus 19. in utroque finitur copula τί.

15. Forma Πυθωΐος a Stephano Byzantino notata est.

24. Ferendum hoc in lyrico, ut Λυδῷ pro Λυδίῳ dicat. Ac videtur etiam metricus scholiastes Λυδῷ habuisse, qui de hoc versu et sequentibus ita scribit: τὸ σ', χοριαμβικὸν ἐφθημιμερές. τὸ ζ', ἐξ ἀντισπαστικῆς καὶ ἰαμβικῆς κατακλείδος. τὸ ἡ ἐκ χοριαμβικοῦ εἰς ἀντισπαστικόν. Scilicet eum ita legisse necesse est:

κοῦφα βιβῶντα· Λυδῷ

γὰρ Ἀσώπιχον ἐν τρό-
πῳ μελέταις τ' ἀείδων μόλον,

vel etiam ἔμολον. Λυδῷ illud non memini postea mihi barbarum visum esse, ut Boeckhius narrat, quum Σκύθην οἶμον, et tot alia hujusmodi nemini non possint statim succurrere. Illud memini me dubitasse, an Pindarus, qui alibi, ubi κτητικῷ opus est, Λύδιος dicat, hic quoque, ut in libris est, Λυδίῳ scripsisset. Sed ob eam ipsam caussam tanto facilius gentile nomen hic corrumpi potuit. Ambo codd. nostri Λυδίῳ, et v. 24. ἔμολον, et v. 27. ἰλθὲ, et v. 29. ἄφρ' ἰδοῖσ'. Sed in Lips. versus 26. et reliqui a recente manu in folio serius inserto additi sunt, quum antiquum folium interiisset. In eodem cod. etiam v. 31. κόλποις scriptum.

PYTH. I.

STROPHÆ:

- ⏑ – ⏑ – – ⏑ – ⏑ –
- – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –
- – ⏑ – ⏑ – – ⏑ ⏑ –
- – ⏑ – ⏑ – – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – | — – —
- — – — | – ⏑ – ⏑ – – ⏑ ⏑
- – – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ –
- – ⏑ – ⏑ – – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –
- – ⏑ – ⏑ – ⏑ – – ⏑ ⏑
- – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – ⏑ – ⏑ –
- – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – –
- – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – ⏑ – ⏑ –

EPODI:

- – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – –
- – ⏑ – – ⏑ –
- – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ –
- – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ ⏑
- – ⏑ – – ⏑ – – ⏑ –
- ⏑ ⏑ ⏑ – – – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – – ⏑ ⏑
- ⏑ ⏑
- — ⏑ – – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – – ⏑ –
- – ⏑ – – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – –
- ⏑ ⏑ ⏑ – – – ⏑ – –
- – ⏑ – – ⏑ – –

$$-' \upsilon\upsilon - \upsilon\upsilon \asymp$$
$$\upsilon\upsilon -' \quad -' \upsilon\upsilon -$$
$$\acute{\upsilon}\ \upsilon\upsilon -' - -' \upsilon -' -$$

V. 1. Non possum satis mirari, quid sit, quod interpretes, quos equidem noverim, omnes explicationem scholiastæ sequuti sint, qua illi omnem quum simplicitatem exordii tum elegantiam sustulerunt. Quin id effecerunt, ut ne intelligi quidem omnino locus posset. Nam quis quæso intelligat versionem Gedikii, cum qua cæteræ ferme consentiunt: *goldene harfe Apollons, du der violenlockigen Musen mitgebietende lenkerin.* Atque Heynius quidem recte monuit, verba sic jungenda esse, χρυσία φόρμιγξ, Ἀπόλλωνος καὶ ἰοπλοκάμων σύνδικον Μοισᾶν κτίανον, dum vocabulum σύνδικον aliter ac vulgo intelligatur. Nam si lyram σύνδικον eam dicere voluit, quæ Musis et Apollini chorum in Olympo ducentibus socia esset atque arbitra, quo tandem pacto id perplexius potuit atque obscurius indicare? Nam si intelligi vellet, adjicere debebat, in qua re lyra illa, et quem ad finem σύνδικος esset. Nihil certe moratus est lectorem Olymp. ix. 148. σύνδικος δ' αὐτῷ Ἰολάου τύμβος εἰναλίᾳ τ' Ἐλευσὶς ἀγλαΐαισιν. Hic ἀγλαΐαισιν addidit, quo ne opus quidem erat, quum constaret, de qua re ageretur: in nostro autem loco, ubi mentem ejus vix conjectura et meditatione assequi licet, nihil prorsus adjecit. Quæ quum ita sint, quis dubitabit, quin suo jure lyricus usus sit, et vocabulum σύνδικον, secus ac vulgo fit, passiva significatione de eo adhibuerit, in quo quis commune cum aliis jus habet. Ita difficultas atque obscuritas omnis evanescit, et cum simplicitate pristinus nitor loco ac vera redit elegantia. Lyra, inquit, quam communiter Apollo et Musæ possident. Similiter Pyth. v. 138. ἔνδικος non de eo, qui, quod justum est, facit, sed de eo, quod jure alicui debetur, adhibuit.

6. Reponendum, ὁπόταν προοιμίων.

26. Tuetur ἀτύζονται Plutarchus de superst. p. 167. C. et Symp. Q. ix. 14. p. 746. B.

67. Scribendum videtur, ἐοικότα δ' ἐν καὶ τιλευτᾷ φερτέρου νόστου τυχεῖν.

72. Vide de dial. Pind. p. 7.

86. Vide ad Nem. vii. 103.

101. Vetus corruptio hunclo cum obtinet, ac vereor, ut μιταλάσσοντας, a μιταλάζω, quod Beckius recepit, aut auctoritate aliqua firmari queat, aut satis aptum rei vocabulum sit. Quare lenissima mutatione scribendum puto:

φαντὶ δὲ Λαμνόθεν ἕλκει
τειρόμενον μέτα λύσοντας ἐλθεῖν
ἥρωας ἀντιθέους Ποί-
αντος υἱὸν τοξόταν.

Ut miseria liberarent Philoctetam, venisse Græcos dicit. Pyth. iv. 518. λῦσε δὲ Ζηνὸς ἄφθιτος Τιτᾶνας. Et iii. 89. de Æsculapio: τοὺς μὲν λύσαις ἄλλον ἀλλοίων ἀχέων ἤξαγεν.

109. V. de dial. Pind. p. 10. et Elem. doctr. metr. p. 53.

113. Hic quoque recte Mingarellus, πίθεό μοι.

125. Δωριῆς quum propter Atticam formam, tum multo magis propterea dis-

plicet, quod ad illa, Παμφύλου καὶ Ἡρακλειδᾶν ἔκγονοι, referendum est, quæ et nimis remota sunt, neque isto additamento indigent. Scribendum puto τεθμοῖσιν ἐν Αἰγιμιοῦ Δωρίοις. Corruptio nata ex iotacismo, ut alia multa. Cæterum v. de dial. Pind. p. 12.

130. Hic locus non emendatione, sed unice interpretatione adjuvandus. Τοιαύταν αἶσαν ad præcedentia pertinet: fortunam dicit victoriarum præmiis conspicuam. Διακρίνειν autem est dijudicare, id est, rem ambiguam dirimere et certam facere. Hinc αἶσα διακρίνει λόγον ἀνθρώπων significat hoc: fortuna arbitra est sermonibus hominum, ac falsos damnat justos autem et veros comprobat. Cæterum vide de dial. Pind. p. 7. Sensus est: eadem semper fortuna civibus et regibus arbitra ac testis sit eorum, quæ jure de iis homines prædicant.

135. γέρων ferri non potest, quia, ut supra ostendimus, mediæ vocabulorum syllabæ breves in finibus versuum non possunt pro longis haberi. Scribendum:

σύν τοί τίν κεν ἀγητὴρ ἀνὴρ,
υἱῷ τ' ἐπιτελλόμενος, δᾶμον γεραί-
ρων τράποι σύμφωνον ἐφ' ἀσυχίαν.

Id est, te duce, Jupiter, et ipse rex, et jussu ejus etiam filius, populum clementia ad concordiam adducat. Nihil hic perversius fingi potuit, quam υἱῷ γ' ἐπιτελλόμενος.

147. Non dubium, quin legendum sit, ἀρέομαι, ab αἴρομαι. Αἴρεσθαι μισθὸν proprie est *tollere præmium*: illud, ut, qui sustulit, etiam sibi habeat, non est in hoc vocabulo, sed plerumque, nec necessario, adjungitur. Itaque ἀρέομαι μισθὸν Ἀθηναίων χάριν πὰρ Σαλαμῖνος nihil aliud significat, quam hoc, pugnam Salaminiam præmium Hieroni tollam. Hoc enim agit, ut celeberrimarum pugnarum, Salaminiæ et Platæensis, comparatione Dinomenis filiorum ad Himeram bene gestas res exornet. Itaque capiam, inquit, tamquam præmium Hieroni ferendum, Salaminiam Atheniensium victoriam, Spartanorumque apud Platæas pugnam celebrabo, et Himeræum decus, gratulans filiis Dinomenis. Nec τελίσαις participium mutari debet. Nam δὲ v. 152. tantum ad oppositionem locorum adhibuit. Facilius ad constructionem est, quod quibusdam in mentem venit, ἐρέων, sed neutiquam necessarium, orationemque reddit minus poeticam.

151. Recte Beckius Μήδειοι κάμον.

161. Temerarium sane foret, omnia vocabula, quæ et auctoritate carent, neque originem suam manifesto produnt, propter has solas caussas damnare. Sed nec nimis lenem esse oportet in servandis istiusmodi vocabulis, præsertim si ad detegendam corruptionem probabiles rationes non desunt. Atque equidem hic nullus dubito, quin Pindarus ἐλπίδας, quod quidam libri habent, scripserit, tum quod, si rariore vocabulo usus esset, id ab scholiasta non fuisset tam negligenter tractatum, tum vero quod ipsa scholiastæ interpretatio, διανοίας, hunc quoque ἐλπίδας invenisse νικύισσιν trisyllabum Odyss. xi. 568. Et Clarkius ad Iliad. xvi. 321. νέκυος apud indicat. Eadem enim explicatione utitur Pyth. ii. 89. ἐλπίδας νῦν τὰς φρένας φησὶ καὶ τὰς διανοίας. Et Isthm. ii. 64. τὰς δὲ ἐλπίδας ἀντὶ ἑνὸς τούτων, φροντίδος, διανοίας, διαθέσεως. Etiam Beckius nunc ἐλπίδας edidit. Reponendaque hæc vox in Æschyli Suppl. 101.

174. Scribe αἰεί.

178. Vide de dial. Pind. p. 7.

179. Recte liber Bodlei. *ὐτεραπέλοις κέρδεσσ'*.

184. Necessario scribendum *φθινεῖ*, ut prior syllaba corripiatur.

186. Si nihil vitii est in vocabulo *νόον*, interruptum putari numerum oportet in medio epitrito. Sed praestat, opinor, *νηλεονόαν* scribere.

PYTH. II.

STROPHÆ:

υ υ υ υ υ υ – ˊ υ – υ – ˊ υ υ υ υ –
ύ υ υ – ˊ υ υ – –
– ˊ ῡ – ˊ υ υ – υ – –
– ˊ υ υ – υ υ
– – ˊ υ υ – υ υ – υ υ – – ˊ υ –
υ υ – ˊ υ υ – υ υ – υ – ˊ υ υ – υ υ – υ ῡ
– – ˊ υ υ υ υ – υ – ˊ υ υ ⏑
– – ˊ υ υ υ υ – υ – ˊ υ υ – υ υ –
υ υ υ – ˊ υ υ – ˊ υ υ υ – ˊ υ ⏑
– – ˊ υ υ – υ –
– ˊ υ – υ – υ – ˊ υ υ – υ – –

EPODI:

ύ υ υ – ˊ υ υ – υ –
– ˊ υ – ˊ υ υ – υ –
– ˊ υ υ – υ – – ˊ υ – ˊ υ υ –
υ – ˊ – ˊ υ υ – υ –
ύ υ υ – ˊ υ υ –
υ – ˊ – ˊ υ υ – υ –
ύ υ υ – ˊ υ υ –
– ˊ υ – υ –
υ υ υ – ˊ υ υ – υ – – ˊ υ ⏑
ῡ – ˊ υ – – ˊ ῡ – ˊ υ υ – υ – – ˊ υ ⏑
υ – ˊ – ˊ υ υ – – ˊ υ –
– – ˊ υ – ˊ υ υ –
υ – ˊ – ˊ υ – ˊ υ υ – υ –
– ˊ υ – ˊ υ υ – υ – υ

V. 1. et seqq. Vide elem. doctr. metr. p. 515.

13. pro *τᾶς* necessario legendum *ἅς*, qui error etiam alibi occurrit, ut Olymp. i. 91. Nem. v. 23. vi. 103. Nam vulgarem versuum dispositionem falsam esse v. 27. 100. 115. 144. omni dubitatione eximunt, in quibus mediæ vocabulorum syllabæ breves summo et artis et aurium dispendio extenduntur. Cæterum *κίνας*, qui in Pindaro bene versatus sit, mutari nolet.

33. Recte Beckius recepit conjecturam Spigelli, *πολίμους*, quod etiam scholiastam habuisse necesse est, qui per *ἀμειπτικὴ* explicat. *Πολίταν πιθρέπτων κιλαδήσας* est Pyth. i. 113.

48. Vereor ne recte in Romana et aliis edd. absit *γὰ*, quod toties a metricis additum. Hic certe et per sententiam et per metrum abesse potest. Basis enim est. Ac trochæum adhibuit v. 92. 107. 136.

49. Recte Schmidius e libris *φρασίν*. Nec de prosodia verendum. Nam Dorienses non modo *η*, sed etiam *ε* in *α* convertebant, idque *α* necessario breve est. Vide Gregor. Cor. p. 138. ibique Kœnium.

57. Delendum *τί*. Nam quid hoc est, *τὸ μὲν, ὅτι τε — ὅτι τε*? Ubinam tandem sequitur, quod priori *τὸ μὲν* opponatur, *τὸ δέ*? Ne potest quidem, quia jam utramque rem, et parricidium, et libidinem, relatam audivimus. Nimirum hoc *τὲ* fulcrum esse voluerunt hiatus caussa, quæ mera est grammaticorum insania.

67. Præclara est Jacobsii emendatio *κοῖνον*, modo reliquisset *ἰκόντα*, et cum præcedentibus junxisset, quod nunc factum a Beckio.

70. Scribe *σὺρανιᾶν*. Neque *ἄν τε* mutandum, quod Pindaro æque atque Homero pro simplici *ἄν* usitatum.

77. *Ἀνεδίξατο* nec pro *ἀνεδείξατο* dictum videtur, neque in *ἀνεδείξατο* mutandum. Scribendum *τὰν πολύκοινον ἀνεδίξατ' ἀγγελίαν*. In se recepit, inquit, hunc nuncium.

78. Scribe, *ἄνευ οἱ χαρίτων τέκεν γόνον ὑπερφίαλον*. Ac vereor ut *ἄνευ χαρίτων* bene de Centauro intelligi possit: immo recte Plutarchus. Nam etsi non sine concubitu natus est, at mater nubes tamen in concubitu erat *ἄχαρις*.

91. Scribe *πτερόεντ' αἰετὸν κίχε*.

94. Scribendum puto *ἴκαμψιν* quod ante *βρ* pronunciabatur *ἴκαμψιμ*. Id enim amant Græcæ aures: unde *ἄμβροτος*, *ὑπνοδόμβροτος*, et alia multa.

97. Elegantius videtur, quod scholiastes habuit, *δάκος ἀδίνων κακαγοριᾶν*.

101. Non dubium puto, conjungenda esse *τὸ πλουτεῖν σοφίας*. Hujusmodi genitivos, qui notionem primariam continent, Pindarus sæpius in fine collocat. Ita statim Ol. i. *τὸ δὲ κλέος τηλόθεν δίδορκε τᾶν Ὀλυμπιάδων ἐν δρόμοις Πίλοπος*.

107. *Μὰν* et ad sententiam inutile est, et male sonat. Recte alii *μὲν*, cui respondet *καί*. Ita *μὲν* et *τὲ* opponuntur v. 56. 60. Nem viii. 51. 53. Pyth. iv. 443. 445.

112. Longe elegantius est *κενεά*. Ol. x. iii. *κενεὰ πνεύσειν*.

119. Scribe *ἀνδρίσσι*.

123. Scribe *ποτὶ ἅμαντα*.

131. Scribe: *γένοι' οἷος ἐσσὶ μαθών· καλὸς τοι πίθων πάρα παισὶν, αἰεὶ καλός*. Levius curata est ab novissimo editore docta Huschkii ne hoc loco disputatio. Sed non omnia expedivit Huschkius. Cui quum de sensu horum verborum accedam, tamen eum sensum nego in vulgata lectione, quam ille servavit, inesse. Hoc ergo dicit poeta. Sis, qualis es, tui recordatus: pulcer simius, semper pulcer, in ore est pueris. I. e. norunt laudes, quibus vulpes simium decepit.

140. Non mirum, si difficilior constructio fraudem fecit interpretibus. Nam *ὑποφάτις* dixit, quum eos deberet nominare, a quibus proficiscuntur calumniæ: et ad hos refert sequentia, *ὀργαῖς ἀτενὲς ἀλωπέκων ἴκελοι*.

142. Præclare Huschkius *κερδοῖ* pro *κέρδει*: quod tanto magis mirere non esse ab novissimo editore receptum, quo magis congruit cum *ἄγαν* v. 151. quod ille recte defendit.

163. Vide de dial. Pind. p. 13.

164. Scribe *αὖθ' ἑτέροις*. Non dicitur *αὖ δὲ*, sed *δ' αὖ*. Αὖτε autem pro *δὲ* ponitur, præcedente *μέν*. Odyss. xxii. 5.

οὗτος μὲν δὴ ἄεθλος ἀάατος ἐκτετέλεσται·
νῦν αὖτε σκοπὸν ἄλλον, ὃν οὔπω τις βάλεν ἀνὴρ,
εἴσομαι, αἴ κε τύχοιμι, πόρῃ δέ μοι εὖχος Ἀπόλλων.

Sententiam vero totius loci ita expediendam arbitror. Non est cum diis litigandum, qui nunc hos nunc illos adjuvant. (Hoc generatim dictum, neque spectat ad obtrectatores et eos, quibus invident.) At ne hac quidem re sese consolantur invidi, quorum ea mens est, quæ quum fortunas hominum expendit, si quam lancem depressam videat, dolorem inde sibi etiam ante creet, quam illi, quorum lancem gravatam vidit, optata consequantur. Quorum summa hæc est: invidi etiam futura aliorum felicitate excruciantur. Erratum maxime fuit in eo, quod κείνους et ἑτέρους non pro ἄλλους μὲν, ἄλλους δὲ acceperunt; dein, quod τινὸς non de ipsa lance, sed de eo intellexere, cujus lanx esset; denique, quod illa, περὶν ὅσα μητίονται (hæc enim potior lectio videtur) τυχεῖν, non ad invidos ipsos, sed ad eos, quibus obtrectatores invident, pertinere arbitrati sunt.

173. Dele γέ.

PYTH. III.

STROPHÆ:

- ⏑ – ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –
- ⏑ – ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – –
- ⏑ – ⏑ – ⏑ ⏑
- – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑
- ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – –
- ⏑ – ⏑ – – ⏑ – ⏑ – ⏑ ⏑
- ⏑ ⏑
- — ⏑ – ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑
- ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –
- ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑
- ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – ⏑ – –

EPODI:

- ⏑ – ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑
- ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑
- ⏑ – ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – ⏑
- ⏑
- ⏑ – ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – –
- ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – –
- ⏑ – ⏑ – ⏑
- ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – –
- ⏑ – ⏑ – ⏑
- ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – –
- ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – ⏑ – –
- ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – –
- ⏑ – ⏑ – ⏑ –

V. 11. Hic versus si trimeter est, ἀνωδυνιᾶν γυιαρκέων potius scribendum erat, quam γὲ inserendum, quæ una litterula vehementer minuit laudem Æsculapii.

17. Scribendum τόξοισιν ὕπ' Ἀρτέμιδος.

25. Scribe *αἴνησιν*.

28. Non dubito, quin vere Aldus exhibeat *οὐδὲ*, qui longe concinnior transitus est.

32. Non video caussam idoneam, cur *ὑποκουρίζεσθαι* disjungatur.

50. Recte hæc interpretatur Boeckhius, sed non facile vincet, ut *γνώμαν πιθὼν* falsum, verum autem *γνώμᾳ πιθὼν* habeatur.

63. Scribe *ἐδαμάσσατο*.

94. Vide de dial. Pind. p. 22.

114. seqq. *Κεκλημένον accitum* si intelligimus, et hoc ipsum languidem videtur, nec genitivi, *Λατοΐδα* et *πατέρος*, habent, unde pendeant. *Παῖδα* enim hic certe intelligi nequit. At si *κεκλημένον* ad genitivos istos retuleris, recte se habebunt omnia. De medicamentis quidem a Chirone mittendis non cogitandum: nam medicum quempiam ab eo requiri vel ex eo clarum est, quod Pindarus supra non nisi de Æsculapio loquitur: qui sicut olim Chironi in disciplinam traditus fuerat, ut morbos hominum sanaret, ita nunc optat, aliquis sit, quem idem ille Chiro ad Hieronem morbo affectum mitteret. Ac tanto viro non circumforaneum aliquem pharmacopolam mitti cupit, sed medicum insignem, et, qualis olim Æsculapius fuerat, ab Apolline aut ipso etiam Jove oriundum. Recte vero *κεκλημένος Λατοΐδα ἢ πατέρος*. Ita in Rheso v. 298.

τίς ὁ στρατηγὸς, καὶ τίνος κεκλημένος.

Adde Sophocl. Electr. 367.

133. Scribe *ἕλεν Κίρρα ποτέ*. Ac recte *ποτέ*. Nam non in has Pythicas victorias scriptum est hoc carmen, sed ad consolandum Hieronem, qui infirma valetudine laborabat. Id etiam Gedikius demonstravit.

136. Reponendum *περάσαις* a *περάω*. Idque nunc fecit Beckius.

185. Unica via, qua hæc explicari possint, hæc est, *χρὴ εὖ πάσχειν, τυγχάνοντα*, (nimirum *τὸ εὖ πάσχειν*) *πρὸς μακάρων*. Fortuna secunda uti decet, ubi quis eam ab diis nactus est. Id unum hic dicere potuit poeta.


190. Beckius edidit, *ὄλβος οὐκ ἐς μακρὸν ἀνδρῶν ἔρχεταί τῳ, πολὺς εὖτ' ἂν ἐπιῤῥίσας ἔπηται*. Quæ conjectura uti audacior nobis videtur, ita, quod ad numeros attinet, duplici vitio laborat. Nam encliticum *τῳ* non modo a præcedente vocabulo numeri interruptione male disjunctum, sed etiam in arsi, ubi ictu erigitur, haud apte collocatum est. Nihil mutandum puto, minime omnium autem, scribendum esse *οὗ* pro *ὅς*. Id enim ab hoc loco non minus alienum est, quam ab Homerico, unde præsidium huic conjecturæ petitur. Fatendum est quidem, aut *ὅς πολὺς*, aut *εὖτ' ἂν ἐπιῤῥίσας ἕπηται* omitti potuisse. Verum etiam nimbo conjuncta, si recte intelligantur, offensione carebunt. Percepit mentem scholiastes, cujus hæc verba sunt: *οὐκ ἐπὶ πολὺ παραμένει, ἐπειδὰν, μάλιστα ἐπακολουθήσας, πολὺς ἐπιῤῥαγήσῃ καὶ παραγένηται*: sed minus clare eloquutus est. Hoc dicit poeta: opes magnæ tum, quum maxime increscunt, proximæ sunt interitum.

192. Lego *φρασίν*. Vide supra ad Pyth. ii. 49.


199. Vide de dial. Pind. p. 6.

PYTH. IV.

STROPHÆ:



EPODI:



V. 7. Non erat, quod metri caussa scriberetur *ἐρνίχων*. Pyth. i. 10. *Διὸς αἰετός*.

14. Mirum sane, si scripsit *ἀργινόεντι*, quod in quatuor syllabas haud satis eleganter contrahendum foret. Id verbum adscriptum videtur ab aliquo, qui Homerum eo usum meminerat. Pindaricum erat *ἀργάεντι*.

35. *πολίων* sine epitheto friget; *ματρόπολιν* epitheto non indiget. Scribendum *μεγαλᾶν πολίων ματρόπολιν*.

37. Necessario hic *Διῒ εἰδομένᾳ* dativo casu legendum esse, participium *διδόντι* docet, quod inepte ad *ἀνέρι* referretur. Ita Homerus Iliad. ii. 186.

δίξατό οἱ σκῆπτρον πατρώϊον, ἄφθιτον αἰεί.

xvii. 207.

ὅ τοι οὔτι μάχης ἐκ νοστήσαντι
δέξεται Ἀνδρομάχη κλυτὰ τεύχεα Πηλείωνος.

Hesiodus Theog. 479.

τὸν μέν οἱ ἐδέξατο γαῖα φιλώρη
Κρήτῃ ἐν εὐρείῃ τραφέμεν ἀτιταλλέμεναί τε.

Æschylus Choeph. 757.

ἐγὼ διπλᾶς δὲ τάσδε χειρωναξίας
ἔχουσ' Ὀρέστην ἐξιδιξάμην πατρί.

63. Insolens dicendi genus, ἀπίθησέ νιν, quod quo pacto defendi possit, equidem non video. Quare nata mihi conjectura, quemadmodum Dorienses pro ἐμοὶ τοὶ, ἐμὶν, τὶν, et τεῖν dixere, ita eos simili comparatione pro οἵ et ἑοῖ etiam ἵν ei ἴν usurpasse. Quod etsi nullo cujuspiam grammatici testimonio firmare possum, non dubito tamen, quin rem acu, quod aiunt, tetigerim. Quippe non mirum, si formæ perraræ mentionem non reperimus factam, quum etiam illorum locorum, in quibus de ἐμὶν et τὶν ac τεῖν tradant grammatici, magna sit paucitas. Itaque Pindarum scripsisse arbitror, οὐδ' ἀπίθησέν ἵν. Opinionem nostram confirmat similis locus Nem. i. 99. in quo pariter ἵν reponendum esse infra ostendemus. — Hæc olim scripseram, non recordatus eorum, quæ ab Ruhnkenio in Epist. crit. pag. 115. allata erant. Nunc res satis nota est. Vide de dial. Pind. p. 14. et ad Orph. Arg. 781. et notata ad Greg. Cor. p. 84. seq.

97. Δὲ post χρόνῳ veterem habet auctoritatem scholiastæ, qui per δὴ explicat, ut non videatur rejiciendum esse. Nec facile quisquam caussam finxerit, qua illatum fuerit illud δέ. At, nisi vehementer fallor, aliud in hoc loco vitium latet, antiquius illud quidem scholiasta, sed quod facillime admitteretur, ἀγαγὲν pro ἀνάγει. Ita enim scripsisse Pindarum arbitror, ut, majore interpunctione post καταβάντα posita, reliqua sic cohærerent: χρόνῳ δ' ὑστέρῳ ναέσσι πολιῆς ἀνάγει Νείλοιο πρὸς πῶν τέμενος Κρονίδα, præsens pro futuro. Admonebit eum, inquit, Phœbus oraculo: ac postea ille colonias in Libyam deducet. Sic quum omnino major orationi vigor accedit, tum χρόνῳ ὑστέρῳ, quod in vulgari lectione languet, vim suam recuperat. Ἀνάγει autem ut Nem. xi. Αἰολίων στρατιὰν διῦρ' ἀνάγων. — Hæc olim scripseram. Nec, si hæc Medeæ verba sunt, aliam rationem video. Nam, quod Boeckhio videtur, aoristum ἄγαγεν futuri vice fungi, mihi quidem non persuadebunt exempla, quæ ille affert, unum Homeri Iliad. δ. 158. seqq. alterum Pindari Isthm. vi. (v.) 78. quæ si accuratius considerentur, plane aliena esse patebit. Nihilominus ferri poterit ἄγαγεν, modo hanc totam sententiam a Pindaro ipso per parenthesin additam statuamus. Et hac ex parte similis quodammodo erit ille in Isthmiis locus, in quo κέκλετο ex ipsius poetæ persona dictum est, etsi deinde sequitur, ὥς ἄρα εἶπόν.

100. Matthiæ in obss. crit. præter necessitatem conjecit, ἦ ῥὰ Μήδειά γ' ἑτέων στίχας. Sinceram puto vulgatam. Quod nuper editum est, αἵ ῥα Μηδείας ἑτέων στίχες, nego Græcum esse.

110. Exquisitius est, quod scholiastes habuit, Κυράνᾳ. Idque Beckius recepit.

113. Etsi eleganter Heynius et Wagnerus in symbolis ad Pindari Argonautica interpretanda Luneburgi a. 1794. editis μίγα scribendum conjecerunt, nolim tamen vulgatam lectionem mutari. Μετὰ enim non est cum παισὶ conjungendum, sed significat *postea*. Ac nunc quoque, inquit, multo post, floret Arcesilas. Similiter in Homerico hymno Mercurii v. 125.

ὡς ἔτι νῦν τάνυΘ', ἅσσα πολυχρόνια πεφύασι,
δηρὸν δὲ μετὰ ταῦτα καὶ ἄκριτον.

Ita enim legendum conjeci in schedis, quibus Ilgenius usus est, qui hanc emendationem repudiavit, quod τάνυται ei videbatur mediam longam habere, in quo falsus est. Nec vero ego illius conjecturam de hoc loco probare possum.

115. Vide de dial. Pind. p. 8.

128. Ἀκνάμπτοις prima brevi aures lædit. Ea syllaba si brevis est, ἄκαμπτος scribit Pindarus, ut Isthm. iv. 89. Itaque reponendum ἀκάμπτοις.

143. Legendum παρδαλία.

153. Recte se habet καὶ hyperbaton : vide ad Ol. v. 37.

175. πολιὰ γαστὴρ vereor ut candidam significare possit. Quin ne decorum quidem est, Jasonis matrem ita a Pelia describi, tamquam si ἀνασεσυρμένην contemplatus esset. Πολιὰ γαστὴρ est senilis uterus. Significat enim τηλύγετον videri Jasonem, et idcirco carum parentibus ac sedulo educatum.

201. Vide de dial. Pind. p. 11. Recte Pal. C. μίγα κωκυτῷ : quæ verba non ad κᾶδος Θηκάμεναι, sed ad πίμπον pertinent. Ita multo et res ipsa clarius oculis subjicitur, et oratio alacrior est.

210. Dubitari plane nequit, quin scribi debeat ἱκοίμαν. Ego, inquit, qui Æsonis filius, popularis vester, sum, haud sane ad peregrinas regiones accesserim. Vide quæ dixi ad Sophoclis Ajacem v. 904.

222. Scribe Ὑπερῆδα.

261. Scribe νᾶν.

276. Vide de dial. Pind. p. 15.

297. Recte, puto, scribitur ἄμμιν. Nam ubi potest, spondeum servat.

328. Vide de dial. Pind. p. 6.

355. Scribe πάμασιν.

381. Satis obscure loquutus est, si τιτρακνάμου est dativus. Neque hanc formam analogia firmat. Quamobrem retinendum censeo τετρᾴκναμον, ut ad iyngem referatur, aliis pedibusque in quatuor radiis rotæ expansam. Ita etiam δεσμὸς τετρᾴκναμος Pyth. ii. 73. vincula significat quatuor rotæ radiis inhærentia.

387. Retinendum Μηδείας. Euripides Androm. 523.

καὶ φόβον οἴκων ἀφιλίεσθαι,

et sæpius ita Homerus.

401. In γενύων pariter atque in πνέον facienda est synizesis. Vide Elem. doctr. metr. p. 53.

406. Vide de dial. Pind. p. 9.

423. Male Matthiæ obss. crit. ἐμοὲς ἄχει.

427. Pauwius ἔριστον. Vide tamen Etym. M. pag. 374, 38. et Zonaram p.

872. ubi ἰρίπτω pro ἰρίτω scribendum. Confer ad Isthm. iv. 94.

435. Scribendum λαζροτατᾶν. Isti Dorici genitivi omnes contracti sunt e terminatione ἀων. Gregorius in hac re pag. 145. ut sæpe, satis negligens est, nec minus ejus epitome p. 325. Tamen idem inde colligas.

445. Et illa, σὺν αὐτᾷ, integra sunt: id est enim ipsa juvante: Iliad. iii. 439.

νῦν μὲν γὰρ Μενέλαος ἐνίκησεν σὺν Ἀθήνῃ.

et τὰν Πελίαο φόνον: vide ad Viger. p. 932. et Boeckhium.

450. Male conjeceram ἐπίδειξαν κρίσις de dial. Pind. p. 6. Veram lectionem puto κρῖμ' esse.

452. Emendavi hunc locum in diss. de dial. Pind. pag. 6.

468. Vide ad Viger. p. 938.

474. Post λοίσθιον plena distinctio adhibenda. Nam quæ sequuntur, non pendere a præcedentibus ostendit indicativus ἀμφέπει. Et sic etiam magis poetica oratio est. Sed ἄλλοις ἐν τείχεσι non dixit, quo locum, in quo nunc est trabes, ei opponeret loco, quem reliquit. Primum enim id satis et clare et eleganter illis, ἓὸν ἐρημώσαισα χῶρον, expressum est, quibus imitatus est illud Homericum,

ἐπεὶδὴ τὰ πρῶτα τομὴν ἐν ὄρεσσι λέλοιπεν.

Deinde falsa etiam imagine usus est, si eam trabem nunc ἄλλοις ἐν τείχεσιν esse diceret: quasi ea antea ullo in muro fuisset. At vero hoc dicit: trabes columnis imposita, grave onus sustinet inter reliquos muros, id est, cum reliquis muris.


497. seq. retinenda lectio, ἐπέγνω δικαιᾶν Δαμοφίλου πραπίδων. Iliad. iv. 357. ὡς γνῶ χωομένοιο. xxiii. 450. 451. τοῖο δ' ἄνευθεν ἑόντος ἔγνω. Δικαιᾶν etiam ed. Romana habet. Non satis convenit huic loco, quod Heynius conjecit, δικαιᾶν Δαμόφιλον πραπίδων.

503. Major interpunctio, quæ quidem etiam scholiastæ auctoritate confirmatur, rectius, puto, atque elegantius tolleretur, quia id ipsum, quod juvenili robore ac senili sapientia præditus est Damophilus, caussam continet, quare obmutescant obtrectatores, atque ad ipso contemnantur.


PYTH. V.

STROPHÆ:

⏑ – ´ ⏑ – ´ ⏑ ⏑
⏑⏑
⏑ – ´ ⏑ — – ´ ⏑ – ⏑ – ´ ⏑ ⏑ –
⏑ – ´ ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ – ´ ⏑⏑ – ⏑ – ´ ⏑⏑⏑ –
⏑⏑ ⏑ ⏑⏑⏑ –
—
– ´ ⏑⏑⏑ – ⏑⏑ ⏑
⏑ – ´ – ´ ⏑ ⏑
– – ´ ⏑ – ´ ⏑⏑ – ⏑ ⏑̄
⏑ – ´ ⏑ – ´ ⏑⏑ – ⏑ ⏑̄
⏑ – ´ ⏑ – ⏑ – ´ – ´ ⏑ ⏑



EPODI:



V. 7. Τοίνυν, quod codd. quidam præbent, error est librariorum. Non apta hic ista particula.

8. Scribe ἀκρᾶν.

9. E nostra dispositione versuum intelligitur non opus fuisse, ut σὺν in ξὺν mutaretur.

13. Male extrusa hic vulgata lectio, recepto εὐδιανός. Oratio nexu destituta hic ferri non potest. Loquutione usus est satis trita, verbum cum nomine pro solo verbo, vel verbo cum adjectivo ponens: εὐδίαν ὅς καταιθύσσει ἱστίαν, pro ὅς εὐδιανὴν ποιεῖ τὴν ἱστίαν.

19. sqq. Locus hic obscurissimus est. Quo diligentiore pervestigatione opus est, ne aut in retinenda vetere lectione aut in introducenda nova aliqua erremus. Primum συγγενὴς ὀφθαλμὸς de oris majestate dictum volunt: quæ significatio qua auctoritate vel probabilitate certe confirmari possit, non video. Credo natam interpretationem ex eo, quod αἰδοιότατον γέρας de eadem re dictum putarent, sicut Ol. vi. 127. αἰδοία πωτιστάζει χάρις εὐκλέα μορφάν. At hic omnia clara sunt: in nostro loco omnia obscurissima, etiam propter additum τοῦτο, quam quidem difficultatem Heynius ita expediendam censuit, ut τοῦτο ab illis, αἰδοιότατον γέρας, separaret, et sic jungeret, μιγνύμενον τοῦτο φρενὶ τᾷ, *conjunctum illud cum prudentia*. At hoc genus dicendi in iis est, quæ in prosaico scriptore augent vim orationis, in poeta minuunt. Quod si αἰδοιότατον τοῦτο γέγας junxeris, quorsum referes? An ad ὀφθαλμόν? At quid hoc tandem: oris tui honestas hanc ipsam honestatem cum prudentia conjunctam habet. Itaque γέρας intelligendum esset de regia dignitate, de qua ante dixerat, ὅτι βασιλεὺς ἐσσὶ μεγαλᾶν πολίων, hoc sensu: oris tui honestas regia dignitate ornatur, quæ conjuncta cum prudentia est. Id recte, si quidem de significatione verbi ὀφθαλμὸς constaret. Sed illud etiam animadvertendum, δὲ post συγγενὴς nunc abesse non posse. Atqui hoc δὲ, quod etiam abest a Pal. C. nec nisi a conjectura profectum est, non potest non maxime sus-

pectum esse in tanta loci obscuritate, in qua quidquid aliquam lucem afferre videretur, avide arripuerunt interpretes. Nos igitur hoc δὲ remittamus ei, qui invenit, et videamus, an commoda interpretatione adhibita librorum lectionem conservare ac tueri possimus. Atque ὀφθαλμὸν notum est de eo dici, quod est in quaque re præstantissimum. Vide, ut alios multos præteream, Spanhem. ad Callim. hymn. Dianæ 211. qui quidem male huc traxit Persarum regis ὀφθαλμὸν apud Aristoph. Acharn. 90. 124. de quo exposuit Schützius ad Æschyli Persas 976. Observandum est autem, quum oculi appellatio ad alia transfertur, ut rem insignem atque excellentem significet, id duplici de caussa fieri. Nunc enim sola caritas indicatur, ut apud Catullum xxxi. 1. vide iii. 5. xiv. 1. quia sine oculis vita pene mortua est. Ita apud Sophoclem in Ajace 977.

ὦ φίλτατ' Αἴας, ὦ ξύναιμον ὄμμ' ἐμόν.

apud Euripidem in Phœnissis 809.

Ἀρτέμιδος χιονοτρόφον ὄμμα Κιθαιρών.

Nunc vero, quia sine oculorum lumine omnia obscura et cæca futura essent, lumen hoc vocabulo significatur. Ita Euripides Phœn. 341. loco ad translationem declarandam aptissimo :

ἡγοῦ πάρειθι, θύγατερ· ὡς τυφλῷ ποδὶ
ὀφθαλμὸς εἶ σὺ, ναυβάταισιν ἄστρον ὥς.

et Androm. 405.

εἷς παῖς ὅδ' ἦν μοι λοιπὸς, ὀφθαλμὸς βίου.

Sophocles Œd. R. 987.

καὶ μὴν μέγας γ' ὀφθαλμὸς εἰ πατρὸς τάφου.

Ita enim legendum. Pindarus Ol. ii. 17. Σικελίας τ' ἔσαν ὀφθαλμὸς, et vi. 26. πολέα στρατιᾶς ὀφθαλμὸν ἐμᾶς, et nostro in carmine v. 75. ὄμμα τε φαεινότατον ξένοισι. Quod si hæc ad nostrum locum accommodamus, συγγενὴς ὀφθαλμὸς erit congenitum lumen, virtutis a natura insitæ splendor. Γέρας vero primo eoque frequentissimo significatu intelligimus, ut præmium significet. Refertur autem ad ὄλβον. Eum dicit τεᾷ μιγνύμενον φρενὶ, ut Olymp. ii. 96. πλοῦτος ἀρεταῖς δεδαιδαλμένος, et Pyth. ii. πλουτεῖν σὺν τύχᾳ πότμου σοφίας. Jam nihil usquam, puto, difficultatis restat. Fortunatissimus es, inquit. Partim enim, quia magnis urbibus imperitas, innata tibi virtus hoc summum consequuta est præmium, opes scilicet, tua temperatum sapientia: partim etiam Pythica te nunc victoria beat. Γέρας τοῦτο sane paullo languidius dixit: sed ita etiam Olymp. i. 173. τοῦτο κῆδος, et Pyth. vi. 26. ταύτας τιμᾶς. Cæterum non dubito αἰδιότατον pro αἰδιέστατον legendum. Nam etsi versum posses dipodia iambica, et choriambo, quem iambus sequeretur, dimetiri, ita ut choriambi vicem etiam duo iambi sustinerent: obstat tamen, tum quod nusquam in choriambis hac libertate usus est Pindarus, tum quod hic versus, pariter ut sequens, e dochmiaco et anapæstico in iambum exeunte conflatus videbatur. Ac plures etiam in hoc carmine dochmii atque antispasti reperiuntur.

30, 31. Vereor ne frustra quæratur, ubi terrarum situs fuerit iste κᾶπος Ἀφροδίτας. Videtur enim nihil aliud, quam venustum amabile carmen significare. Ita Olymp. ix. 39. dicit ἐξαίρετον Χαρίτων νέμομαι κᾶπον. Ita Pyth. vi. 1. ἰλικώπιδος Ἀφροδίτας ἢ Χαρίτων ἄρουραν ἀναπολίζομεν. Alia similia loca attulit Jacobsius ad Anthologiam p. 1. Neque ἀμφὶ habet, in quo quis offendat. Sic Olymp. x. 92. ἀείδεται δὲ πᾶν τέμενος τὸν ἐγκώμιον ἀμφὶ τρόπον, i. e. ἐν τρόπῳ, ut Olymp. xiv. Λυδῷ γὰρ Ἀσώπιχον ἐν τρόπῳ ἀείδων ἔμολον. Igitur, memento, inquit, rei bene gestæ auctorem putare deum, dulcique carmine celebrare.

32. Omnino recte Gedikius, qui sublata interpunctione post ἀειδόμενον, ὑπερτίθεμεν cum λαθέτω junxit. Quod verum esse confirmatur eo, quod φιλεῖν v. 34. ab Aristarcho profectum est. Pindarus scripsit φίλει. Nam, ut Heynius observavit, nova hic prorsus sententia incipit. Fraudem fecit Aristarcho μὲν et δέ. Verum ex his particulis non sequitur, ut circuitus verborum continuari ulterius debeat.

44. Vehementer displicet verbum ποδαρκεῖν. Ποδαρκέων genitivus est. Illa enim τίμενος δώδεκα δρόμων ποδαρκέων ἀκηράτοις ἀνίαις, explicationis caussa addidit ad vocabulum γέρας. Simillimus locus est Olymp. xiii. 54. ubi pari audacia dicit, τρία ἔργα ποδαρκὴς ἁμέρα θῆκε κάλλιστ' ἀμφὶ κόμαις.

48. Non dubito, quin vere conjecerit Pauwius τεκτόνων δαίδαλ' ἄγων, ut creticus pæonis locum teneat. Idque recepit Beckius. Δαιδάλματα interpretatio est. Δαίδαλον enim Homerico usu pro substantivo adhibuit, ut Iliad. xix. 13. 19. Odyss. xix. 227.

50. ἄν pro ἐν etiam scholiastes videtur habuisse, per κατὰ explicans, receptum a Beckio. Retinendum puto ἐν. Interpungendum sic: ἀλλὰ κείμαται, ὁπόσα χερσιὰν τεκτόνων δαίδαλ' ἄγων Κρισαῖον λόφον ἄμειψεν ἐν κοιλοπίδων νάπος θεοῦ. Jungenda enim hæc: ἄγων ἐν νάπος.

51. Vera est vetus lectio, τό σφ' ἔχει κυπαρίσσινον μίλαθρον, id est *propterea*, ut sæpe Homerus.

55. Nihil in καθίσσαντο de metro laborandum. Neque opus ut aut κάθισσαν θεῷ, quod in diss. de dial. Pind. p. 6. conjeci, aut κάθισσαν, τὸν μονόδροπον φυτὸν scribatur, quod edidit Boeckhius, commate per typothetæ errorem, ut puto, post μονόδροπον posito. Versus est asynartetus ex antispasto et iambico ischiorrhogico, quo genere sæpe usi tragici.

64. Recte Boeckhius ex MSS. μναμῆι'.

67. Mala interpunctio est, quæ verba ἀταρβεῖ φρενὶ ad ἦλθες refert. Interpungendum: ἕλον δίφρον κομίζαις ἀταρβεῖ φρενὶ, ἦλθες ἤδη Λιβύας πιδίον.

77. Ita in Homerico hymno in Cererem v. 429. αὐτὰρ ἐγὼ δρεπόμην περὶ κάρματι, ubi alios locos attulit Ilgenius.

78. Attica forma γλῶτταν cedere debet communi γλῶσσαν.

92. Scribe,

μαντήϊον· τῷ Λακεδαίμονι,
ἐν Ἄργει τε καὶ ζαθέᾳ Πύλῳ.

97. Reponendum monstrante libro Palatino, τὸ δ' ἐμὸν γαρύοντ' ἀπὸ Σπάρτας ἑπτήρατον κλέος, me Sparta oriundum celebrant. Ita etiam Beckius.

103. Ἐς, quo metrum corrumpitur, etiam propter ipsam rem ejiciendum esse ostendit Heynius. Sed etiam sequentia corrupta sunt, in quibus σιζίζομεν non

potest conjungi cum Κυράνας πόλιν. Quid enim Thebani in Carneis Cyrenen potius quam Apollinem canant? Nam σεβίζομεν de Thebanis dictum esse dubitari nequit. Atque tum alia nascitur difficultas ex his, ἔνθεν ἀναδεξάμενοι τὰ Καρνῖα. An a Thera? Id quidem non constat, et fides habenda esset soli Pindaro. Quamquam veri similius est, Sparta illud sollemne Thebas allatum. Neque vero satisfacit DU THEIL, qui in *hist. Acad. Inscriptt.* t. xxxix. pap. 194. locum sic vertit: *c'est depuis ce tems, ô Phœbus, qu'ayant adopté tes fêtes Carnéennes, nous célébrons dans les festins la ville de Cyrène si glorieusement fondée.* Qui non animadvertit, ἔνθεν hic non posse de tempore intelligi, quum nihil nisi Theræ mentio præcesserit. Omnem obscuritatem commoda interpunctione dimovebimus:

ἀλλὰ μοῖρά τις ἄγεν
πολύθυτον ἔρανον,
ἔνθεν ἀναδεξάμενοι,
Ἄπολλον, τεὰ
Καρνήϊ' ἐν δαιτὶ σεβίζομεν,
Κυράνας ἀγακτιμέναν πόλιν.

In fatis erat, inquit, ut sacra illa, a quibus nostra Carnea ducta sunt, Cyrenen afferrentur. Id poetam et voluisse dicere et debuisse quum ipsa res et debita Cyrenensi Arcesilao laus ostendunt, tum alii loci in hoc carmine v. 82. sqq. et Pyth. iv. 6. sqq. μοῖραν, quam hic dicit, eo spectasse indicant, ut Cyrene conderetur. Id hic ita expressit: μοῖρα ἄγε πολύθυτον ἔρανον (εἰς) Κυράνας πόλιν. Ἔνθεν autem ad ἔρανον spectat: ab illo Spartanorum sollemni, inquit, nos quoque duximus Carnea, eaque epulis celebramus. Ἐν δαιτὶ enim more suo pro δαιτὶ dixit. Σὺν δαιτὶ conjeceram in diis. de dial. Pind. p. 7.

116. Scribe οἰχνέοντες. Ita etiam Beckius.

120. εὐθύτομεν habet, quo defendatur, Isthm. vi. 32.

134. Non dubito quin Pindarus scripserit, κώμων δ' ὑποχεύμασιν. Ὕμνων profectum a correctoribus, qui dochmium non animadverterant, aut non intellexerant. Scribe:

μεγαλᾶν δ' ἀρετᾶν
δρόσῳ μαλθακᾷ
ῥανθεῖσι κώμων ὑποχεύμασιν
ἀκούοντί τοι χθονίᾳ φρενὶ
σφὸν ὄλβον, υἱῷ τε κοινὰν χάριν
ἔνδικόν τ' Ἀρκεσίλᾳ.

Magnarum, inquit, virtutum tenero rore tincta per carminum libamina audiunt Orcina mente suam felicitatem et commune justumque filii decus Arcesilæ. Quam Boeckhius lectionem dedit, non una caussa est quare ferri nequeat.

142. Λυτήριον adjectivum est. Quare sublata interpunctione verba continuanda sunt: τὸ καλλίνικον λυτήριον δαπανᾶν μέλος χαρίεν.

150. Ἀγωνίας genitivus est: σθένος ἀγωνίας, robur certaminis, ut fulmen belli.

159. Veram lectionem, nisi magnopere fallor, monstrat Bodl. γ. καὶ τὸ λοιπὸν ἔπειτα, Κρονίδαι μάκαρες.

163. χρόνον non sollicitandum, quod scholiastes recte de vita intellexit, ut Olymp. i. 185. et Nem. vii. 99. ὁ δὲ λοιπὸς εὖφρων ποτὶ χρόνος ἔρποι. Δαμαλίζειν χρόνον igitur est *vitæ rationes perturbare.*

168. Etiam scholia videntur verissimam Heynii conjecturam ἔτι firmare, quam Beckius quoque recepit.

PYTH. VI.

```
υ -ˊ υ -ˊ υ υυ - υυ - υ - -
υ -ˊ υ -ˊ υ υ -
          υ υ
ύ υ υ -ˊ υ υ -υ — -ˊ υ ⏑
υ υ -ˊ -ˊ υ -υ -ˊ υ υ ⏑
-ˊ υ υ - υ - -
  υ -ˊ υ - υ υ -
ύ υ υ -ˊ υ υ - υ - -ˊ υ υ υ -
υ -ˊ υ - ῡ
- -ˊ υ - υ υ - ῡ
υ -ˊ -ˊ υ - | υ -ˊ ῡ -ˊ υ -
```

V. 4. Difficultates simul omnes evanescunt, si, quod unice verum est, reponitur, ἀμφαλὸν ἐριβρέμου χθονὸς ἀένναον προσοιχόμενοι.

13. Non opus erat, ut χεράδει scriberetur, quum ultima syllaba in finem versus incidat. Optima ex libris quibusdam lectio ἄξοισι a Boeckhio enotata est: qua recepta non erat opus ut ἄνεμοι reponeretur. Scribe:

οὔτ' ἄνεμος ἐς μυχοὺς
ἁλὸς ἄξοισι ϖαμφόρῳ χεράδι
τυπτόμενον.

Cæterum verissime judicavit Heynius, fragmentum Pindari, χεράδει σποδίων, ad alium locum pertinuisse. Beckius tamen edidit χεράδει γε σποδίων: in quibus verbis γὲ ferri non potest.

19. Nihil usquam difficultatis est, si ita interpungitur:

σύ τοι σχέθων νιν ἐπιδέξια χειρὸς, ὀρθὰν
ἄγεις ἐφημοσύναν,
τά ϖοτ' ἐν οὔρεσι, φαντὶ μεγαλοσθενεῖ
Φιλύρας υἱὸν ὀρφανιζομένῳ
Πηλεΐδα ϖαραινεῖν.

Ἐπιδείξια separatim dictum, χειρὸς autem cum σχέθων jungendum est. Deinde ἐφημοσύναν, τὰ, similiter ut Nem. vii. 80. βιοτὰν λαχόντες, ὁ μὲν τὰ, τὰ δ' ἄλλος. Adde Pyth. ii. 138. ubi οἷα refertur ad ἀπάταισι. Euripides Alcest. 101.

> χαίτα τ' οὐτις ἐπὶ προθύροις
> τομαῖος, ἃ δὴ νεκύων
> πίνθεσσι πιτνεῖ.

Patrem, inquit, dextra tenens, rectum sequeris præceptum, ea nimirum, quæ olim Chiro Achillem monuit. Ita intelligitur, quare postea ταύτας τιμᾶς poeta scripserit. Quod etsi non minus languet, quam τοῦτο κῆδος, Ol. i. 173. et γέρας τοῦτο, Pyth. v. 23. tamen et multo præstantius est, quam θείας τιμᾶς, quod Beckius edidit, et habet, quo excusari possit, si reputaveris, id, de quo hic loquitur, pietatem esse erga parentes; illud, quod de Jove adjecit, more additum esse. Hic enim est totius sententiæ nexus: quum patris tui studiosissimus es, id facis, quod Chiro Achilli præcepit, dummodo quis deos, in iisque Jovem primo loco habeat, hunc honorem parentibus habendum esse, eum scilicet, quem tu tuo patri habes. Itaque θεῶν genuinum est, nec βαρυόπαν in genitivum mutari velim, βαρυοπᾶν, qui etiam ad aures ingratior accidat, quum in eodem versu statim eadem terminatio, eaque itidem in ictu sequatur. In γονέων contractio facienda.

28. Recte Boeckhius ἔγεντο.

36. Scribe βόασε. Brevis syllaba hic recte locum habet, et ita etiam v. 18.

37. Languet αὐτεῦ. Itaque recte et eleganter Heynius αὐτοῦ μίνων jungit.

39. Scribe, ἐδόκησέν τι τῶν.

46. Scribe πάτρᾳ.

49. Locus interpretum additamentis fœde corruptus, sed in quo tamen veræ lectionis vestigia facile a spuriis discernas. Pindarus ita scripsit:

> τίν τ', ἐλέλιχθον, ὀργαῖς
> ἐς ἱππίαν ἔσοδον
> μάλα ἀδόντι νόῳ, Ποσειδᾶν, προσέχεται.

Tibi, inquit, Neptune, suopte ingenio ductus ad equestria studia lubenter se dedit. In iis, quæ sequuntur, poterat quidem infinitivus ὁμιλεῖν etiam omisso articulo tamquam substantivum adhiberi, cujus generis aliquot exempla in Æschyli Agamemnone sunt: sed languida tamen foret oratio. Itaque recte scholiastes γλυκεῖα ὁμιλεῖν junxit: suavis ad vitæ societatem indoles etiam mel superat.

PYTH. VII.

STROPHÆ:

\- - ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ – –
⏑ – ⏑ ⏑ – – ⏑ – ⏑ – ⏑
– ⏑ ⏑ – – ⏑ – ⏑ –
– – ⏑ ⏑ – ⏑
⏑ – ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – –
– – ⏑ ⏑ – ⏑ –

⏑ ⏑ ⏑ – ' ⏑ ⏓
⏑ ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑

EPODUS :

– ' ⏑ – ' ⏑ ⏑ – ' ⏑ – ' ⏑ ⏑ –
⏑ – ' – – ' ⏑ –
– – ' ⏑ ⏑ – ⏑ –
⏑ ⏑ ⏑ – ' ⏑ ⏑ – ' ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑
⏑
– ' ⏑ ⏑ – – – ' ⏑ – ' – – ' ⏑ ⏑ –
– – ' ⏑ – – ' ⏑ ⏑ –
⏑ – ' ⏑ ⏑ – ⏑

V. 1. Boeckhius recte *μεγαλοπτόλιες* et in secundæ strophæ initio *πτολίεσσι*.
6. *ναίοντα*, Homerico usu, pro *ναιόμενον* dixit. Iliad. ii. 626.

νήσων, αἳ ναίουσι πέρην ἁλὸς, Ἠλίδος ἄντα.

Quam patriam, inquit, quam domum clariorem habitari dicam? Ultimi duo stropharum versus dochmiaci sunt.

17. Non debebat Beckhius Pauwio obsequi in transponendis verbis. Vulgatam lectionem habuit metricus scholiastes, qui hunc versum dimetrum iambicum brachycatalectum vocat. Quippe *ὑπραγία* secundam longam habet. Cæterum recte vulgo, *νέᾳ δ' εὐπραγίᾳ χαίρω τι· τὸ δ' ἄχνυμαι.* Non semper *τι* minuit. Hic positum est propter *τὸ δέ*. Sensus est enim, partim gaudeo, partim doleo. Quod Boeckhius dedit, *χαίρω. τί τόδ' ἄχνυμαι*, tum dici potuisset, si poeta jam significasset, se dolere. Aliter si talem sententiam inferre voluisset, necessario conjunctivum adhibere debebat.

21. Recte scholiastes et Aldus *παρμονίμαν*. Scholiastes ad *φέρεσθαι* videtur *ὥστε* intellexisse, quod hic fieri non potest. Sententia facilis. *Φέρεσθαι* activa significatione: et *οὕτω* ad præcedentia spectat. Aiunt, inquit, ita felicitatem eam, quæ stabilis sit, etiam incommoda interdum affere.

PYTH. VIII.

STROPHÆ :

⏑ ⏑ ⏑ – ' ⏑ ⏑ – ⏑ ⏓
– ' ⏑ – ' ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ –
– – ' ⏑ – ' ⏑ ⏑ –
⏑ – ' ⏑ – – ' ⏑ ⏑ – ⏑ –
– ' ⏑ ⏑ – –
⏑ – ' ⏑ – ' ⏑ ⏑ – ⏑ ⏓
⏑ – ' ⏑ – ' ⏑ ⏑ – –
⏑ – ' ⏑ – ⏑ ⏓
⏑ – ' ⏑ – ⏑ – ⏑ –

EPODI:

$$
\begin{array}{ll}
 & \upsilon \text{ -}' \upsilon \text{ -}' \upsilon \upsilon \text{ - } \upsilon \text{ - -} \\
 & \quad \upsilon \text{ -}' \upsilon \overline{\smile} \\
 & \upsilon \text{ -}' \upsilon \text{ -}' \upsilon \upsilon \text{ - -} \\
 & \quad \bar{\upsilon} \text{ -}' \upsilon \upsilon \text{ - } \overline{\smile} \\
5 & \text{ -}' \bar{\upsilon} \text{ -}' \upsilon \upsilon \text{ - } \upsilon \text{ - -} \\
 & \quad \text{ -}' \upsilon \upsilon \text{ - } \overline{\smile} \\
 & \quad \text{ -}' \upsilon \upsilon \text{ -} \\
 & \quad \text{ -}' \upsilon \upsilon \text{ - } \upsilon \text{ - } \upsilon \text{ -} \\
 & \upsilon \text{ -}' \text{ -}' \upsilon \upsilon \text{ - } \upsilon \text{ -} \\
10 & \text{ -}' \upsilon \text{ -}' \upsilon \upsilon \text{ - } \upsilon \overline{\smile} \\
 & \quad \text{—}' \text{—} \mid \bar{\upsilon} \text{ -}' \bar{\upsilon} \text{ -}' \upsilon \upsilon \text{ - } \upsilon \text{ - } \upsilon \text{ - } \upsilon
\end{array}
$$

V. 4. Scribendum *κλαΐδας*.

15. Matthiæ Observ. crit. *τὰν οὐδὲ Πορφυρίων λάθεν*, male.

19. Male scriptum *βίᾳ*, ut *ἔσφαλεν* ad *Ἀσυχίαν* referatur, ad quam referri non potest, quia quum nimis remotum sit hoc nomen, eo etiam obscurior fit oratio, quod ab secunda ad tertiam personam transit. Scribendum *βίᾳ*, casu primo. Ad eam refertur *μίν*: i. e. vim mole sua ruentem expertus est Typhœus.

28. Recte monet Boeckhius, non posse hunc versum Sotadeum esse. Omninoque ne primus quidem pes Ionicus a majore est. Sed quam ipse viam ingreditur, metro ita constituto,

$$\text{ -}' \bar{\upsilon} \mid \text{ - } \bar{\upsilon} \text{ -}' \upsilon \upsilon \text{ - } \upsilon \text{ - } \upsilon \text{ - } \bar{\upsilon}$$

in ea palimbachius sequente trochæo solitario numeros præbet tam asperos et inconcinnos, ut vix quidquam fingi possit, quod a Pindaro alienius videatur. Præterea eaque dubitationem monet illud, quod ubique a spondeo initium fit, ita ut minime, quod ipsi placet, ab amphibracho versum incipere verisimile sit: qui quidem pes numeros nihilo elegantiores redderet. Quapropter ego sic existimo, primum pedem trochæum semantum esse, deinde vero amphibrachum sequi. Et hoc quidem loco ego quoque conjeceram *υἱὸν ποίᾳ Παρνασσίδι*. *Ποίᾳ* e more Pindari, ut Dorieum: vide Gregor. Cor. p. 99. ed. Kœn.

44. Recte Beckius *κνίσῃ*. Anceps enim prima syllaba est, quod antithetici ostendunt. Ibidem falsa versuum descriptio effecit, ut metrici verba transponerent. *Μοὶ ἴτω* ingratus est hiatus. Itaque restitue ex Aldo:

τὸ δ' ἐν ὠσί μοι τράχον
ἴτω τεὸν χρέος, ὦ παῖ.

48. Scribendum videtur *οἰχνέων*.

57. Recte *υἱοὺς Θήβαις*. Vide ad v. 28.

61. *Μάρνασθαι φυᾷ*, Nem. i. 38. est *pro suo ingenio suaque indole contendere*. Quod huc trahi non potest. Neque vero, si *μαρνάμενοι φυᾷ* ii sunt, qui virtute ab natura insita pugnant, satis apta nasci videtur sententia. Nam *ἐπιπρέπειν* quidem nihil aliud significat, quam *cerni*. Odyss. xxiv. 251.

οὐδέ τί τοι δούλιον ἐπιπρέπει εἰσοράασθαι
εἶδος καὶ μέγεθος.

Quod si dicis inter eos, qui ingenita virtute pugnent, cerni patrum audaciam in filiis, tantum abest, hi ut illos præcellant, ut ne discerni quidem ab iis possint. Quid enim interest inter utrosque, quandoquidem, quam illi a patribus suis virtutem acceperunt, eamdem aliquis tamen ex eorum majoribus naturæ munere consequutus sit, necesse est? Neque vero expedit, *μαρναμένων φυᾷ πατέρων* jungere, hoc sensu: patrum indoles, qui suopte ingenio incensi pugnabant, in filiis conspicitur. Nam et insolens est participium *μαρνάμενος* significatione præterita, nec sententia habet, quo magnopere commendetur. Quorsum istiusmodi distinctio, quum in filios animum a patribus nactos idem quod de his prædicatur, cadat, ut natura fortes sint? Nec denique sic interpungendum: *δὸ εἶπε· μαρναμένων, φυᾷ τὸ γενναῖον ἐπιτρίπτει ἐκ πατέρων παισὶ λῆμα*, id est, inter pugnantes: quod languidum foret. Itaque recte, arbitror, edd. veteres, *ὧδ' εἶπε· μαρναμένων· φυᾷ*, et quæ sequuntur. Amphiaraus, inquit, quum Epigoni adversus Thebas expeditionem facerent, ita vaticinatus est, quoniam a natura patrum virtus ipsis indita esset, victoriam fore Alcmæonis ducis eorum, et Adrastum, priore expeditione afflictum, meliori usurum fortuna, nisi quod domesticus e filii morte luctus immineret. *Μαρναμένων*, ut infra v. 121. *οὐδὲ μολόντων πὰρ ματέρ' ἀμφὶ γέλως γλυκὺς ὦρσεν χάριν*. Nec repugnat, quod mortuus pridem eo tempore erat Amphiaraus. Neque enim *ἰδὼν* v. 56. de vaticinatione viventis Amphiarai intelligendum: quod Pindarus si voluisset, v. 59. aut futurum aut conjunctivum adhibuisset, ut de re futura, non *ἦλυθον*, ut de præsenti. Immo de mortuo loquitur Amphiarao, oracula edente. Strabo lib. ix. pag. 612. *εἶτα Ψωφὶς, ἡ τῶν Ὠρωπίων· ἐνταῦθα δέ που καὶ τὸ Ἀμφιαράειόν ἐστι τετιμημένον ποτὲ μαντεῖον, ὅπου φυγόντα τὸν Ἀμφιάρεων, ὥς φησι Σοφοκλῆς,*

> *ἐδέξατο ῥαγεῖσα Θηβαία κόνις*
> *αὐτοῦς ὅπλοισι καὶ τετρωρίστῳ δίφρῳ.*

Vide Ciceronem de divinat. i. 40. Plane vero rem confirmat Pausanias i. 34. qui de eodem loco ita scribit: *ταύτῃ γὰρ ἀνιλθεῖν τὸν Ἀμφιάραον λέγουσιν ἤδη ζῶντα. Ἰοφῶν δὲ Κνώσιος τῶν ἐξηγητῶν χρησμοὺς ἐν ἑξαμέτρῳ παρείχετο, Ἀμφιάραον χρῆσαι φάμενος τοῖς ἐς Θήβας στελλομένοις Ἀργείων ταῦτα τελέσαι· τὸ ἐς τοὺς πολλοὺς ἐπαγωγὸν ἀκρατῶς εἶχε*. Id nimirum hoc ipsum videtur oraculum esse, quod Pindarus hic commemorat, nisi quod hic rem non Oropi in confiniis Atticæ, sed ad Thebas accidisse narrat. Atqui, ubi devoratus a terra erat Amphiaraus, ibi etiam ejus oraculum. Occidit ille autem secundum Pindarum ad Thebas: vide Olymp. vi. 20. et 25. Nem. ix. 52. seqq. x. 14. Atque ita etiam Æschylus Septem adv. Theb. 589. ubi sic ipse Amphiaraus:

> *ἔγωγε μὲν δὴ τήνδε πιαινῶ χθόνα,*
> *μάντις κεκευθὼς πολεμίας ὑπὸ χθονός.*
> *μαχώμεθ', οὐκ ἄτιμον ἐλπίζω μόρον.*

E quibus versibus nolim medium cum Schützio ejicere, neque propter tautologiam, quam equidem nullam esse puto, neque propter repetitionem vocabuli *χθών*. Quæ verborum iterationes in nullo scriptore facilius, quam in Æschylo ferendæ sunt, cui sunt familiares. Tum nescio an adjecto vocabulo *μάντις* id ipsum significet Amphiaraus, se etiam post mortem oraculo editurum. Certe sic longe aptius hoc vocabulum explicaveris, quam si illum mortis sibi impendentis non ignarum indicari statuas. Itaque recte scholiastes etiam tertium versum

de oraculis Amphiarai videtur intellexisse, ita scribens: ὁ Ἀμφιάραος, οἷα μάντις, εἰδὼς ὅτι κατακοπεὶς ὑπὸ τῆς γῆς ὕστερον μετὰ θάνατον ἔσται μαντείας ἐκφέρων τοῖς θέλουσι, καὶ τιμὰς ἕξει λαμπράς, φησὶ, μαχώμεθα. οὐ γὰρ ἄτιμον καὶ ἄδοξον καὶ ἀφανῆ ἐλπίζω μόρον, αἰνιττόμενος τὴν μετὰ θάνατον αὐτοῦ τιμήν.

64. Vide Elem. doctr. metr. p. 711. seq.

73. Vereor ne etiam μοῦνος pro μόνος metricorum superfluæ sedulitati debeatur. Mox necessario scribendum λαῷ.

94. Scribendum πενταέθλια.

95. Vide de dial. Pind. p. 14.

102. Metrum manere jubet librariorum lectionem Σίναρκες. Nec sensus repugnat. Nam etiam ad patrem pertinet victoriæ decus: filium autem eo innuit, quod ὑμετέραις dicit. Tum Ξενάρκειος υἱὸς recte dicitur, ut supra, non item Ξενάρκειος simpliciter.

104. Πόνῳ interpretibus debetur. Χρόνῳ legendum, quod spectat ad ἄφθιτον ἔπιν. Perpetuo, inquit, vos diis curæ esse opto. Nam quæ quis celerius emolumenta consequitur, stulti ipsius virtuti adnumerant. At illa in deorum potestate sita sunt, alios tollere, alios deprimere amantium. Jam commemoratione tot victoriarum Aristomenem non esse in iis ostendit, quibus temere fortuna faveat, non ipsa virtus præsidio sit.

115. Recte νίκαις τρισσαῖς.


125. Scribe δεδαίγμενοι, quadrisyllabum.

126. Interpungendum: ὁ δὲ καλόν τι νέον λαχὼν ἀβρότατος ἔπι, μεγάλας ἐξ ἐλπίδος, πίσταται ἀνορίαις.

142. Διὶ scribendum, omissis punctis diæreseos, monosyllabum enim est, ut Nem. i. 111. et alibi.


PYTH. IX.

STROPHÆ:



EPODI:





V. 17. Lege *κούφᾳ* e cod. Gotting. Ita etiam Beckius.

22. Reponendum e scholiis *γάμον μιχθέντα*. Quid enim *μιχθῆναι* de Apolline, de quo et superfluum, et falsum foret, quippe non præsens. Junxit, inquit, Venus connubium, de quo inter deum et Hypsei filiam convenerat. Pyth. iv. 395. *καταίνησάν τε κοινὸν γάμον γλυκὺν ἐν ἀλλάλοισι μίξαι*, ubi etiam *κοινὸν*, ut hic *ξυνὸν*, additum.

39. Κεραΐζειν non mutandum. Brevis syllaba hic recte locum habet, ac sæpius a Pindaro in hoc numero adhibetur. Atque ut ἐφίλαισε κεραΐζειν poeticum sit, continuari tamen verborum nexum usque illo, minime poeticum est.

46. Disposui versus ita, ut *παλαίοισαν* in finem versus incideret, non hujus quidem vocabuli caussa, in quo ultima recte propter ictum produceretur, sed propter hiatus insolitos, qui sic distinguendos versus ostenderunt. vide v. 61. 105. 193. tum etiam propter v. 178.

59. Verum arbitror, quod scholia servarunt, *ἀποσπαρθεῖσα*, tum quod hoc proprium et rei apprime convenientis vocabulum est, tum quod de alterius simili usu non constat, tum vero etiam propter *κίβδηλον σάν*.

63. Scribe *ἦ ῥα καὶ ἐκ λεχέων κεῖραι μελιηδέα ποίαν*; Ita etiam scholiastes habuit. E κεῖραι pronunciationis vitio κεῖρε, atque inde *κεῖρεν* natum.

66. Metro repugnat *χλιαρὸν*, si vera nostra est versuum descriptio. Recte alii *χλαρὸν*, quod Doricum est pro *χλωρὸν*, eoque spectat interpretatio. Hesychii. Alia exempla mutati a Doriensibus *ω* in *α* collegit Kœnius ad Gregor. p. 85. seq.

84. Vide de dial. Pind. p. 8.

86. Recte Schmidius *χὠπόθεν*, quod etiam scholiastes habuit. Bodleiani libri lectio metro repugnat, quum prima in *τότε* in fine versus produci nequeat.

88. Scribe, *εἰ δὲ χρὴ καὶ παρὰ σοφὸν ἀντιφερίζαι*. Καὶ, quod etiam scholiastes habuit, abesse non potest, et γὲ, a metrico profectum, qui v. 44. *ὕπνον* pyrrhichium esse nesciret, molestiam facit auribus et metrum evertit.

114. Facile conjicere possis, *ἀνδράσι χάρμα φίλοις ἄλπνιστον*, quo vocabulo utitur Isthm. v. 15. Sed nescio an sincerum sit *ἄγχιστον*, ut significet præsentissimum: idque voluit is, qui per *εὐκίνητον* explicavit. Cæterum totus locus ita interpungendus:

Θήσονταί τέ νιν ἀθάνατον
Ζῆνα καὶ ἀγνὸν Ἀπόλλων',

ἀνδράσι χάρμα φίλοις
ἄγχιστον, ὀπάονα μάλων,
Ἀργέα καὶ Νόμιον,
τοῖς δ' Ἀρισταῖον καλεῖν.

Quæ sic intelligenda sunt, Θήσονταί νιν ἀθάνατον Ζῆνα καὶ ἁγνὸν Ἀπόλλωνα ἀνδράσι φίλοις, ὥστε αὐτὸν, ὀπάονα μήλων ὄντα, χάρμα ἄγχιστον, Ἀγρέα καὶ Νόμιον καλεῖν, τοῖς δὲ, ὥστε αὐτὸν Ἀρισταῖον καλεῖν. Erit ille, inquit, immortalis Jupiter, sanctusque Apollo, ut hominum ab ipso amatorum alii eum, quippe qui præsentissimum ipsis præsidium ad ovium custodiam sit, Agreum et Nomium, alii Aristæum sint appellaturi.

154. Vereor ne aut ἀὲ, aut cum Schmidio ἀΐ legendum sit, quod eo lubentius arripiam, quo rarius est. Firmatur autem utrumque grammaticorum testimonio, allata ipsius Pindari auctoritate de altera forma ἀέ. Vide Kœnium ad Gregor. p. 160. Nam in Etymologico non dubium, quin pro Πεισάνδρῳ legi debeat Πανδάρῳ: idque jam pridem demonstravit Ruhnkenius. Vide Heynium in Excursa i. ad lib. ii. Æneid. p. 287. Scholiastes quidem hoc vocabulum in sua explicatione non expressit.

178. Recte vulgo πᾶσιν.

179. Recte Pauwius τὶς cum δόξα junxit. Neque in Pindaro insolens aut τὶς aut καὶ alieno loco poni. Vide ad Olymp. v. 37.

PYTH. X.

STROPHÆ:

-′ ⏑ -′ ⏑ ⏑ - ⏑
⏑ -′ ⏑ -′ ⏑ ⏑ -
⏑ -′ -′ ⏑ ⏑ -′ ⏑ ⏓
⏑ -′ ⏑ ⏑ - ⏑ ⏑ - -
-′ ⏑⏑ - ⏓
⏑ -′ -′ ⏑⏑ ⏑ -⏑ -′ ⏑⏑ -
-′ ⏑ -′ ⏑⏑ - -′ ⏑⏑ - ⏑ -
⏑ -′ -′ ⏑ - ⏑ -′ ⏑⏑ - ⏑ - ⏑
⏑ ⏑ - ⏑⏑ - ⏑ -
⏑ -′ ⏑ -′ ⏑ -

ΕΡΟDI:

⏑ -′ ⏑⏑ - -′ ⏑ -′ ⏑⏑ - ⏑ -
-′ ⏑ ⏑ - ⏓
⏑ -′ ⏑ -′ ⏑⏑ - -′ ⏑⏑ - -′ ⏑ ⏓
- -′ ⏑ -′ ⏑⏑ - -′ ⏑ ⏓
- -′ ⏑ -′ ⏑⏑ - ⏑ - ⏑
⏑ -′ ⏑ - ⏑ -′ ⏑⏑ - ⏑ - -′ ⏑ -

V. 5. Pleniora hæc et majoris spiritus sunt, si, ut vulgo, continuantur: τί κομπίω παρὰ καιρόν; Quid est, inquit, quod temere dicam? Nihil. Sed enim Pytho me poscit. Nisi forte insolentiore verborum collocatione, sed non minus recta, τὶ κομπίω παρὰ καιρὸν, scribendum. Quidquamne temere jacto? Beckii lectionem, τί κομπίω; κατὰ καιρόν; qui sit in Pindaro versatus, probaverit nemo.

21. Recte Beckius Ὀλυμπιονίκαν. Mox cum Aldo scribendum ὅπλοις· ἴθηκε.

42. Hiatus longæ vocalis in thesi, quem Schmidii εὔτῳ intulit, vitatur a Pindaro, ut supra diximus. Itaque scribendum οὕτως.

47. Oxonienses, ἂν εὕροις. Equidem Pindarum ita scripsisse putabam:

νανσὶ δ' οὔτε πεζὸς ἰὼν σις εὕροι
ἐς Ὑπερβορέων ἀγῶ-
να θαυμαστὰν ὁδὸν,

propter εὕρῃ, quod Heynius in cod. Gott. esse dicit. Sed eum codicem εὕρῃς habere ait Boeckhius. Itaque videndum, ne verius sit, ἰὼν κεν εὕροις. Suspicionem hanc confirmat lectio Ms. Gott. εὕρῃ. Ἂν ex interpretatione natum, quod recte abesse ostendimus ad Ol. iii. 81.

56. Scribe ὀρθίαν.

76. Scribe posset, θαυματὰ θεῶν τελεσάντων, i. e. θαυμαστά. Sic in scuto Herculis 165. et in hymno Hom. in Merc. 80. ubi vid. Ilgen. et 440. Sed recte retinebitur vulgata lectio, modo sic interpungatur: ἐμοὶ δὲ, θαυμάσαι θεῶν τελεσάντων, οὐδέν ποτε φαίνεται ἔμμεν ἄπιστον. Mihi, inquit, etiamsi dii faciunt, ut mirari necesse sit, nihil tamen videtur esse, quod effectum dare nequeant. Τελεῖν adjuncto infinitivo adhibuit etiam Olymp. xiii. 154. Pyth. i. 130.

91. Scribe ἐν καὶ παλαιτέροις. Ol. vii. 47. ἐν καὶ τελευτᾷ. Τὶ et καὶ etiam alibi in libris permutata, ut Ol. ix. 82.

94. γὶ manifesto a metricis additum. Fuit autem a Pindari manu ὑπέκνιξε. Xenoph. Mem. Socr. iii. 11. 3. ἡμεῖς δὲ ἤδη τε, ὧν ἐθεασάμεθα, ἐπιθυμοῦμεν ἅψεσθαι, καὶ ἅπτεσθαι ὑποκνιζόμενοι, καὶ ἀπιλθόντες ποθήσομεν. Scholiastes, ὑπεκίνησε, quo ille videtur ὑπέκνιξεν explicare, quum Pyth. xi. 36. ἔκνισε per ἐκίνησε interpretetur.

PYTH. XI.

STROPHÆ:

– ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ ⏑
– ⏑ – ⏑ ⏑ –
– ⏑ – ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑
⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ ⏑
⏑ ⏑
– ⏑ — ⏑ ⏑ – ⏑
– ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ ⏑
– ⏑ – ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ –
– ⏑ – ⏑ –

EPODI :

-' ∪ ∪ - ∪ - -
∪ ∪ ∪ -' ∪ ∪ - ∪
- -' ∪ ∪ - ∪ - -' ∪ - ∪ ⏑
∪ ∪ ∪ -' ∪ ∪ - ∪ - -' ∪ -
∪ -' ∪ - ∪ - -' ∪ ∪ ∪ -
∪ -' ∪ - ∪ - -' ∪ ∪ - -

V. 6. Hic versus basi et choriambo constat, cujus prima syllaba interdum solvitur. Quare scribendum *ματρὶ πὰρ Μιλίαν.*

11. *Μαντεῖον* per metri quidem legem recte se habet, quum prima antispasti anceps sit. Sed longa tamen auribus molestissima est. Vera lectio est *μαντίων.*

22. Tollenda post *βαλὼν* interpunctio. Recte enim scholiastes, *ἴμνασιν ἱστίαν νικῶν*, i. e. *τῶν νικῶν*, jungit : qua sola ratione locus intelligi potest. Scribendum autem *νικᾶν*. Deinde *τρίτον* quoque, quod etiam scholia habent, verum. *Τρίτος* enim interpreti debetur, qui eo significare volebat, non ipsum Thrasydæum ter victorem fuisse, sed tertium gentis suæ.

36. Scribe *ἔκνισεν.*

38. Non dubium, quin recte Heynius, *λέχτιι δαμαζομέναν.*

39. *ἴννυχοι* non debebat a Schmidio mutari.

46. Verba *ὁ δὲ χαμηλὰ πνέων ἄφαντον βρέμει*, non possunt intelligi de obtrectatione hominum ignobilium. Nam non modo talis sententia inutilis ac superflua foret, quoniam v. 44. jam dixerat *κακολόγοι δὲ πολῖται*, sed manifesto etiam verba illa opposita sunt præcedentibus, *ἴσχει τε γὰρ ὄλβος οὐ μείονα φθόνον.* Itaque hæc mens est poetæ, ex plebe homines si feroces sint et improbi, scelera eorum facilius latere atque ignorari, quam nobilium. *Βρέμειν*, ferocem esse, occurrit etiam in *εἰρεσιώνῃ* Homerica.

55. Dele *γέ*. Bonam lectionem ex codice MS. recepit Boeckhius, *ἀλλὰ χρεὼν σὺν Ἄρει.*

59. Vide de dial. Pind. p. 23. et ad Nem. vii. 103.

63. sqq. Mens poetæ non potest obscura esse. Laudandum dicit eum, a quo mercedem pro laudibus pactus sis. Neque eam rem turpem visam Pindaro, ex Isthm. ii. clare intelligitur, si quis Theronis laudes Ol. ii. et alia huc trahi nolit. vid. scholia ad Nem. v. 1. et ad Isthm. ii. Cæterum verba et interpunctio hujus loci emendatione indigent. Primum inter aliorum omnium conjecturas optima est, quam Mingarellus protulit,

εἰ
μισθῷ γε συνέθευ παρέχειν
φωνὰν ὑπάργυρον.

Deinde *χρὴ* v. 66. manifesto ab interpretibus illatum. Itaque merito omisit Beckius, qui quidem quam metri regulam sequutus sit, quum *ἄλλ' ἄλλοτε* scriberet, non video. Ego quidem sic scribendum puto :

Μοῖσα, τὸ δὲ τεὸν, εἰ μι-
σθῷ γε συνέθευ παρέχειν
φωνὰν ὑπάργυρον, ἄλλοτ' ἄλ-
λᾳ ταρασσέμεν
ἢ πατρὶ Πυθονίκῳ,
τό γέ νυν, ἢ Θρασυδαίῳ.

Ταράσσειν est *movere, excitare.* Euripides fragm. Antiopæ vi.

ἐγὼ μὲν οὖν ᾄδοιμι καὶ λέγοιμί τι
σοφὸν, ταράσσων μηδὲν ὧν πόλις νοσεῖ.

Est autem, ut solitum in hoc genere loquendi, activi infinitivus pro passivo positus. Sensus est: tuum est, Musa, (si quidem mercede pacta es) præbere vocem auratam alibi aliter excitandam vel patri victori Pythico nunc quidem, vel Thrasydæo.

67. Languent hæc sic nude dicta, πατρὶ Πυθιονίκῳ, quia quare pater celebrandus sit, nulla redditur ratio præter filii victoriam. Scribendum dativo casu Πυθονίκᾳ. Vide v. 22.

71. Repone ἴσχον. Ita etiam Beckius.

73. Legendum puto γυμνὸν, quum propter auctoritatis vetustatem, tum propter Isthm. i. 31. Neque enim opus, ut ὁπλιτόδρομοι opponantur.

78. Recte liber Bodl. ἂν πόλιν, sive potius ἄμ πόλιν scribere placeat. Non enim præter necessitatem solvendus choriambus.

83. Plura displicent in hoc loco. Vocabulum ἅτᾳ ad sensum, quidquid tentetur, valde incommodum est. Quam Boeckhius scholiasta duce sibi visus est in his verbis invenire sententiam, ea non video quomodo cum reliquis poetæ dictis conciliari possit. Præterea neque ἀμύνεντ' ἄτᾳ· εἰ legi potest, verbo male distracto, turpique admisso hiatu; neque ἀμύνονται ἄτᾳ· εἰ, conjunctis postremis vocibus per crasin, probandum videtur, si quidem ea crasis interpunctione interposita maxime invenusta est. Tum vero in his quoque est, quod quis hæreat, ἄκρον ἑλών. Ita enim hoc dictum est, ut de summis opibus potius, quam de mediocri sorte dici videatur. Hæc omnia facillima emendatione removeris, si reposueris:


ξυναῖσι δ' ἀμφ' ἀρεταῖς τέταμαι· φθονεροὶ δ' ἀμεύνονται·
τᾶν εἴ τις ἄκρον ἑλὼν,
ἀσυχᾶ τε νεμόμενος, αἰνὰν ὕβριν
ἀπέφυγεν, μέλανα δ' ἀν' ἐσχατιὰν
καλλίονα θάνατον σχέ-
θεν γλυκυτάτᾳ γενεᾷ
εὐώνυμον κτεάνων κρατί-
σταν χάριν πορών.

Communibus, inquit, virtutibus operam do, quo avertuntur invidi: quarum si quis fastigium adeptus, modesteque eo usus, gravem effugit insolentiam, is vero pulcriorem denique atram consequitur mortem, dulci generi laudis gratiam, præstantissimum bonorum, relinquens. Quum aliquot libri pro ἴσχειν habeant ἰν, Ven. B. autem ἴσχειν ἰν, facillimum videbatur σχίθειν scribere. Non pugnaverim tamen pro hac scriptura, quum in cæteris strophis longa syllaba eo loco sit, scholiastæ autem participium habuisse videantur.

95. τὸ μὲν παρ' ἅμας conjungenda sine interpunctione.

PYTH. XII.

STROPHÆ:



V. 3. seq. Verba ἄτ' ὄχθαις ἔπι μαλοβότου ναίεις Ἀκράγαντος ἐΰδματον κολώναν, ὦ ἄνα, de Proserpina videntur intelligenda esse.

6. Disputavere nuper de hoc loco Ilgenius ad Homericos hymnos p. 517. et Eichstædtius in specimine quæstionum philologicarum p. 21. seqq. e quibus assentior Eichstædtio, ἄνα pro ἄνασσα dictum putanti, et tres primos versus carminis de urbe Agrigento, reliquos de nympha intelligenti. Etenim ἅ τε nolim hic pro *quæ* accipi, sed pro *et quæ*. Quo omnis loci difficultas tollitur. Quamquam Pindarus interdum nomina urbium ita adhibet, ut simul et urbes, et eos, a quibus illæ nomina sua ducunt, intelligere videatur, ut Pyth. ix. 5. Theocriti locus, xviii. 28. in quo Eichstædtius pro πόντια νὺξ reponi voluit πόντι' ἄναξ, a multis frustra tentatus est. Mea sententia plane ibi ab emendatione abstinendum. Neque enim dubitandum puto, quin ante v. 27. exciderit versus: quem si forte olim integrior codex in lucem dederit, intelligetur, quantum operæ et olei perdiderint, qui sana sanare laborarunt.

21. Vetus hic, sed manifestum vitium est, quum Σέριφος mediam longam habeat, neque versus ita disponi possint, ut ea syllaba in principium aut finem incidat. Scribendum puto:

εἰναλίᾳ τε Σερίφῳ,
ταῖσί τε μοῖραν ἄγων,

i. e. Gorgonibus. Nec mirum videri debet, quod Gorgonas non ante sed post Seriphum commemorat, quum illis tamen ante pernicies afferenda esset, quam Seriphios Perseus posset in lapides transformare. At enim hæc ad consilium Persei spectant, qui quum Seriphiis perniciem meditaretur, postea profectus ad Gorgonas est, ut Medusæ inde caput auferret. Confirmant emendationem nostram, quæ sequuntur. Λαοῖσι in unam syllabam contrahi, quod Boeckhio placet, haud facile credam. De his qui sermonem esse putant, scribere poterunt τοῖσί τε.

24. Vide ad Orph. p. 722.

39. seq. Sensus horum versuum hic est: tibiam inventam quidem esse a Minerva, sed esse hominibus, non diis inventam. Abjecit enim Minerva tibiam, ubi eam non sine oris deformitate inflari sensit. Vid. Athen. xiv. p. 616. seq. Multis eam rem disputavit Böttigerus in Wielandii Museo Attico, vol. i. part. 2. In iis, quæ sequuntur, male εὐκλεᾶ refertur ad νόμον. Non enim εὐκλεᾶ νόμον, sed νόμον appellavit. Quare sic interpungendum, ὠνόμασεν πεφαλᾶν πολλᾶν νόμον, εὐκλεᾶ λαοσσόων μναστῆρ' ἀγώνων.

NEM. I.

STROPHÆ:

- ⏑ – ⏑ – – ⏑ ⏑ –
- – ⏑ – ⏑ – – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –
- – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –
- – – ⏑ – – – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –
- – ⏑ – – ⏑ ⏑ –
- – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – –
- – ⏑ – – ⏑ ⏑ –
- – ⏑ – – – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –
- – ⏑ – – ⏑ – ⏑ –
- – ⏑ – – ⏑ –

EPODI:

⏑ ⏑ ⏑ – – ⏑ – –

– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – | – ⏑ ⏑
– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – –
– ⏑ – – – ⏑ ⏑

5 -'υ-'- -'υυ-υυ-υυ--
-'υ-'- -'υ ≍
--'υ- -'υυ-
-'υ-'--'υ-

V. 11. Facillima est correctio Mingarelli, ἐκ Διῶν, quam ille e scholiis hausit. At magnopere vereor, ne præpositionem ipse scholiastes interpretationis caussa adjecerit, quum ἀρχαὶ Διῶν, licet exquisitius dictæ, intelligi tamen perbene possint. Ἀρχαὶ Διῶν sunt cœpta a diis, ut ἀρχαὶ ἀνθρώπων Pyth. x. 16. ἀρχὴ Ἀλεξάνδρου Iliad. iii. 100. Eæque hic ad ἔργματα, non ad μίλος spectant. Βέβληνται autem dixit similitudine a fundamentis ædium ducta, quo apud Græcos vocabulum ἀρχὴ refertur. Igitur, orsa deorum, inquit, tamquam fundamenta, jacta sunt, cum ipsius Chromii præclaris conjuncta virtutibus; id est, deos fortunæ suæ auctores habet, neque ipse sibi studio et contentione virium defuit.

16. Ἔγειρε metro repugnat, ubicumque collocetur. Neque illud scholiastes habuit, qui ita scribit: ἔκπεμπε τοίνυν, ὦ Μοῦσα, καὶ σπεῖρε λαμπρότητα τινὰ τῇ νήσῳ τῇ Σικελίᾳ. Qui si scripsisset, σπεῖρε καὶ ἔκπεμπε, non posset dubitari, quin σπεῖρε a Pindaro profectum esset. Tamen ut ne sic quidem aliud olim quam σπεῖρέ νυν ἀγλαΐαν τινὰ νάσῳ lectum arbitrer, tum id me movet, quod hoc σπεῖρε ejusmodi est, quod non ad aliud vocabulum illustrandum adhiberi, sed ipsum explicari a scholiasta debuisse videatur; tum quod scholiastes etiam alibi Pindaricum vocabulum addito καὶ post explicationem suam ponit, ut ad illa Nem. ix. 7. γλυκὺν ὕμνον πρόσσιτε, ubi sic scribit: διανύσατε καὶ πράσσετε τοὺς ἡδυτάτους διὰ λόγων ὕμνους. Itaque recte Beckius σπεῖρε recepit.

35. Recte se habent hæc sic: λέλογχε δὲ μεμφομένοις ἐσλοὺς, ὕδωρ κατνῷ φέρειν ἀντίον. Nactus est, inquit, Chromius hospitii liberalitate viros probos, quibus adversus invidos, ut aqua adversus ignem, uti possit.

39. Hæc ita interpungenda:

πράσσει γὰρ ἔργῳ μὲν σθένος,
βουλαῖσι δὲ φρὴν, ἐσσόμενον προϊδεῖν
συγγενὲς οἷς ἕπεται.

Robur facto, mens consilio sese prodit, si cui a natura datum, ut futura prævideat.

53. Scholiastes ὥ τε v. 57. habuit, idemque v. 53. ἐπεὶ ignorat. Inde Beckius edidit, τόνδ', ὕπως σπλάγχνων ὕπο ματέρος et v. 57. ὥς τ' οὐ λαθὼν, ut cæteri, quod non intelligo. Non ausim mutare ἐπεὶ, etsi id non videtur habuisse scholiastes, qui mox ὥς τε agnoscit. Si genuinum est ὥς τε, sane non video, quid melius sit, quam ἐπεὶ in ἄρα mutari. Sed quoniam hæc mutatio omni foret verisimilitudinis commendatione destituta, præstabit, opinor, aliam inire viam. Recte se haberet locus, si ὡς οὐ λαθὼν legeretur, ita ut hæc particula post plura verba repeti putetur. Verum ad aliam suspicionem ducit codex Augustanus, qui Boeckhio littera E notatur, si huic libro aliquid auctoritatis tribuendum est. In eo quum scriptum sit, ὥς του τ' ου, conjicias, deleto ὥς τ' scribendum esse οὕτως λαθὼν, quæ ad sensum optima foret et elegantissima lectio.

59. Recte Boeckhius, ἀλλὰ Διῶν βασιλία.

71. Δέος ex adnotatione ortum. Legendum βέλος, quod etiam scholiastes habuit, per κακὸν explicans.

74. Matthiæ in obss. crit. καί γ' ἄρ' αὐτὰ πόσσιν (maritum) ἄπτεσθαι ἐρύσασ' ἀπὸ στρωμνᾶς, ἑῶσ' ἀμύνειν (pro ἀμύνειν) ὕβριν κνωδάλων. Non opus. Sed scribendum ὅμως. Etenim ipsa Alcmena, inquit, territa est: tamen illa opem pueris tulit.

78. Bene est, si in aliquo libro Oxonienses mutatum hic verborum ordinem invenerunt. Admodum enim invitus hiatum Pindarus in diphthongis admittit. Quare hic eum scripsisse arbitror:

ταχὺ δὲ Καδμείων ἀγοὶ χαλ-
κέοις ἀθρόοι σὺν ὅπλοις ἔδραμον.

97. seqq. Locus hic plane barbarus est, nisi emendatione adjuvetur. Qui de illis, quos Hercules interfecit, agi hic censent, iis triplex corrigendi via patet, ut aut τινὶ στείχοντι, aut τῷ cum Pauwio et Mingarello, i. e. ᾧ, scribant, aut denique, quod Beckius fecit, τῷ ἐχθροτάτῳ μόρῳ legant. Equidem omnino τῷ ut a Pindaro profectum putem adduci non possum, quum propterea, quod ejusmodi diphthongorum correptiones in ultima dactyli syllaba, quæ clarius, quam media, exauditur, nonnihil offensionis habent, præsertim in verbo monosyllabo; tum propter illud vitium, quod his correctionibus omnibus commune est. Verissime enim Heynius observavit, ἐχθρότατον μόρον languere. Nam cur tandem acerbius sit, ab Hercule, quam a quovis alio, interfici? aut quale illud tam dirum supplicii genus fuit, quo Hercules magis, quam alii viri fortes, metuendus esset? aut qui denique sunt isti, in quos crudelius, quam in tot alios, sævierit? At enim Antæus et Busiris, quos scholiastes intelligit, non fuere profecto inter eos, qui præ aliis miserabili exitu uterentur. Neque vero Gigantes, si quis forte hos intelligendos putet. Quæ quum ita sint, ego, majore interpunctione post ἀΐδρειδίκας constituta, locum levissima, immo pene nulla mutatione facta ita restituendum arbitror:

καί τινα σὺν πλαγίῳ
ἀνδρῶν κόρῳ στείχοντα τὸν ἐχθρότατον
φᾶσέν ἰν δώσειν μόρον.


*Ιν, pro οἵ, de qua forma dixi ad Pyth. iv. 63. In scholiis certe occurrunt hæc, quæ emendationem nostram confirment: εἰπεῖν (scribe εἶπεν) αὐτῷ καὶ τοῦτο ὁ μαντευόμενος Τειρεσίας. Loquitur autem Pindarus non de iis, quos Hercules occiderit, verum de Nesso, qui ipsi Herculi fraudulenta malitia crudelissimum mortis genus paraverit. Ita nihil usquam in toto loco barbarum, contortum, languidum; omnia clara, perspicua, nervosa. Cæterum δώσειν μόρον, ut Iliad. ix. 571. παιδὶ δόμεν θάνατον. Nec denique καὶ γὰρ, quod sequitur, in offensu est. Hoc enim non ad proxime præcedentia, sed ad summam vaticinii spectat. Exposuisse Tiresiam narrat fata Herculis, quæ ille interfecturus monstra esset, et a quo ipsi mors immineret. Jam rerum ab Herculu gestarum aliquod exemplum allaturus, etenim, inquit, Gigantes ille superabit; nec mortis mentionem factam oblitus, inter deos eum receptum iri prædicit.

106. Σχιερῷ exquisitius est, quam ut non ab ipso Pindaro profectum sit. Nec σχεῖν hic requirebatur, sed ἔξειν. Quare scribendum puto:

ἔνεπεν, αὐτὸν μὰν ἐν εἰρά-
νᾳ τὸν ἅπαντα χρόνον ἐν σχερῷ
ἀσυχίαν καμάτων μεγάλων ϖοι-
νὰν λαχόντ' ἐξαίρετον
ὀλβίοις ἐν δώμασι, δεξάμενον Θαλερὰν Ἥ-
βαν ἄκοιτιν, καὶ γάμον
δαίσαντα, ϖὰρ Διὶ Κρονίδᾳ
σεμνὸν αἰνήσειν δόμον.

Transpositione nihil opus, si quidem luculentum hic asynarteti exemplum habemus.

NEM. II.




V. 11. scribe δέδωκεν.

22. Matthiæ præter necessitatem ἐγεύσατ' pro ἄκουσεν, in obss. crit.


38. Lego: τὸν ω πολῖται, κωμάξατε Τιμοδήμῳ, σὺν εὐκλεῖ νόστῳ. Nam quo magis consuetum est iota subscriptum in libris veteribus omitti, eo major Aldi est et scholiastæ auctoritas. Κωμάζειν τινὶ etiam alibi dicit, ut Pyth. ix. 157. Isthm. vii. 27.

NEM. III.

STROPHÆ:



EPODI:



V. 11. Scribe ἀθλονικία, quod etiam scholiastes habuit. Prosaicum foret πρᾶγος intelligere.

16. Vide de. dial. Pind. p. 12.

17. Θύγατερ, vel puella, ut apud Sophoclem Œd. R. 1102. ubi v. Brunck. vel filia, Jovis nempe. Cæterum non intelligo, quid sibi velint hæc verba Valckenarii ad Euripidis Hippolytum 1162. *in Nem. iii.* 17. κρίοντι *a Scaligero in libri margine egregie mutatur in* Κριοντί.

18. Male Matthiæ in obss. crit. ἐγὼ δὲ κώμων τέ μιν ὀάροις.

20. Recte et hic ἕξει se habet, et v. 25. τιάν. Ἕξει scilicet Jupiter, quem a Choro celebrari vult. Ei hunc hymnum ferre se dicit, dulcem acceptumque laborem, decus atque ornamentum Æginæ. Neque enim χώρας ἄγαλμα Ægina esse potest, sed ita hymnum vocat. Rem declarat v. 116. ubi hymnus dicitur ὑπὲρ νίων ἐπιχώριον χάρμα πελαδέων. Τειὰν κατ' αἶσαν autem ad Musam referri debere, quod etiam scholiastæ in mentem venit, docet v. 145. Male Matthiæ in obss. crit. Θείαν legi vult e corrupto loco Apollonii Rhodii i. 8.

30. Recte Beckius recepit lectionem libri Bodleiani, ἔν γε βαθυτίδῃ Νεμέᾳ. Nam ad composita πῖδον, non πεδίον, adhibetur. Γῆ, quod hic aptissime positum est, metri caussa omissum fuit, alibi propter eamdem rationem temere intrudi solitum.

35. Vulgaris error πρόσω. Scribe πρωτίρω. Scholia περαιτέρω explicant.

38. Scribe ἴθηκε.

43. Oratio abrupta et membrorum vinculis destituta narrationem, nisi in magna commotione animi, non decet. Distingue sic: διά τ' αὖτ' ἐρεύνασε τεναγέων ῥοὰς, ὅπα πόμπιμον κατέβαινε νόστου τέλος, καὶ γᾶν φράδισσε. Et vero, inquit, pervestigavit mare, ubi ad eam, quæ quidem, posset accedi, itineris metam pervenisset, et terras terminavit. Vide de dial. Pind. p. 21.

57. Matthiæ in obss. crit. καμὼν, male.

58. Καὶ, *etiam*, quia majore cum vi pronunciandum, hic in arsi producitur. Cæterum scribe εἶλε.

60. Matthiæ in obss. crit. legit ἀγκόνησι.

64. Metrum, sicut a nobis constitutum est, veram esse ostendit lectionem Aldinam, χαλκότοξον.

77. Legendum:

παῖς ἐὼν ἄθυρε μεγάλα ἔργα, χερσὶ θαμινὰ
βραχυσίδαρον ἄκοντα πάλλων, ἴσα τ' ἀνέμοις
μάχᾳ λεόντεσσιν ἀ-
γροτέροις ἔπρασσεν φόσον.

Beckius, alia distinctione usus, ἰσά τ' ἀνέμοις edidit. Eodem modo ἀτέκμαρτον Olymp. vii. 83. a Schmidio recte in ἀτέκμαρτα mutatum, ac nos in Æschyli Choeph. 957. ἄξια pro ἄξιον reposuimus. Scholiastes ad hunc versum non legit ἴσος ἀνέμοις, sed rem, non verba, explicans, hoc adhibuit.

82. Quid sint ferarum σώματα ἀσθμαίνοντα, non intelligo. Neque enim Achilles persequendo, ut nunc regia principum crudelitas, feras enecabat, sed jaculo. Itaque recte Schmidius, σώματι ἀσθμαίνοντι, quod etiam scholiastes habuit.

94. Legendum videtur, καὶ ἔπειτιν Ἀσκληπιόν. Vide de dial. Pind p. 21.

95. Scribe δίδαξε.

102. Prima in ῥιπαῖσι recte producitur.

106. Interpunge: καὶ ἐγχισφόροις ἐπιμίξαις Αἰθιόπεσσι χεῖρας, ἐν φρασὶ πάξαι θ', ὅπως, et quæ sequuntur. Ut eam, inquit, animo infigeret sententiam, ne Memnon rediret. Nam ut taceam, ἐπιμίξαις nudum poni non posse, recte quidem Nem. vii. 83. dicitur ἔπαξε διὰ φρενῶν ξίφος, sed de manibus idem immane et fœdum foret.

114. Omnino melius edd. vett. Ζεῦ ad sequentia referunt, atque ita etiam Beckius.

126. Δὲ etsi metro nihil nocet, delendum tamen videtur, tum quod in antitheticis omnibus brevis syllaba est, tum quod orationem languidiorem reddit.

128. Scribe:

τρίτον
ἐν παλαιτέροισι μέρος· ἕκαστον οἷον ἔχομεν
βρότεον ἔθνος· ἐλᾷ δὲ καὶ τέσσαρας ἀρετὰς
ὁ θνατὸς αἰών, φρονεῖν
δ' ἐνέπει τὸ ωαρκείμενον.

Suum, inquit, cuique ætati munus est: quorum singula seorsim, aliud alio tempore, possident homines: verum quartam etiam virtutem vita mortalium affert, ut quis sapiat in loco. Hoc enim vult, præter eas virtutes, quæ cujusque ætatis propriæ sint, aliam esse, non adstrictam uni tantum ætati. Recte igitur ὁ θνατὸς αἰών, quod etiam scholiastes habuit, et nunc Beckius recepit.

135. Si ἔερσα idem est, quod μεμιγμένον μέλι γάλακτι, non solum oratio frigidissima est, sed res quoque ipsa sibi repugnat. Nam idem etiam est πῶμα. Quare κιρναμέναν ἔερσαν de admixta spuma, quæ potionem ambit, intelligo. Ac spuma bene mixtum esse potum indicat. Debet autem sic interpungi:

ἐγὼ τόδε τοι
ωέμπω μεμιγμένον μέλι λευκῷ
σὺν γάλακτι, (κιρναμένον δ' ἔερσ' ἀμφέπει)
ωόμ' ἀοίδιμον Αἰολῇσιν ἐν ωνοαῖσιν αὐλῶν.

NEM. IV.

$$
\begin{array}{l}
\bar{\upsilon}\ \text{-}'\ \bar{\upsilon}\ \text{-}'\ \upsilon\upsilon\ \text{-} \\
\quad \upsilon\ \text{-}'\ \text{-}\ \upsilon\upsilon\ \text{-} \\
\bar{\upsilon}\ \text{-}'\ \bar{\upsilon}\ \text{-}'\ \upsilon\upsilon\ \asymp \\
\bar{\upsilon}\ \text{-}'\ \upsilon\ \text{-}'\ \upsilon\upsilon\ \text{-}\ \text{-} \\
\quad \bar{\upsilon}\ \text{-}'\ \upsilon\ \text{-}'\ \upsilon\upsilon\ \asymp \\
\text{-}'\ \upsilon\ \text{-}'\ \upsilon\upsilon\ \text{-}\ \upsilon\ \text{-} \\
\quad \upsilon\ \text{-}'\ \upsilon\upsilon\ \text{-}\ \text{-} \\
\text{-}'\ \bar{\upsilon}\ \text{-}'\ \upsilon\ \text{-}'\ \upsilon\upsilon\ \text{-} \\
\quad \bar{\upsilon}\ \text{-}'\ \upsilon\upsilon\ \text{-}\ \upsilon\ \asymp \\
\text{-}'\ \bar{\upsilon}\ \text{-}'\ \bar{\upsilon}\ \text{-}'\ \upsilon\upsilon\ \text{-} \\
\quad \upsilon\ \text{-}'\ \upsilon\upsilon\ \text{-}\ \bar{\upsilon} \\
\acute{\upsilon}\ \upsilon\upsilon\ \text{-}'\ \upsilon\upsilon\ \text{-}\ \upsilon\ \text{-} \\
